MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI I PARS PRIOR

SALVIANI LIBRI

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVII

1877

Salvianus

SALVIANI

PRESBYTERI MASSILIENSIS

LIBRI QVI SVPERSVNT

943
M.S.15
t.4,no.1-2

RECENSVIT

CAROLVS HALM

Catholic University of America
LIBRARY

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVII

Humanities
22978
Mediaeval Studies

Theo Ph
DD
3
M81
ser. 1
t. 1
pt. 1-2



In Salviani libris edendis eisdem fere subsidiis, quae iam Petro Pithoeo et Stephano Baluzio praesto fuerant, usi sumus.

Ut a primario auctoris opere ordiamur, libros de gubernatione dei ad fidem potissimum codicis et vetustissimi et optimi, *Parisini* num. 13385, saeculo decimo scripti, qui olim celeberrimi monasterii Corbeiensis fuerat, recensuimus. Huius lectiones discrepantes Baluzius in exemplo suo editionis Pithoeanae prioris a. 1580 vulgatae, quod casu fortuito in bybliothecam Monacensem pervenit, notavit, ut ipse in libri fronte his verbis testatus est: 'Collatus cum vetustissimo codice Corbeiensi MS. anno M.DC.LVIII mense Octobri. Stephanus Baluzius Tutelensis contulit'. Nos in codice iterum excutiendo hoc sedulo spectavimus, ut quid quoque loco prima manu, quid altera emendatrice sive potius corruptrice scriptum esset, id quod Baluzius fere non attendit, diligenter discerneretur.

Praeter Corbeiensem alterum codicem *Parisinum* num. 3791, saeculo quinto decimo scriptum, qui olim Iacobi Augusti Thuani fuerat, adhibuimus. Huius in fronte hoc inscriptum est: 'Iste liber est monasterii sancte Blance de Casoreto ordinis canonicorum sancti August. extra portam orientalem'. Ad calcem autem libri legitur: 'Contuli. Absolui IX. Kal. Nouembr. MDCLXXXIII. Steph. Baluzius'.

Ad codicem Corbeiensem proxime praestantia accedit *Bruxellensis* num. 10628, saeculo tertio decimo scriptus, quem Carolus Foltz in nostrum usum diligentissime

contulit. Is cum in multis optimis lectionibus cum Corbeiensi conspiret, primo aspectu ex ipso eum descriptum esse suspicere, sed rem non ita se habere ex compluribus lacunis, quae in Corbeiensi ob eiusdem vocabuli repetitionem ortae neque omnes manu secunda in margine suppletae sunt, apparet; cf. ad 3, 45. 4, 13 et 90. 5, 21 et 59. 6, 11. 7, 100. 8, 8. Quo accedit, quod aliquot locis, in quibus Corbeiensis leve vitium habet, Bruxellensis solus veram lectionem suppeditat: 2, 5 *potes,* 4, 20 *peruasionibus,* 4, 75 *obtendebatur,* 4, 79 *quo dicto,* 6, 17 *referentis,* 7, 49 *dictum est et adhuc forte dicetur.* Eundem codicem aut saltem eius simillimum Pithoeo, qui permulta foeda vitia editionis principis ex suo codice sustulit, praesto fuisse cum ex aliis locis elucet tum ex illo II, 5, ubi Pithoeus hoc quidem edidit: *Nam cum ad hoc sit vultus Dei super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum: de gubernatione Dei necesse est ut qui aspicere Dei vultum per fidem negas, aspicientis iram perditione cognoscas:* sed recte in appendice p. 457 ed. 1580 monuit verba illa *de gubernatione dei* epigraphen esse libri, quae in textum irrepsisset. Idem titulus in Corbeiensi aptiore loco ante verba II, 6 '*Videamus nunc an qui respicit regat*' legitur, sed in Bruxellensi eodem loco quo in editione Pithoeana insertus est.

Ex quo codice editio princeps, a. 1530 cura Io. Alexandri Brassicani vulgata, expressa sit, ignoratur. Scatet hic liber vitiis omnis generis, inprimis in duobus libris posterioribus, quorum ordo miserum in modum turbatus est; aliquot tamen locis eo libro solo lectio vera servata est.

Multo prius quam libri de gubernatione dei illi a Salviano compositi et vulgati sunt, qui vulgo adversus avaritiam inscribuntur, sed in melioribus libris nomine 'ad ecclesiam' circumferuntur. Eos primum Io. Sichardus in collectione variorum librorum sic inscripta 'Antidoton contra diversas omnium fere seculorum haereses' Basileae a. 1528 vulgavit, nescimus ex quo codice, sed eo admodum interpolato et multis additamentis foedato, quorum pauca Baluzius, etsi longe meliorem codicem nactus erat, tollere ausus est. Is est *Parisinus*, saeculo undecimo scriptus et nunc numero 2785 signatus. Huius quoque codicis lectiones varias Baluzius ad margines exempli sui Pithoeani adscripsit hac nota in fronte adiecta: 'Collata (scil. epistola ad Salonium) cum vetustissimo codice MS. Bibliothecae Regiae. Stephanus Baluzius Tutelensis contulit anno CIↃ.IↃC.LX mense Decembri'. Alio quoque codice regio Baluzius usus est, quem recentiorem nominare solet. Quo libro si homo eruditissimus manus prorsus abstinuisset, melius fecisset; nam nobis quidem manifestum videtur, hunc librum, ex quo Baluzius in verborum contextu nonnulla novavit, ex nullo alio originem duxisse nisi ex ipso Parisino n. 2785, de quo modo diximus. Hoc cum ex lectionibus a Baluzio ex eo prolatis apparet, tum inde concludi potest, quod, ut Baluzius ipse ad pag. 456 ed. Pith. adnotavit, alii quoque libri in eo exstant, qui eidem eodemque ordine se excipientes in codice quoque vetustiore num. 2785 inveniuntur. Nos praeter codicem n. 2785 alterum *Parisinum* n. 2172, saeculo fere vetustiorem, quo iam Pithoeus videtur usus esse, contulimus.

Codici Parisino n. 2785, non item vetustiori n. 2172, epistola ad episcopum Salonium praefixa est, in qua Salvianus exponit, cur libros ad ecclesiam datos Timothei nomine, non suo inscripserit. Eandem Sichardus quoque in suo libro invenerat·

Reliquae Salviani epistolae, quae ad aetatem nostram pervenerunt, a Petro Pithoeo primum editae sunt, de qua re ipse hoc in praefatione monuit: 'Epistolarum quod superest Petri Danielis nostri, viri optimi et antiquitatis studiosissimi, codici magna parte debetur'. Huius libelli, quo septem priores Salviani epistolae traditae sunt, partem ante hos decem fere annos in bybliotheca Bernensi, in quam multos libros manu scriptos a P. Daniele collectos ex bybliotheca Bongarsiana pervenisse satis constat, in fasciculo pergamenarum nondum descriptarum ipsi reperimus; cf. nunc catalogum ab Hermanno Hagenio editum p. 271 num. E 219. Ut reliquam quoque eiusdem libelli partem nancisceremur casu felicissimo contigit; codici enim Parisino n. 3791, quem supra descripsimus, insertam invenimus.

Brevis denique epistola octava in tribus libris Parisinis admodum vetustis servata est, quorum unum, qui item olim monasterii Corbeiensis fuerat, iam Baluzius adhibuit. Praeter hunc librum, qui nunc in bybliotheca Parisina numero 12236 signatus est, duos alios Parisinos Augustus Reifferscheidius in usum nostrum contulit. Cum adhuc in tam paucis libris epistolae Salviani inventae sint, operae pretium esse videtur monere, falsum esse quod in catalogo codd. mss. Bruxellensium I p. 214 legitur n. 10680: Salviani epistola. 'Salvianus Siagrio suo s.'; nomina enim Salviani et Sidonii commutata sunt.

Scripsimus Monachii mense Maio a. 1877.

Carolus Halm.

SALVIANI

DE GUBERNATIONE DEI LIBRI VIII.

PRAEFATIO.

Sancto episcopo Salonio Salvianus salutem in domino. 1

Omnes admodum homines, qui pertinere ad humani officii culturam existimarunt, ut aliquod linguarum opus studio ingeniorum excuderent, id speciali cura elaborarunt ut, sive utiles res ac probas sive inutiles atque improbas stilo texerent. seriem tantum rerum nitore verborum illustrarent causisque ipsis, quas loqui vellent, loquendo lucem accenderent. Itaque ad hanc se partem ex utroque genere litterarum scriptores mundialium negotiorum plurimi contulerunt, non satis considerantes, quam probabilibus materiis se impenderent, dummodo ea, quaecumque dicerent, aut compto et blando carmine canerent aut luculenta oratione narrarent. Omnes enim in scriptis suis causas 2
tantum egerunt suas, et propriis magis laudibus quam aliorum utilitatibus consulentes non id facere adnisi sunt, ut salubres ac salutiferi, sed ut scholastici ac diserti haberentur. Itaque scripta eorum aut vanitate sunt tumida aut falsitate infamia aut verborum foeditatibus sordida aut rerum obscenitate vitiosa, ut vere, cum ingeniorum tantum laudem aucupantes tam indignis rebus curam impenderent, non tam illustrasse mihi ipsa ingenia quam damnasse videantur. Nos autem, qui rerum magis quam ver- 3
borum amatores utilia potius quam plausibilia sectamur neque id quaerimus, ut in nobis inania saeculorum ornamenta, sed ut salubria rerum emolumenta laudentur, in scriptiunculis nostris non lenocinia esse volumus, sed remedia, quae scilicet non tam otiosorum auribus placeant quam aegrotorum mentibus prosint, magnum ex utraque re

---

A = codex Corbeiensis, nunc Parisinus n. 13385 saec. X. *T* = codex Parisinus n. 3791 saec. XV.
B = codex Bruxellensis n. 10628 saec. XIII. *p* = editio princeps Basileensis a. 1530.

1 Saluiani epi libri numero octo ad sanctum Salonium episcopum de gubernatione dei *B*, *inscriptio deest in T*, Saluiani Massyliensis episcopi de uero iudicio et prouidentia dei et ipsius gubernatione hominum et rerum mundi huius libri octo, ad sanctum Salonium episcopum Vienensem. Prooemium *p* 4 Siluianus *T* in domino salutem *p*, in domino episcopus salutem *BT* 6 excluderent *T ante rasuram* 7 res *om. Tp;* materias (*post* improbas) *supplevit Alex. Brassicanus* ac improbas *T* stilo texerent *BT* · materias sibi delegissent *p* 11 et *Pithoeus:* aut *BTp* 12 oratione *om T* enim *om. p* 14 salubris *B* scolastici *T* 15 aut latinitate *p* 16 obscoenitate *p* 17 cupientes *p* 18 mihi *B s. l.*

4 caelestibus donis fructum reportaturi. Si enim haec salus nostra sanaverit quorundam non bonam de deo nostro opinionem, fructus non parvus erit, quod multis profui. Sin autem id non provenerit, et hoc ipsum infructuosum forsitan non erit, quod prodesse temptavi. Mens enim boni studii ac pii voti, etiamsi effectum non invenerit coepti operis, habet tamen praemium voluntatis. Hinc ergo ordiar.

LIBER I.

1 I. Incuriosus a quibusdam et quasi neglegens humanorum actuum deus dicitur utpote nec bonos custodiens nec coercens malos, et ideo in hoc saeculo bonos plerumque miseros, malos beatos esse. Sufficere quidem ad refellenda haec, quia cum Christianis agimus, solus deberet sermo divinus. Sed quia multi incredulitatis paganicae aliquid in se habent, etiam paganorum forsitan electorum atque sapientium testimoniis delectentur. Probamus igitur, ne illos quidem de incuriositate ac neglegentia ista sensisse, qui verae religionis expertes nequaquam utique deum nosse po-
2 tuerunt, quia legem, per quam deus agnoscitur, nescierunt. Pythagoras philosophus, quem quasi magistrum suum philosophia ipsa suspexit, de natura ac beneficiis dei disserens, sic locutus est: animus per omnes mundi partes commeans atque diffusus, ex quo omnia, quae nascuntur, animalia vitam capiunt. Quomodo igitur mundum neglegere deus dicitur, quem hoc ipso scilicet
3 satis diligit, quod ipsum se per totum mundi corpus intendit? Plato et omnes Platonicorum scholae moderatorem rerum omnium confitentur deum. Stoici eum gubernatoris vice intra id quod regat semper manere testantur. Quid potuerunt de affectu ac diligentia dei rectius religiosiusque sentire quam ut eum gubernatori similem esse dicerent? hoc utique intellegentes, quod sicut navigans gubernator numquam manum suam a gubernaculo, sic numquam penitus curam suam deus tollit a mundo; ac sicut ille et auras captans et saxa vitans et astra suspiciens totus sit simul tam corporis quam cordis officio operi suo deditus, ita scilicet deum nostrum ab universitate omnium rerum nec munus dignantissimae visionis avertere nec regimen providentiae suae tollere
4 nec indulgentiam benignissimae pietatis auferre. Unde etiam illud mysticae auctoritatis exemplum, quo se non minus philosophum Maro probare voluit quam poëtam,

---

1 hic *B* 2 de *om. T* 3 sin] *hic incipit A, sed duae primae chartae mutilatae sunt; quae desunt aut legi non iam possunt, uncinis inclusimus* hoc *AB:* hoc saltem *Tp* forsitan *scripsi:* fortita *A, om. Tp*, saltem *B et vulgo* pro[desse temptaui] *A* 4 tentaui *Tp* 5 [habet tamen] *A* ordiar *A:* exordiar *BTp; post* ordiar *est in A haec inscriptio:* DE IUSTO DEI PR[AESENTIQUE] iudicio. Incipiunt dialogi disputantis, *quae inscriptio ad librum I pertinere videtur, cf. ad II, § 6; in T eius loco spatium est vacuum* 7 negle[gens huma]norum *A* actuum *T corr. ex* ac 8 [in hoc sae]culo *A* 9 h[aec quia cum] *A* 11 [aliquid] *A* electorum *AB p:* clericorum *T* sapientium *AB:* sapientum *Tp* 12 delec[tentur] *A*, delectarentur *p* 13 qu[i uerae religio]nis *A* 14 agno[scitur nescierunt] *A* 15 ipsa *AB: om. Tp* n[atura ac bene]ficiis *A* 16 [commeans atque diffusus ex] *A* 18 [igitur . . deus] *A* 19 se per] semper *A* m[undi corpus i. Plato] *A* 20 scolae *ABT* d[eum. stoici eum gubernat]oris *A* 21 [de affectu ac d. dei] *A* 22 [esse . . intellegentes] *A* 24 a *om. T* gubernando *p*, guber[naculo . . curam] *A* 25 auras et ille *T* ui[tans et astra susp. totus sit] *A* 26 [deum . . omnium] *A* 27 [auertere . . tollere nec] *A* 28 auferri *B*, auf[erre . . auc]toritatis *A* mysticae *Pithoeus:* fabulosae ebriose smitice mistice *B*, fabulose ebriose mysticae *T*, fabulose mystico *p; an* fabulosae *scribendum?* 29 [minus . . ire per] *A*

dicens: deum namque ire per omnes terrasque tractusque maris caelumque profundum. Tullius quoque: 'nec vero deus ipse', inquit, 'qui intellegitur a nobis, alio modo intellegi potest quam mens soluta quaedam et libera et segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens'. Alibi quoque 'nihil est' inquit 'praestantius deo': ab eo igitur mundum regi necesse est. Nulli igitur naturae oboediens aut subiectus deus: omnem ergo regit ipse naturam. Nisi forte nos videlicet sapientissimi ita sentiamus, ut eum, a quo omnia regi dicimus, et regere simul et neglegere credamus. Cum ergo omnes, etiam religionis expertes, vi ipsa et quadam necessitate compulsi 5 et sentiri omnia a deo et moveri et regi dixerint, quomodo nunc eum incuriosum quidam ac neglegentem putant, qui et sentiat omnia per subtilitatem et moveat per fortitudinem et regat per potestatem et custodiat per benignitatem? Dixi, quid de maiestate ac moderamine summi dei principes et philosophiae simul et eloquentiae iudicarint. Ideo autem nobilissimos utriusque excellentissimae artis magistros protuli, quo facilius vel omnes alios idem sensisse vel certe sine auctoritate aliqua dissensisse monstrarem. Et sane invenire aliquos, qui ab istorum iudicio discrepaverint, praeter Epicureorum vel quorundam epicurizantium deliramenta non possum, qui sicut voluptatem cum virtute, sic deum cum incuria ac torpore iunxerunt, ut appareat eos, qui ita sentiunt, sicut sensum Epicureorum atque sententiam, ita etiam vitia sectari.

II. Non puto quod ad probandam nunc rem tam perspicuam etiam divinis uti 6 hoc loco testimoniis debeamus, maxime quia sermones sacri ita abunde et evidenter cunctis impiorum propositionibus contradicunt, ut, dum sequentibus eorum calumniis satisfacimus, etiam ea, quae supra dicta sunt, plenius refutare possimus. Aiunt igitur a deo omnia praetermitti, quia nec coerceat malos nec tueatur bonos, et ideo in hoc saeculo deteriorem admodum statum esse meliorum: bonos quippe esse in paupertate, malos in abundantia, bonos in infirmitate, malos in fortitudine, bonos semper in luctu, malos semper in gaudio, bonos in miseria et abiectione, malos in prosperitate et dignitate. Primum igitur ab iis, qui hoc ita esse vel dolent vel accusant, 7 illud requiro, de sanctis hoc, id est de veris ac fidelibus Christianis, an de falsis et inpostoribus doleant. Si de falsis, superfluus dolor, qui malos doleat non beatos esse, utique cum qui mali sunt successu rerum deteriores fiant, gaudentes sibi nequitiae studium bene cedere, et ideo vel ob hoc ipsum miserrimi esse debeant, ut mali esse

1) Georg. 4, 221 sq. 2) Tusc. quaestt. I, 27, 66.

---

1 dixit *p* 2 [nec . . in]quit *A* 4 [quaedam et libera et s]egregata *A* concretione *p:* concrecione *B*, contretione *T*, congregatione *A* 5 [alibi quoq]ue *A* est *AT:* enim *Bp* 6 ab eo *om. p* 7 [uidelicet sap]ientissimi ita sent[iamus] *A* 8 negle[gere credamus] *A* 9 ui ipsa *om. p* com[pulsi . . deo] *A* 10 sentire *T* moneri *T* 11 [ac n. putant] *A*, putant *om. B 1 m.* moneat *T* 12 [per potestatem et custo]diat *A* quid de *A corr. ex* quidē 13 ac] et *B* [principes et philosophiae] *A* eloquentia* *A* 14 iudicarint *BTp:* iudicarent *A* [utriusque . . magistros] *A* excellentissimae *B: om. Tp* 15 [auctoritate . . m]onstrarem *A* 16 [discrepauerint . . epicuri]zantium *A* 17 epicurantium *T* deleramenta *A 1 m. B 1 m.* [qui . . uir]tute *A* 18 [eos . . sens]um *A* 20 [non puto . . nunc] *A* probandam *B:* probandum *Tp* [uti] *A* 21 hoc *A:* in hoc *BTp* testi[moniis . . quia] *A*, testimonius dei debeamus *BTp* sermo[nes sacri] *A* 22 [propositionibus . . dum] *A* ut nedum *p* calumniis eorum *Tp*, *item B*, *sed* eorum *in marg.* 23 [ea . . possimus] *A* Agunt *A* 24 [quia . . ideo in] *A* 25 [statum . . paupertate malos] *A* 26 infir[mitate . . gaudio bonos] *A* 28 his *A* (*ut videtur*) *BT* ita hoc *Tp* 29 hoc *om. p* uiris *ABT* 30 inpostoribus AB^2: impostoribus *p*, in pastoribus B^1T doleat *A:* doleant *BTp* esse . . . . . cum qui *A*, esse cum utique quicunque *BTp*, *sed in B* qui *prima manu; vocabulum, quod in A post* esse *scriptum erat, prorsus evanuit* 32 succedere *Tp* ipsum hoc *T* debeant *ABT*· debent *p*

desistant, vindicantes improbissimis quaestibus nomen religionis et praeferentes ad sordidissimas negotiationes titulum sanctitatis: quorum scilicet nequitiis si miseriae comparentur, minus sunt miseri quam merentur, quia in quibuslibet miseriis constituti
8 non sunt tamen tam miseri quam sunt mali. Nequaquam ergo pro his dolendum, quod non sint divites ac beati, multo autem pro sanctis minus, quia quamlibet videantur ignorantibus esse miseri, non possunt tamen esse aliud quam beati. Superfluum autem est, ut eos quispiam vel infirmitate vel paupertate vel aliis istiusmodi rebus existimet esse miseros, quibus se illi confidunt esse felices; nemo enim aliorum sensu miser est, sed suo. Et ideo non possunt cuiusquam falso iudicio esse miseri, qui sunt vere sua conscientia beati; nulli enim, ut opinor, beatiores sunt quam qui ex sententia sua atque ex voto agunt. Humiles sunt religiosi, hoc volunt; pauperes sunt, pauperie delectantur; sine ambitione sunt, ambitum respuunt; inhonori sunt, honorem fugiunt; lugent, lugere gestiunt; infirmi sunt, infirmitate laetantur. Cum enim, inquit apostolus, infirmor, tunc potens sum. Nec immerito sic arbitratur, ad quem deus ipse sic loquitur: sufficit tibi gratia mea; nam vir-
9 tus in infirmitate perficitur. Nequaquam ergo nobis dolenda est haec adflictio infirmitatum, quam intellegimus matrem esse virtutum. Itaque quicquid illud fuerit, quicumque vere religiosi sunt, beati esse dicendi sunt, quia inter quamlibet dura, quamlibet aspera nulli beatiores sunt quam qui hoc sunt quod volunt. Soleant quamvis esse nonnulli, qui turpia atque obscena sectantes, etsi iuxta opinionem suam beati sunt, quia adipiscuntur quod volunt, re tamen ipsa beati non sunt, quia quod volunt nolle debuerant. Religiosi autem hoc cunctis beatiores sunt, quia et habent quae volunt, et meliora quam quae habent omnino habere non possunt. Labor itaque et ieiunium et paupertas et humilitas et infirmitas non omnibus sunt onerosa tolerantibus, sed tolerare nolentibus. Sive enim gravia haec sive levia, animus tolerantis facit. Nam sicut nihil est tam leve, quod non ei grave sit, qui invitus facit, sic nihil est
10 tam grave, quod non ei, qui id libenter exequitur, leve esse videatur. Nisi forte antiquis illis priscae virtutis viris, Fabiis, Fabriciis, Cincinnatis, grave fuisse existimamus, quod pauperes erant qui divites esse nolebant, cum omnia scilicet studia, omnes conatus suos ad communia emolumenta conferrent et crescentes reipublicae vires privata paupertate ditarent. Numquid parcam illam tunc agrestemque vitam cum gemitu et dolore tolerabant, cum viles ac rusticos cibos ante ipsos quibus coxerant focos sumerent, eosque ipsos capere nisi ad vesperam non liceret? numquid aegre ferebant, quod avara ac divite conscientia auri talenta non premerent, cum etiam argenti usum

14) II Cor. 12, 10. 15) ibid. v. 9.

---

1 uindican[tes impro]bissimis *A* quaestibus *Rittershusius:* questibus *A*, quaestionibus *BTp* 2 t[itulum sancti]tatis *A* quorum negotiis si *p* 3 [merentur] *A* 4 quam sunt *AB:* sunt *Tp* [mali nequaquam] *A* 5 sint *AB:* sunt *T et edd.* [sanctis . . quam]libet *A* quamuis *p* 6 tamen non possunt *p* beat[i. superfluum autem] *A* 8 estimet *B*, e[xistimet esse miseros] *A* 9 m[ser est . . possunt] *A* 10 [beati . . opinor] *A* beatiores sunt si hoc uolunt *mediis omissis T* 11 atque uoto *B* humil[es . . uo]lunt *A* 12 pauperiae *A* ambiti[one . . respuunt] *A* sunt *om. p* inhonori *BTp:* inhonore *A* 13 fugiunt *A* · respuunt *BTp* in[firmi . . laetantur] *A* 14 in[firmor] *A*, infirmior *T* n[ec . . deus] *A* 15 deus *om. B 1 m.* 16 infi[rmitate . . nequaquam] *A* 17 intelleg[imus . . itaque] *A* 18 religios[i . . inter quamlibet] *A* ducendi *malim* quantumlibet dura *T, om. p* 19 quamlibet a. *AB:* quantumlibet a. *Tp* [qui hoc . . quamuis] *A* soleant *B:* solent *Tp, cf. Ind. III s. v.* quamuis 20 [sectantes . . adipiscuntur] *A* 21 [quia quod . . autem] *A* 22 debuerunt *p* 23 quae (*ante* uolunt) *AB* · quod *T*, hoc quod *p* 24 et (*ante* ieiunium) *om. p* et infirmitas *A s. l.* 25 et tollerare uolentibus *T* 26 non ei graue *A:* ei graue non *Tp*, ei grauis non *B*, ei non graue *vulgo* 27 libenter id *T* 31 ditarentur *A* 32 coxerant *ABT:* exercebantur *p* 34 auara ac *A et corr. B:* auara a B^1T, auara illos a *p*

legibus coercerent? numquid illecebrae et cupiditatis poenam putabant, quod distenta aureis nummis marsupia non haberent, cum patricium hominem, quod usque ad decem argenti libras dives esse voluisset, indignum curia iudicarent? Non despiciebant tunc, 11
puto, pauperes cultus, cum vestem hirtam ac brevem sumerent, cum ab aratro arcesserentur ad fasces et inlustrandi habitu consulari illis fortasse ipsis, quas adsumpturi erant, imperialibus togis madidum sudore pulverem detergerent. Itaque tunc illi pauperes magistratus opulentam rempublicam habebant, nunc autem dives potestas pauperem facit esse rempublicam. Et quae, rogo, insania est aut quae caecitas, ut egestuosa ac mendicante republica divitias posse credant stare privatas? Tales ergo tunc veteres Romani erant et sic illi tunc contemnebant divitias, nescientes deum, sicut nunc spernunt sequentes dominum. Quamquam quid ego de illis loquor, qui cura 12
imperii propagandi contemptum propriae facultatis ad publicas opes conferebant et, licet privatim pauperes essent, divitiis tamen communibus abundabant, cum etiam Graeci quidam sapientiae sectatores sine ullo publicae utilitatis affectu prope omni se rei familiaris usu, assequendae gloriae aviditate, nudaverint, nec solum hoc, sed etiam usque ad contemptum doloris ac mortis doctrinae suae culmen erexerint, dicentes scilicet etiam in catenis atque suppliciis beatum esse sapientem. Tantam virtutis vim esse voluerunt, ut non possit esse umquam vir bonus non beatus. Si ergo illi a quibusdam nunc etiam sapientibus viris miseri non putantur, qui nullos laboris sui fructus nisi ex praesenti tantum laude capiebant, quanto magis religiosi ac sancti viri miseri non putandi sunt, qui et praesentis fidei oblectamenta capiunt et beatitudinis futurae praemia consequentur.

III. Dixit quidam ex istis, de quibus querimur, cuidam sancto viro secundum 13
veritatis regulam sentienti, id est, quod deus omnia regeret ac, prout humano generi necessarium nosset, moderationem suam et gubernaculum temperaret: quare ergo, inquam, tu ipse infirmus es? hoc utique eo sensu atque iudicio, hoc est: si deus, ut putas, in hac praesenti vita omnia regit, si deus cuncta dispensat, qua ratione sanus ac fortis est homo, quem peccatorem scio, et tu infirmus, quem sanctum esse non ambigo? Quis tam profundi cordis virum non admiretur, qui merita religiosorum atque virtutes tam magnis retributionibus dignas putat, ut in praesenti hac vita carnes et fortitudines corporum praemia putet debere esse sanctorum? Respondeo igitur non 14
unius tantum religiosi nomine, sed universorum. Quaeris igitur, quisquis ille es, qua ratione infirmi sint sancti viri? Respondeo breviter: quia ideo sancti viri infirmiores se esse faciunt, quia si fortes fuerint, sancti esse vix possunt. Opinor enim omnes omnino homines cibis ac poculis fortes esse, infirmos autem abstinentia, ariditate, ieiuniis. Non ergo mirum est, quod infirmi sunt, qui usum earum rerum respuunt, per quas alii fortes fiunt. Et est ratio cur respuant, dicente Paulo apostolo de se ipso:

---

1 [numquid illece]brae *A* 2 minimis *T* marsup[ia n. haberent] *A* usque ad decem *A:* ad decem usque *p*, decem usque ad *BT*, *sed in B add. transpositionis signum super* decem 4 [hirtam ac] *A*, hretam ac *T* 5 illustrandi *BTp*, in lustrandi *vulgo* consulare *B 1 m.* 7 [habebant n]unc *A* 8 rogo *ABp:* ergo *T* [est aut quae c]aecitas *A* aegestuosa ac medicante *A* 9 [priuatas t]ales *A* 10 tunc contempnebant *A*, contemnebant (contempn. *B*) tunc *Bp* sic nunc *T* 11 ego *BTp:* ergo *A* [qui cura] *A* 12 [et licet priuatim] *A* 13 abundabant communibus *Tp* 14 publice *AT* utilitatibus *A* 16 erexerunt *Tp* 17 uim uirtutis (uirtus *1 m.*) *B* 18 nũquam *B 1 m.* non *AB:* nisi *Tp* 21 fidei *AB* · seculi *Tp* 24 prout h. generi necessarium *Rittershusius* · pro h. genere necessarium (necessariam *p et vulgo*) *libri* (*lectionem* necessarium *confirmant ABT*) *cf. 1, 4, 18* 25 nosceret *T* 26 ipse *AB. om. Tp* eo sensu atque *om. p* 27 sanus ac fortis *A et corr. B:* fortis ac sanus *Tp*, ac satis (*sine* sanus) *B 1 m.* 28 non *B s l.* 31 et *A:* atque *BTp* 33 sint *AB:* sunt *Tp* 34 uix esse *Tp* 37 cur] cur quod *T* respuunt *B 1 m.*

castigo corpus meum et servituti subicio, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar. Si infirmitatem corporis adpetendam sibi etiam apostolus putat, quis sapienter evitat? si fortitudinem carnis apostolus metuit, quis rationabiliter fortis esse praesumit? Haec ergo ratio est, qua homines Christo
15 dediti et infirmi sunt et volunt esse. Absit autem ut hoc argumento religiosos putemus a deo neglegi, per quod confidimus plus amari. Legimus Timotheum apostolum carne infirmissimum fuisse. Numquid neglegebatur a domino aut ob infirmitatem Christo non placuit, qui ad hoc infirmus esse voluit ut placeret? quemque etiam ipse apostolus Paulus, licet nimiis iam infirmitatibus laborantem, non tamen nisi pauxillulum vini sumere ac delibare permisit: hoc est, ita eum voluit infirmitati suae consulere, quod noluit tamen ad fortitudinem pervenire. Et hoc cur ita? cur absque dubio, nisi quia, ut ipse dicit: caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: haec enim, inquit, invicem sibi adversantur, ut
16 non quaecumque vultis, illa faciatis. Non imprudenter quidam hoc loco dixit, quod, si repugnante corporis fortitudine quae optamus facere non possumus, infirmandum nobis carne sit, ut optata faciamus. Infirmitas enim, inquit, carnis vigorem mentis exacuit, et affectis artubus vires corporum in virtutes transferuntur animarum. Non turpibus flammis medullae aestuant, non male sanam mentem latentia incentiva succendunt, non vagi sensus per varia oblectamenta lasciviunt, sed sola exultat anima, laeta corpore adfecto quasi adversario subiugato. Haec ergo, ut dixi, religiosis viris causa infirmitatis est, eamque esse nec tu, ut arbitror, iam negas.

17 IV. Sed sunt fortasse, inquis, alia maiora, id est, quod multa in vita ista aspera atque acerba patiuntur, quod capiuntur, quod torquentur, quod trucidantur. Verum est. Sed quid facimus, quod et prophetae in captivitatem abducti sunt et apostoli etiam tormenta tolerarunt? Et certe dubitare non possumus, quod tunc deo maxime curae erant, cum pro deo ista paterentur. At forsitan hoc ipso magis probare te dicis, quod deus in saeculo isto omnia neglegat et futuro totum iudicio reservet, quia semper et boni omnia mala passi sunt et fecerunt mali. Non infidelis quidem videtur adsertio,
18 maxime quia futurum dei iudicium confitetur. Sed nos ita iudicandum humanum genus a Christo dicimus, ut tamen etiam nunc omnia deum, prout rationabile putat, regere ac dispensare credamus, et ita in futuro iudicaturum adfirmamus, ut tamen semper etiam in hoc saeculo iudicasse doceamus. Dum enim semper gubernat deus, semper
19 et iudicat, quia gubernatio ipsa iudicium est. Quot modis hoc vis probemus? ratione an exemplis an testimoniis? Si ratione, quis tam expers humanae intellegentiae est et huius ipsius, de qua loquimur, veritatis alienus, qui non agnoscat ac videat pulcherrimum mundi opus et inaestimabilem supernarum infernarumque rerum magnifi-

1) I Cor. 9, 27. 9) I Tim. 5, 23. 12) Gal. 5, 17. 16) Salvianus in ep. V.

---

1 seruituti subicio *A:* in seruitutem redigo *BTp* 2 reprobos *A* 4 quae homines Christo dedit, sed *p* 9 nimiis *A et corr. B:* nimis *Tp*, minus *B 1 m.* pusillulum *Tp* 13 carnem *B corr. ex* spiritum inquit *om. p* sibi inuicem *p et Vulg.* 15 quod si *AB:* quid si *Tp* 16 infirmitas] imbecillitas *Salvianus in epist. V* inquit carnis *AB:* carnis inquit *Tp* 17 et *AB:* ut *Tp* artibus *T* 18 transferantur — aestuent — succendant — lasciuiant — exultet *p* animarum *ABT:* animorum *p, item cod. epist. V* extuant *T* 25 ducti *B 1 m.* 26 maxime deo *A, sed addita sunt m. 1. transpositionis signa* 27 hoc *om. B 1 m.* 28 reseruet *A:* reseruarit *BT*, reseruauerit *p* qui *T* et boni *AB:* boni *Tp* 29 et ferunt (*om.* mali) *p* 30 confitentur *T* 31 a Christo *om. Tp* diximus *Tp* 32 in futuro *AB:* in futurum *Tp*, in futuro iudicio *vulgo* affirmemus *BTp* 34 est iudicium *BTp* quod *AB*[1] hoc *p:* huius *ABT* 36 loquuntur *T* alicuius *T* et uideat *p*, ac iudicat *T*

centiam ab eodem regi, a quo creata sit, quemque elementorum fabricatorem, eundem etiam gubernatorem fore; qui cuncta scilicet qua potestate ac maiestate condiderit, eadem etiam providentia ac ratione moderetur, praesertim cum etiam in his, quae humano actu administrantur, nihil penitus sine ratione consistat, omniaque ita a pro-
5 videntia incolumitatem, quasi corpus ab anima vitam, trahant; ideoque in hoc mundo non solum imperia et provincias, neque rem civilem ac militarem, sed etiam minora officia et privatas domos, pecudes denique ipsas et minutissima quaeque domesticarum animantium genera nonnisi humana ordinatione atque consilio, quasi quadam manu et gubernaculo, contineri. Et haec omnia sine dubio voluntate ac iudicio summi dei: 20
10 scilicet ut eo exemplo omne humanum genus particulas rerum et membra regeret, quo ipse summam totius mundani corporis gubernaret. Sed in principio, inquis, creaturarum haec sunt a deo statuta atque disposita: ceterum patrata universitate rerum atque perfecta, removit a se cunctam terrestrium rerum curam et ablegavit: laborem videlicet forte fugiens a suo loco amandavit, et molestiam fatigationis evitans, aut occupatus
15 negotiis aliis partem rerum reliquit, quia totum obire non possit.

V. Removet igitur a se, inquis, curam mortalium deus. Et quae ergo nobis di- 21
vinae religionis est ratio? quae vel causa Christum colendi vel spes propitiandi? Si enim neglegit deus in hoc saeculo genus hominum, cur ad caelum cotidie manus tendimus? cur orationibus crebris misericordiam dei quaerimus? cur ad ecclesiasticas do-
20 mus currimus? cur ante altaria supplicamus? nulla est enim nobis ratio precandi, si spes tollitur impetrandi. Vides ergo quam stulta atque inanis sit huius persuasionis adsertio: quae utique si recipitur, nihil penitus de religione servatur. Sed ad illud 22
forte confugias, ut dicas nos metu futuri iudicii deum colere, et id omni praesentium officiorum cultu elaborare, ut in die futuri iudicii mereamur absolvi. Quid ergo sibi
25 vult apostolus Paulus, praecipiens cotidie in ecclesiam ac iubens, ut offeramus iugiter deo nostro orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones? Et haec omnia quam ob causam? quam utique nisi, ut ipse dicit, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni castitate. Pro praesentibus, ut videmus, domino supplicare iubet et orare, quod utique non iuberet, nisi exorare posse confideret. Quo- 23
30 modo ergo aliquis pro obtinendis futuri temporis bonis apertas dei aures, pro praesentibus autem clausas atque obstructas putat? aut quomodo nos in ecclesia supplicantes praesentem nobis salutem a deo poscimus, si audiendos nos penitus non putamus? Nulla ergo nobis pro incolumitatibus ac prosperitatibus nostris vota facienda sunt. Quin potius, ut modestia supplicationis vocem conciliet postulantis, dicendum
35 fortasse nobis est: domine, non prosperitatem vitae istius petimus nec pro bonis praesentibus supplicamus, scimus enim aures tuas his obsecrationibus clausas esse et auditum te ad preces istiusmodi non habere, sed pro his tantummodo petimus, quae

25) I Tim. 2, 1 sq.

---

3 etiam cum *Tp* 4 oratione *T* a *om. A* 5 Idēque *B* 6 et *AB:* atque *Tp* prouintiis *A* neque *A:* atque *BTp* (*repetendum* solum *ad* neque) ac mil. *AB:* et mil. *p,* militaremque *T* 7 domesticarum *AB:* domesticorum *Tp* 10 humanum genus *A:* g. humanum *BTp* 11 summum *p* 13 remouet *A 1 m.* rerum *AB: om. Tp* 14 amandauit *p:* commendauit *ABT* (a suo l. comm. *B sup. lin.*) 16 nobis *in A evanuit* 17 quae] quē *B* 19 domus *A:* domos *BTp; cf. 5, 28. 6, 95. Ep. 1, 11. ad Eccl. 1, 18. 2, 48; sed 1, 19 et 45 habet A* domos, *item 7, 105* 23 confugias *A:* confugies *BTp* id omni *A:* ideo omnium *BTp* 24 iudicii *A:* seculi *BTp et edd.* meream *B corr.* 25 apostolus] amplius *T* ecclesiam *ABT:* ecclesia *p* offerantur *BT* 28 supplicare *nos.* supplicari *libri, cf. 1, 23. 2, 19. 4, 74. 6, 95. Ep. 4, 2 et 18* 29 et orare *om. p* quod *om. BTp* posse *AB: om. Tp* 33 nobis uota pro *p* nostris facienda: quin ut *p* 35 fort. nobis est *A:* est nobis fort. *B,* nobis est fort. *Tp* 36 scis *T* 37 istiusmodi *AB:* huiusmodi *Tp*

24 sunt futura post mortem. Esto igitur postulatio talis utilitate non careat: quomodo ratione subsistit? Si enim deus a respectu huius saeculi curam removit et postulantium precibus aures suas clausit, absque dubio, qui non audit nos pro praesentibus, non audit etiam pro futuris, nisi forte credimus pro precum diversitate aures suas Christum vel tribuere vel negare, id est, ut claudat eas cum rogatur praesentia, ape-
25 riat cum futura. Sed de his dicendum amplius non est; tam stulta enim sunt et tam frivula, ut cavendum sit, ne id ipsum, quod pro honore dei dicitur, iniuria dei esse videatur. Tanta quippe est maiestatis sacrae et tam tremenda reverentia, ut non solum ea, quae ab illis contra religionem dicuntur, horrere, sed etiam ea, quae pro
26 religione nos ipsi dicimus, cum grandi metu ac disciplina dicere debeamus. Igitur si stulte atque impie creditur, quod curam rerum humanarum pietas divina despiciat, ergo non despicit: si autem non despicit, regit: si autem regit, hoc ipso quod regit iudicat, quia regimen esse non potest, nisi fuerit iugiter in rectore iudicium.

27 VI. Sed parum esse fortasse quispiam putet, quod hoc ratio declarat, nisi probetur exemplis. Videamus qualiter mundum a principio deus rexerit, et ita eum semper omnia gubernasse monstrabimus, ut simul etiam iudicasse doceamus. Quid enim scriptura dicit? Formavit igitur deus hominem de limo terrae et inspiravit in eum spiraculum vitae. Et quid postea? posuit, inquit, eum in paradiso voluptatis. Quid deinceps? dedit scilicet legem, praeceptis imbuit, institutione formavit. Quid autem post haec secutum est? praeteriit homo mandatum
28 sacrum, sententiam subiit, paradisum perdidit, poenam damnationis excepit. Quis non in his omnibus et gubernatorem deum videat et iudicem? Constituit enim Adam in paradiso innocentem, expulit reum. In constitutione ordinatio est, in expulsione iudicium. Quando enim eum in loco voluptatis posuit, ordinavit, quando autem reum de regno expulit, iudicavit. Ergo hoc de primo homine, id est de patre. Quid de secundo, id est de filio? Factum est, inquit scriptura sacra, post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terrae munera domino. Abel quoque obtulit de primitiis gregis sui et de adipibus eius. Et respexit dominus ad Abel et ad munera eius, ad Cain vero et ad munera illius non
29 respexit. Priusquam de evidentiore iudicio dei dicam, puto quod etiam in his, quae iam diximus, quaedam censura iudicii est. In hoc enim, quod unius sacrificium deus suscipit, alterius excludit, evidentissime utique et de unius iustitia et de iniquitate alterius iudicavit. Sed hoc parum est. Cain igitur futuro facinori viam sternens fratrem in solitudinem trahit, secretis patrocinantibus scelus peragit, impiissimus pariter et stultissimus, qui ad perpetrandum maximum nefas sufficere sibi credidit, si aspectus vitaret hominum, fratricidium deo teste facturus. Unde puto, quod haec in illo iam tunc opinio fuerit, quae nunc in multis est, deum scilicet terrestria non respicere et actus sceleratorum hominum non videre. Nec dubium est, cum post facinus admissum

17) Gen. 2, 7. 18) ibid. v. 8. 26) Gen. 4, 3 sq.

---

2 remouet *A*, *ut est § 21 in. haud scio an recte, si sequens* clausit *explices:* clausas habet 5 rogatur *AB*. rogantur *Tp* 6 amplius dicendum *T* 7 friuula *A:* friuola *BTp; cf. 6, 12. 7, 35. 8, 2. ad Eccl. 2, 36. 4, 37* 9 dicuntur *om. p* ea *ABTp: om. vulgo* 10 grande *A 1 m.* 11 rerum hum. *A:* hum. rerum *BTp* 16 semper omnia *ABTp:* omnia semper *vulgo* 18 inquit eum *A:* eum inquit *BTp* 21 dampnationis *A*, *item* dampnaretur *§ 29 extr.* condempnat *§ 30 etc.* 22 in *om. A* his *ABT:* iis *p* et gub. *AB:* et *om. Tp* 23 reum eum *B* 26 fac est *T 1 m.* 27 Caym *T*, *item infra* 29 ad (*ante* Abel) *om. p* et ad *AB:* et *Tp* illius *AB et Vulgata:* eius *Tp et edd.* 30 euidentiori *BTp* quod etiam *A* etiam quod *BTp* 32 suscepit *BTp* et unius *T* 33 Cain *AB* (*distincte*): Cum *Tp et edd.* 34 solitudine *B* 35 aspectu sui daret *A* 37 scilicet *om. p*

dei sermone conventus nihil se de caede fratris scire responderit. Adeo inscium facti sui deum arbitrabatur, ut crederet feralissimum nefas tegi posse mendacio. At aliter expertus est quam putabat. Nam deum, a quo non existimavit videri scelera cum occideret, sensit videre cum damnaretur. Hic nunc requirere ab illis volo, qui ne- 30
5 gant res nunc humanas vel respici a deo vel regi vel iudicari, an cuncta in his, quae diximus, e diverso sint. Puto enim, quod praesens est, qui sacrificio interest, et regit, qui Cain post sacrificia castigat, et sollicitus est, qui ab interfectore interfectum requirit, et iudicat, qui percussorem impium iusta animadversione condemnat. In quo quidem etiam illud non incommode, verum ne miremur nunc sanctos homines quae-
10 dam aspera pati, cum videamus, quod iam tunc deus etiam per maximum nefas primum sanctorum sivit occidi. Quae quidem qua ratione patiatur, neque humanae imbecillitatis est plena indage cognoscere neque nunc temporis disputare. Interim probare satis est omnia istiusmodi non neglegentia aut incuria dei fieri, sed consilio ac dispensatione permitti. Nequaquam autem iniustum possumus dicere, in quo divinum
15 esse iudicium non possimus denegare, quia summa iustitia est voluntas dei; neque enim ideo non iustum est, quod divinitas agit, quia capere vim divinae iustitiae homo non valet. Sed ad propositum revertamur.

VII. Videmus ergo in his, quae dicta sunt, nihil incuria dei actum, sed quia 31
quaedam ex his dispositio divina ita ordinavit, quaedam patientia sustinuit, quaedam
20 sententia vindicavit. Sed non satis quidam forte existimant, haec quae dicimus nos probasse per paucos: videamus an id ipsum manifestare possimus etiam per universos. Aucta igitur ac multiplicata humani generis multitudine simul et iniquitate, videns deus, inquit scriptura sacra, quod multa malitia hominum esset in terra et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore,
25 paenituit eum quod hominem fecisset in terra, et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terrae. Consideremus quemadmodum in his omnibus et sollicitudo domini pariter et severitas 32
indicetur. Primum enim ait 'videns autem deus', secundo 'tactus dolore cordis intrinsecus', tertio 'delebo, inquit, hominem quem creavi'. In hoc siquidem, quod
30 videre omnia deus dicitur, cura eius ostenditur, in hoc, quod dolet, terror irati, in hoc, quod punit, severitas iudicantis. 'Paenituit ergo', inquit scriptura sacra, 'deum quod hominem fecisset in terra', non quod deus huic sit obnoxius motui aut ulli subiaceat passioni, sed sermo divinus ad insinuandam plenius nobis veram scripturarum intellegentiam, quasi humano nobiscum affectu loquens, sub nomine paenitentis dei vim
35 demonstravit irati; ira est autem divinitatis poena peccantis. Quid ergo post haec 33

23) Gen 6, 5.

---

1 fratris caede *Tp* responderat *A* 3 estimauit *AB* uidere *A* 4 hinc *BT* uolo ab illis *Tp* 5 nunc *om. p* 7 et sollicitus *A:* solicitus *BTp* (*sed B* soll.) 9 ne miremur *BTp:* nemeremur *A* (*in B post* miremur *rasura*) 10 primum *om. B 1 m.* 11 sinit *Tp* 12 indage *AB:* melage *T*, indagine *p* item *p* 14 dispositione *p* iniustum autem *T*, enim iniustum *p* 15 possimus *A:* possumus *BTp et vulgo* 16 non iustum *AB:* non iniustum *T*, iniustum *p* est *om. T* 18 dei (de *p*) incuria *BTp* 19 ita *AB: om Tp* 20 uindicauit *ABT:* iudicauit *p et vulgo* forte quidam *p*, quidem f. *B* 23 uidens inquit deus *ABT*, *simili verborum collocatione, ut infra v.* 31 *idem libri, fort. utroque loco vv.* scriptura sacra *delenda sunt ut glossema, ut sit* inquit *nostrum* 'heisst es' hominum *AB: om. Tp* 24 esset intenta *T* 25 poenituit *ABp*, penituit *T*, *sic item alias* eum *ABT et Vulgata:* deum *p* 30 uidere] iudex *T* deus *B s. l.* 31 punitur *A* sacra *om. p*, deum scriptura sacra *ABT*, *fort.* inquit eum [scriptura sacra], quod *cf. supra v* 25 *et p* 10, 1 32 huic sit obn *AB:* obn. sit huic *T*, sit obn. huic *p* aut illi *p* 33 insinuandum *T* ueram scripturarum *p:* rerum scripturarum *ABT*, rerum scriptarum *vulgo* 34 intelligentiam *hic A* affectu nobiscum *p* 35 haec *AB* hoc *Tp*

secutum est? Cum, inquit, vidisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noë: finis universae carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate a facie eorum et ego disperdam eos cum terra. Et quid postea? rupti sunt, inquit, omnes fontes abyssi magnae et cataractae caeli apertae sunt, factaque est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Et paulo post: consumpta est omnis caro, quae movebatur super terram. Et deinceps: remansit autem solus Noë et qui cum eo erant in arca. Hic nunc requirere ab illis volo, qui incuriosum rerum humanarum appellant deum, an illo tempore vel curasse eum terrestria credant vel iudicasse? Puto enim non iudicavit tantum, sed etiam dupliciter iudicavit; nam et dum servat bonos, pium se retributorem, et dum condemnat malos, severum iudicem
34 comprobavit. Sed haec forsitan apud stultos, quia ante diluvium, id est, quasi alio quodam saeculo gesta sunt, minus auctoritatis habere videantur: quasi vero aut tunc alius deus fuerit aut postea eandem mundi curam habere noluerit. Possum quidem divino munere per singulas post diluvium generationes probare quae dico, sed et enormitas vetat et tamen certa quaedam ac maiora sufficiunt, quia, cum idem sit absque dubio maiorum pariter ac minorum deus, id profecto intellegendum est in minoribus, quod in maioribus comprobatur.

35 VIII. Igitur cum post diluvium generationi hominum benedixisset deus, immensam hominum multitudinem benedictio ipsa generasset, loquitur ad Abraham dominus e caelo, iubet ut deserat terram suam, inquirat alienam. Vocatur, sequitur, adducitur, conlocatur; fit de paupere locuples, de ignoto potens, infimus peregrinatione excellentissimus dignitate. Sed ne haec tamen, quae ei data a deo fuerant, muneris tantum viderentur fuisse, non meriti, qui laetabatur prosperis, probatur adversis. Sequitur quippe labor, periculum, timor. Vexatur commigratione, fatigatur exilio, contumelia adficitur, uxore privatur; immolare sibi deus filium iussit, pater obtulit et quantum ad definitionem cordis pertinet immolavit. Rursum exilia, rursum metus, Philistinorum invidia, Abimelech rapina, multa quidem mala, sed tamen paria solacia;
36 nam etsi a plurimis adficitur, tamen de omnibus vindicatur. Quid igitur? in cunctis istis, quae memoravimus, num deus non est et inspector et invitator et ductor et sollicitus et sponsor et protector et munerator et probator et sublimator et ultor et iudex? Inspector quippe est, dum ex omnibus unum elegit, quem meliorem vidit; invitator, dum vocat; ductor, dum ad ignota perducit; sollicitus, dum ad ilicem visitat; sponsor, dum futura promittit; protector, quia inter gentes barbaras texit; munerator, quia locupletavit; probator, quia temptare asperis voluit; sublimator, quia potentiorem omnibus fecit; ultor, quia eum de adversariis ultus est; iudex, quia dum ulciscitur, iu-

1) Gen. 6, 12. 4) ibid. 7, 11. 6) ibid. 7, 21. 20) ibid. 12, 1.

---

1 terram deus *T* 2 carnis *B s. l.* terrae *B 1 m.* 4 cataractae caeli] *evanuit in A* 8 archa *T* nolo *T* 9 humanarum *B s. l.* terrestria *p* · terrestrium *ABT haud scio an recte, ut sit graecismus* 11 condempnat *AB* 13 quodam *p:* quondam *ABT* habere] hinc *T*· aut *A: om. BTp* tunc alius deus *A:* alius deus tunc *BTp* 15 per singulas *om. B 1 m.* 16 ac *AB:* et *Tp* 19 generationem *T* immensam *A:* immensamque *BTp et vulgo* 20 abraam *T* 21 e *AB:* de *Tp* iubet *ABT* · iubens *p et edd.* abducitur *T* 23 deo *AB* · domino *Tp* 24 uideretur *B*, uidentur *T* non fuisse meriti *BT* laetabantur . . probantur *T* 26 immolare sibi deus filium *A:* immolari sibi filium deus *BTp* 27 definitionem *AB:* defunctionem *Tp; illud est:* ut ipsius cor definiverat *sive* ad voluntatem cordis 28 abimelebe *T* solacia *B* · solatia *ATp* 29 nam si *T* 31 numerator *B* 34 quod inter *T* texit *A:* protexit *BTp* 35 temptare *A:* temptari *B*, temptator *T*, tentari *p et edd.* probator *est nostrum* 'Prüfer', *qualem se deus exhibuit, quia eum temptare asperis voluit*

dicavit. Subiungit autem statim huic historiae deus, dicens: clamor Sodomorum 37
et Gomorrae multiplicatus est, et peccatum eorum adgravatum est
nimis. Clamor, inquit, Sodomorum et Gomorrae multiplicatus est. Pulchre clamorem dixit in se habere peccata; grandis enim absque dubio peccantium clamor est, qui
5 a terra ascendit ad caelum. Quare autem peccata hominum quasi clamare testatur? scilicet quia caedi aures suas deus dicit clamoribus peccatorum, ne differatur poena peccantium. Et vere clamor et grandis clamor est, quando pietas dei peccatorum clamoribus vincitur, ut peccantes punire cogatur. Ostendit ergo dominus, quam invitus puniat etiam gravissimos peccatores, dicens, quod clamor Sodomorum ad se
10 ascenderit. Hoc est dicere: misericordia quidem mea mihi suadet ut parcam, sed tamen peccatorum clamor cogit ut puniam. Cum ergo ista dixisset, quid consecutum 38
est? Mittuntur angeli Sodomam, proficiscuntur, introeunt, bonorum foventur officio, malorum vexantur iniuria; caecantur improbi, salvantur probi. Loth cum affectibus piis urbe educitur, urbs cum habitatoribus impiis concrematur. Interrogo hic, utrum-
15 nam deus ex iudicio malos an sine iudicio concremarit? Qui sine iudicio Sodomitas punitos a deo dicit, iniquum deum arguit: si autem cum iudicio malos perdidit, iudicavit. Iudicavit utique, et quidem iam quasi ad instar futuri iudicii iudicavit, cum enim ad supplicium malorum gehennam in futuro arsuram esse manifestum sit, Sodomam et vicinas ei urbes caelestis flamma consumpserit. In praesenti autem illud, 39
20 quod futurum est, deus voluit declarare iudicium, quando super impium populum gehennam misit e caelo, sicut etiam apostolus dicit, quod deus civitates Sodomam et Gomorram eversione damnarit, exemplum ponens impie acturis, quamvis id ipsum, quod ibi actum est, plus habuerit misericordiae quam severitatis. Quod enim poenam eorum tam diu distulit, misericordiae fuit, iustitiae, quod aliquando punivit. Et ideo
25 cum angelos Sodomam deus mitteret, hoc nobis probare voluit, quod etiam malos puniret invitus: scilicet ut, cum legeremus, quae a Sodomitis angeli pertulissent, et videremus scelerum immanitatem, criminum turpitudinem, libidinum obscenitatem, probaret utique nobis deus, quod ipse eos noluerit perdere, sed ipsi extorserint ut perirent.

30 IX. Possum innumera proferre, sed vereor, ne dum satis rem probare nitimur, 40
historiam texuisse videamur. Moyses in deserto positus gregem pascit, rubum ardere conspicit, deum ex rubo audit, praecepta accipit, potestate exaltatur, ad Pharaonem mittitur, venit, loquitur, contemnitur, vincit. Aegyptus percutitur, Pharaonis inoboedientia verberatur et quidem non uno modo, scilicet ut plus sacrilegus torqueatur di-
35 versitate supplicii. Et quid postremo? decies rebellat, decies verberatur. Quid ergo dicimus? puto quod in his omnibus et curare pariter res humanas deum et iudicare

1) Gen. 18, 20. 12) ibid. 19. 21) II Pet. 2, 6. 31) Exod. 3.

---

1 statim *AB*: *om. Tp* 2 *et* 3 gomorrae *Bp:* gomurrae *A*, gomore *T* 4 enim *om. p* 6 dicitur *A* ne] ut non *p* deferatur *A* 9 etiam puniat peccatores grauissimos *T* ad se *BTp*· a se *A* 10 suadit *A* 13 loht *B* effectibus *T* 14 impiis concr. *A:* concr. impiis *BTp* 15 utrum nam cum deus ex iudicio Sodomitas punitos (*mediis omissis*) *p* 16 perdidit, iudicauit utique. Equidem *p* 18 suplicium *B* gehenna . . arsura *ABT* in futuro *ABT:* in futurum *p et edd.* 19 uicinam *T* ei *A:* eius *BTp* coelesti f. consumpsit *p* 22 gomurram *A*, gomoram *T* dampnarit *AB*, damnauerit *T* 24 iustitiaeq: aliquando *T* 25 mitteret deus *T* 26 sodomis *T* et] etiam T 28 sed ipsi . . proferre *om. A 1 m. supplevit m. 2, sed antiqua in marg.* extorserunt *T* 30 dum *B s. l.* rem probare *Ap:* reprobare *BT* nitimur *A corr. m. 2:* renitimur *BTp*, retinemur *A 1 m.* 32 accepit *A* 33 inoboedientia *A:* inobedientia *BTp* 34 scilicet] sed *p* plus] unus *T*

cognoscas. In Aegypto quippe tunc enim non simplex tantum, sed multiplex constat dei fuisse iudicium; quotienscumque enim rebellantes Aegyptios percussit, totiens iudi-
41 cavit. Sed post ista, quae diximus, quid secutum est? Israhel dimittitur, pascha celebrato Aegyptios spoliat, dives abscedit. Pharaonem paenitet, exercitum contrahit, ad fugientes pervenit, castris iungitur, tenebris separatur, siccatur pelagus, Israhel graditur, officiosa undarum patientia liberatur. Pharao sequitur, mare super eum revolvitur, fluctu operiente deletur. Puto iam non obscurum in his, quae acta sunt, dei esse iudicium, et quidem non iudicium tantum, sed etiam moderationem atque patientiam. patientiae enim fuit, quod Aegyptii rebellantes saepe percussi sunt, iudicii,
42 quod contumaciae pertinaces morte damnati. Igitur post hanc rerum gestarum ordinem ingreditur heremum victrix sine bello gens Hebraeorum. Agit iter sine itinere, viatrix sine via, praevio deo, divino commilitio honorabilis, ductu caelesti potens, sequens mobilem columnam, nubilam die, igneam nocte, congruas colorum diversitates pro temporum diversitate sumentem, scilicet ut et diei lucem lutea obscuritate distin-
43 gueret et caliginem noctis flammeo splendore claritate radiaret. Adde huc fontes repente natos, adde medicatas aquas vel datas vel immutatas, speciem servantes, naturam relinquentes, adde aperta erumpentibus rivis montium capita, adde scaturrientia novis pulverulenta arva torrentibus, adde inlatos itinerantium castris alitum greges, deum pietate indulgentissima non usibus tantum hominum, sed etiam inlecebris servientem, datum per quadraginta annos astris cotidie famulantibus cibum, rorantes iugiter escis dulcibus polos, non ad victum tantum, sed etiam ad delicias profluentes: adde homines in nullis membrorum suorum partibus accessus et decessus humanorum corporum sentientes, ungues non auctos, dentes non imminutos, capillos semper aequales, non adtritos pedes, non scissas vestes, calciamenta non rupta, redundantem hominum honorem usque ad induviarum vilium dignitatem: adde huc erudiendae gentis officio descendentem ad terras deum, adcommodantem se terrenis visibus deum filium, innumerae multitudinis plebem in consortium divinae familiaritatis admissam, sacrae amicitiae honore pollentem: adde huc tonitrua, adde fulgura, terribiles bucinarum caelestium sonos, tremendum undique totius aëris fragorem, polos sacris clangoribus mugientes, ignes, caligines, nebulas deo plenas, loquentem comminus dominum, legem divino ore resonantem, incisas digito dei litteras, rupices paginas, saxeum volumen, discentem populum et docentem deum ac mixtis paene hominibus atque angelis unam
44 caeli ac terrae scholam. Sic enim scriptum est, quod cum retulisset Moyses verba populi ad dominum, dixerit ei dominus: iam nunc veniam ad te in caligine

34) Exod. 19, 9

---

1 enim *delevit Rittershusius* 2 quotiescumque — toties *ATp* 3 sequutum est *A* Israhel] *sic fere ubique A* pasca *BT* 4 celebrato *A:* celebrat *B*, celebratur *Tp* 6 s. eum reuoluitur *A:* superuoluitur *T*, s. eum uoluitur *Bp et vulgo* 9 percussit (*om.* sunt) *BT* 10 dampnati *AB* hanc *AB · om Tp*, hunc *vulgo* 11 ingr. heremum uictrix *AB:* uictrix ingr. eremum (her. *T*) *Tp* 12 sine uia, primo dei diuino consilio h. *p* commilicio *A* 14 lucem *AB:* lumen *Tp* 15 claritate radiaret *ABT · claritatis irradiaret p*, claritatis radiaret *vulgo* 16 medicatos *BT* uel inuitatos *T* 17 aperte *A* riuis] uiis *T* scaturrientia *A*. scaturientia *BTp* 18 bonis *T* illatos *T*, illos *p* 19 deum . . seruientem *ABT:* dei . . seruientes *p* 21 profluentes *AB:* perfluentes *Tp* 22 in ullis *T* 23 sentientes *scripsimus* nescientes *libri* auctos *Tp:* actos *AB* minutos *T* 24 scissas *Bp:* adscissas *A*, cisas *T* calciamenta *ABT:* calceamenta *p* 25 indiuinarum *T* 26 descendentes *B* usibus *Rittershusius* deum *A:* dei *BTp* inmunere *T* 28 [hono]re *partim evanuit in A, item* fulg[ura], *v* 33 [scholam], *v*. 34 [ei dominus] bucinarum *ABT*. buccinarum *p* 29 sonos celestium *T* 30 comminus *A · cominus B*, communius *T*, cum mose *p* 31 inscisas *B* pagines *T* 33 ac *om. B 1 m.* Moses *p* 34 duxerit *A ut videtur*, dixit *p*

nubis, ut audiat me populus loquentem ad te. Et paulo post: ecce, inquit, coeperunt audiri tonitrua ac micare fulgura et nubes densissima operire montem. Et iterum: descenditque dominus super montem Sina in ipso montis vertice. Ac deinceps· loquebaturque cum Moyse, videntibus universis, quod columna nubis ad ostium staret tabernaculi, stabantque et ipsi et adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Quae cum ita sint, videturne habere hominis curam deus, haec tanta tribuens, haec tanta praestans, participem sermonis sui vilem homunculum faciens et quasi in consortium sacrae sodalitatis admittens, aperiens ei plenas divitiis immortalibus palmas suas, alens eos nectaris poculo, pascens caelesti cibo? Quam, rogo, maiorem eis gubernaculi sui praestare curam, quem maiorem praestare potuit affectum, quam ut cum praesentis saeculi vitam agerent, speciem iam futurae beatitudinis possiderent?

X. Sed respondeatur forte hoc loco, habuisse quondam hanc hominum curam deum, 45
ceterum nunc penitus non habere. Unde hoc ita credimus? forsitan quia, ut illi tunc, manna cotidie non comedimus, cum agros triticeis plenos messibus demetamus? quia coturnices humanis se manibus ingerentes non adprehendimus, cum omnia avium, pecudum, bestiarum genera devoremus? quod salientes rupibus aquas apertis oribus non
excipimus, cum vinarias domos vinearum fructibus inrigemus? Addo ego amplius 46
aliquid, quod nos ipsi, qui illos tunc deo curae fuisse et nos a deo neglegi dicimus, si accipere pro praesentibus bonis praeterita possemus, respueremus penitus condicionis istius optionem. Nollemus enim haec, quae nunc habemus, amittere, ut possemus ea, quibus tunc illi usi sunt, possidere, non quod nos meliora nunc habeamus, quam gens illa tunc habuit, sed quia et illi, qui cotidiano tunc caeli ac dei ministerio pascebantur, antiquam ventris ingluviem bonis praesentibus praeferebant, turpissima scilicet ciborum carnalium recordatione maesti et foetidissimo caeparum atque alliorum amore aegrescentes, non quod potiora essent, quibus antea usi erant, sed quia quod nunc a nobis fit, hoc tunc ab illis. Illi horrebant quae erant, et quae non erant desiderabant: nos magis laudamus illa, quae tunc fuerunt, quam ista, quae nunc sunt, non quia, si eligendi facultas esset, semper habere illa mallemus, sed quia usitatum hoc humanae mentis est vitium, illa magis semper velle, quae desunt. Et quia, ut ille 47
ait, aliena nobis, nostra plus aliis placent, accidit quoque illud, quod generale ferme est omni homini, ut deo semper ingratus sit, insitoque hoc et quasi nativo malo se cuncti invicem vinciunt, ut beneficiis dei detrahant, ne debitores se

1) Exod 19, 16. 3) ibid. v. 20. 4) Exod. 33, 9 sqq. 32) Syrus v. 28 ed. Ribb.

---

1 populus me *p* ad te *partim evanuit in A, item v.* 2 fulgura et 2 inquit *AB · om. Tp* fulgora *T* 3 dominus *ABTp: om. vulgo* 4 syna *BT*, Synai *p* loquebatur *p* 5 ad hostium staret *A*, staret ad hostium *BTp* 7 Mosen *p* 9 hominis habere *BTp* 10 homunculum uilem *BTp* 11 eis *T* 12 rogo] ergo *T* 15 quondam *Bp* quandam *AT* 16 paenitus *A* qui forsitan *T* ut *B corr. ex* ait 17 manna *A* · mannam *BTp, cf. p.* 16, 7 triticeis *A* · triticos *T*, triticeos *Bp et edd* demetamus *BTp:* dimittamus *A* 20 excipimus *A* · accipimus *BTp* domus *BTp* 21 qui *om. T* tunc *om. p* nos ideo n. *p* 24 nunc meliora *BTp* 27 caeparum *A* ceparum *BTp* alliorum *p:* alleorum *T*, aliorum *AB* 28 sed quia — quae erant *om. p, item A 1 m., suppleta sunt in A m. 2, sed admodum vetere* quod non a nobis sit *T* 29 illi quę horrebant *B, sed adiectis transpositionis signis* et] sed *p* 30 nos] non *T* 31 usitatum hoc est humanae menti, cum intueatur illa magis semper quae desunt *p* 33 accedit *B* 34 est ferme *T* insitque *T* 35 uinciunt *A:* uincunt *BT et edd.* dei *om. T*

esse cognoscant. Sed haec hactenus. Nunc ad negotii dudum coepti ordinem revertamur, quamvis, ut reor, non mediocriter iam probaverimus, quae proposuimus: sed addamus tamen adhuc, si placet, quippiam, quia melius est plus probare aliquid quam necesse est, quam minus forsitan quam negotio debeatur.

48 XI. Liberatus quondam de Pharaonis iugo populus Hebraeorum ad Sina montem praevaricatus est et statim a domino pro errore percussus. Sic enim scriptum est: percussit ergo dominus populum pro errore vituli, quem fecerat Aaron. Quod potuit maius et evidentius de peccatoribus deus ferre iudicium, quam ut statim consequeretur poena peccantes? Et tamen cum omnis populus reus fuerit, cur non est in omnes missa damnatio? Quia pius scilicet dominus partem percussit sententiae suae gladio, ut partem corrigeret exemplo praeberetque omnibus simul et coercendo censuram et indulgendo pietatem. Censura enim fuit, quod castigavit, pietas, quod pepercit, quamvis utrumque impari modo: plus siquidem tunc pietati datum est quam severitati. Ideo utique, quia cum indulgentissimus dominus propensiorem se semper miserationi praestet quam ultioni, licet in coercenda tunc Iudaici exercitus parte iudicio ac severitati censura divina aliquid adtribuerit, maiorem sibi tamen populi portionem pietas vindicavit, specialiter quidem hoc et peculiari tunc innumerae plebis misericordia, ne omnes scilicet, quos reatus complectebatur, poena consumeret.

49 Ceterum erga personas quasdam, ut legimus, ac familias censura dei inexorabilis est, sicut illud, ubi otiante sabbatis populo is, qui colligere ligna usurparat, occiditur: quamvis enim opus ipsum hominis videretur innoxium, faciebat tamen eum diei observatio criminosum: vel cum duobus lite certantibus unus, qui blasphemarat, morte multatur. Sic enim scriptum est: Ecce autem filius mulieris Israhelitis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israhel, iurgatus est in castris cum viro Israhelite· cumque blasphemasset dominum, et maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Et paulo post: miserunt, inquit, eum in carcerem, donec viderent, quid iuberet dominus, qui locutus est ad Moysen dicens: educ blasphemum extra castra, et ponant omnes, qui audierunt, manus super caput eius et lapi-
50 det eum populus universus. Numquid non praesens dei est manifestumque iudicium et prolata quasi iuxta humani examinis formam caelesti disceptatione sententia? Primum qui peccaverat comprehensus est, secundo quasi ad tribunal adductus, tertio accusatus, deinde in carcerem missus, postremo caelestis iudicii auctoritate punitus: porro autem non punitus tantum, sed punitus sub testimonio, ut damnare scilicet videretur reum iustitia, non potestas, exemplo scilicet ad cunctorum emendationem proficiente, ut ne qui postea admitteret, quod omnis in uno populus vindicasset. Hac

7) Exod. 32, 35. 19) Num. 15. 23) Levit. 24, 10. 26) ibid. v. 12.

---

1 reuertantur *T* 2 sed *om. p* 3 aliquod *T* 5 syna *BTp* 7 pro reatu uituli *Vulg.* fecerat *A* · fecit *BTp* 9 ut *BTp* · *om. A* 10 dampnatio *AB et sic fere semper* 11 preberetque *A*, probaretque *BTp* 13 inpari *B* 14 quia *om. B*[1] propiorem *p* 16 ac *AB:* et *Tp* seueritate *BT* sibi tamen *A:* tamen sibi *BTp* 17 [quidem hoc] *evanuit in A, item alii loci in fol. 9 huius codicis* innumeri *AB* 18 conplectebatur *B*, complectabatur *AT* 19 personas quasdam *A:* quasdam p. *BTp* dei *B s. l.* est *om. A* 20 sabatis *T* his qui *A* occiditur *A* · occidi iubetur *BTp et edd.* 23 mulctatur *Tp* scriptura *T* israelicis *T*, israelitidis *p* 25 Israelitae *p*, israelice *T* dominum *A:* nomen *BT et Vulg.*, nomen domini *p et edd.* 26 est *om. BT* Mosen *p* 29 manus *om. T* 32 primum enim qui *p* 33 accusatur *BT* missus *B s. l.* [punitus] *A* 35 adiunctorum *T* proficiente *p:* proficiscente *A*, proficiscentem *BT* 36 qui *A:* quis *BTp* admitteretur *T*

igitur ratione atque iudicio omnia deus et nunc agit et semper egit, scilicet ut correctioni omnium proficeret quicquid singuli pertulissent. Sicut etiam illud fuit, cum 51
Abiu et Nadab, sacerdotalis sanguinis viri, caelesti igne consumpti sunt: in quibus utique non iudicium tantum, sed praesens deus ostendere voluit impendensque iudicium. Sic enim scriptum est, quod, cum egressus ignis a domino devorasset holocaustum, arreptis Nadab et Abiu filii Aaron turibulis posuerunt ignem et incensum desuper, offerentes coram domino ignem alienum, quod eis praeceptum non erat, egressusque ignis a domino devoravit eos, et mortui sunt coram domino. Quid enim aliud quam extentam super nos dexteram suam et imminentem iugiter gladium voluit ostendere, qui errorem supradictorum statim in ipso opere punivit, nec prius paene est peractum facinus peccantium quam ulcisceretur poena peccatum. Quamvis non id tantum in hac re actum sit, sed etiam multa alia. Cum enim in illis tunc non mens impia, sed fa- 52
cilitas nimium inconsulta punita sit, declaravit profecto dominus, quo supplicio digni essent, qui contemptu divinitatis aliquid admitterent, quando etiam illi percussi a deo essent, qui sola mentis inconsideratione peccassent, aut quam rei essent, qui contra iussionem domini sui facerent, cum etiam illi taliter plecterentur, qui iniussa fecissent. Porro autem etiam ex hoc consulere deus voluit nostrae correctioni per censuram salubris exempli, ut omnes laici intellegerent, quantum iram dei timere deberent, cum a praesenti poena filios sacerdotis nec meritum parentis eriperet nec ministerii sacri privilegium vindicaret. Sed quid ego de his dico, quorum inconsiderantia quodam- 53
modo deum tetigit et ad caelestem iniuriam redundavit? Maria contra Moysen loquitur et punitur, nec punitur tantum, sed punitur more iudicii. Primum enim ad iudicium vocatur, deinde arguitur, tertio verberatur. In obiurgatione enim excipit vim sententiae, in lepra autem patitur piaculum criminosae: quamvis coercitio istiusmodi non Mariam tantum, sed etiam Aaronem humiliaverit, quia, etsi deformari lepra summum antistitem non oportuit, et ipsum tamen domini castigatio flagellavit, nec solum hoc, sed in poena, quam Maria patitur, Aaron etiam quasi culpae particeps coercetur; Maria enim supplicio adficitur, ut Aaron confusione multetur. Porro autem, ut in- 54
exorabilem in quibusdam agnosceremus formam divini esse iudicii, ne illius quidem intercessu, qui laesus fuerat, indulsit. Sic enim legimus ad Aaronem et Mariam dixisse dominum: Quare igitur non timuistis detrahere servo meo Moysi? iratusque abiit. Et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix, clamavitque Moyses ad dominum dicens: obsecro, domine, sana eam. Cui respondit dominus: si pater eius spuisset in faciem illius, non debuerat saltem decem dierum rubore suffundi?

6) Levit. 10, 1 sq. 32) Num. 12, 8 sqq.

---

1 semper, egit scilicet *B* 2 [omnium] *A* tulissent *p* etiam *AB* · etiam et *Tp* [cum . . sacerdotalis] *A* 3 abiu *T*, *item v.* 6 4 [utique . . ostend]ere *A* 5 [est . . h]olocaustum *A* deuorasset et *T* 6 areptis *A* turribulis *Tp*, [turibulis . . desuper] *A* 8 [quod . . egressusque] *A* 9 [quid enim . . nos] *A* 10 [ostendere . . supradictorum] *A*, ostendere *B in marg.* 11 nec prius paene est [per]ac[tum facinus peccan]tium *A*, nec peractum prius pene est f. p. *BTp*, nec pene prius peractum est f. p. *vulgo* 12 id tantum *AB:* tantum *T*, tantum hoc *p* 13 [actum sit sed] *A* 15 contemni *T* percussi *om. p* 16 peccantes *p* 19 cum] tamen *T* 21 ego quid *Bp* 22 Mosen *p* 23 et punitur *om. p* punitur more iudicii *A* · more iud. punitur *BTp*, iud. more punitur *vulgo* enim *AB: om. Tp* 24 enim *AB* · *om. Tp et edd.* excepit *A* 25 criminis *p* coertio *T* 26 maria *A* humiliauerit *AB:* humiliauit *Tp* 27 antestitem *A* 28 hoc *AB:* hęc *T*, hac *p* sed *om. Tp* 29 mulctetur *T*, mutetur *p* 30 forma *B* 31 indulxerit *T* 33 Mosi *p* 34 ad dominum Moyses (Moses *p*) *BTp* 35 dominus respondit *BTp* 36 decem] *immo* septem, *ut est in Testam.* rubore *B in marg.*

separetur septem diebus extra castra, et postea revocabitur. Sufficiant igitur de hoc genere divisionis et de hac parte sermonis ista, quae diximus; infinitum enim est de omnibus disputare, quae nimis longum est etiam sine disputatione numerare. Sed adhuc tamen aliquid addamus.

55 XII. Paenitet gentem Hebraeorum de Aegypto recessisse, percutitur: dolet deinde fatigari se labore itineris, adfligitur: carnes desiderat, verberatur. Et quia cotidie manna edens explere inlecebris cupit ventris ingluviem, optata quidem cupiditate saturatur, sed in ipsa tamen saturitate torquetur. Adhuc enim, inquit scriptura, esca erat in ore ipsorum et ira dei ascendit in eos et occidit plu-
56 rimos eorum et electos Israhel impedivit. Og contra Moysen rebellat, extinguitur: Core conviciatur, obruitur: Dathan et Abiron murmurant, devorantur. Aperta est enim, inquit, terra, et degluttivit Dathan et operuit synagogam Abiron. Ducenti quoque et quinquaginta, ut sacer sermo testatur, principes viri, qui tempore concilii per nomina vocabantur, surrexerunt contra Moysen. Cumque stetissent contra Moysen et Aaron, dixerunt. sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est et in ipsis est dominus· cur elevamini super populum domini? Et quid post haec? ignis, inquit, egressus a domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui
57 offerebant incensum. Sed cum haec tanta fierent, caelestis cura non profuit. Adhibita est saepissime coercitio, sed emendatio non secuta. Sicut enim nos, cum flagellamur assidue, non corrigimur, ita et illi, cum caederentur saepissime, non emendabantur. Quid enim scriptum est? murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israhel sequenti die contra Moysen et Aaron, dicens· vos interfecistis populum domini. Et quid postea? percussa sunt statim
58 et divino igne consumpta quattuordecim milia hominum et septingenti. Cum omnis ergo tunc populi multitudo peccaverit, cur non est in omnibus vindicatum? praesertim cum ex illa, quam supra dixi, seditione Core nullus evaserit. Cur ibi cunctum peccantium coetum interfici deus voluit, hic tantummodo portionem? scilicet quia plenus et iustitiae et misericordiae dominus et pietati suae multa donat per indulgentiam et severitati per disciplinam. Et ideo ibi praestitit disciplinae, ut proficeret cunctorum emendationi poena omnium noxiorum: hic autem misericordiae suae tribuit, ne uni-
59 versus populus deperiret. Et tamen cum tam misericorditer egerit, quia in parte plebis castigatio totiens repetita non profuit, ad ultimum omnes morte damnavit: quae res et timori et emendationi nostrae simul proficere deberet, scilicet ne qui illorum exemplo penitus non corrigimur, illorum fortasse exitu puniamur. Non enim dubium est, quid actum de eis fuerit. Nam cum universa gens Hebraeorum ad hoc de Aegypto exierit, ut terram repromissionis intraret, praeter duos tantum sanctos nullus

8) Psal. 77, 30 12) Psal. 105, 17. 15) Num. 16, 3. 17) ibid. v 35. 22) ibid. v. 41.

---

1 sufficiunt *BTp* 2 hac *om. Tp* 7 manna *A* · mannam *BTp* ex illecrebis *p* uentris cupit *Tp* 8 sed] et *T* 10 inpediuit *B* Og] HON *A*, Hón *B*, non *T*, Nam *p* Mosen rebelles extinguntur *p* 11 corde *B* 11 *et* 12 datan B^1Tp 11 *et* 13 abbiron *T* 12 terra inquit *T* degluttiuit *A* · deglutiuit *BTp* opperuit *B* 13 synagogam (sin- *A*) *ABTp:* synagoga *edd.* (operuit super congregationem A. *Vulgata*) 14 Moysem *T*, Mosen *p* 15 contra *A:* eta contra *B*, aduersus *p*, et acriter *T* Moyses *T* nobis *Tp* 20 secuta *A:* est secuta *BTp* 21 assidue flagellamur *BTp* 22 autem] enim *T* 23 Moysem *T* 27 cunctam peccantium rerum interfici *T* 29 iustitia et misericordia *BTp* pietati *p:* pietatis *ABT* 30 seueritati *Tp* · seuertati *B*, seueritate *A*, seueritate punit *edd.* (punit *in A superscriptum est a manu admodum recenti*) ibi *om. p* 33 toties *p* 34 uestre *T* 36 quod *T*

intravit. Sic enim scriptum est· Locutus est dominus ad Moysen et Aaron, dicens: usque quo multitudo haec pessima murmurat contra me? Vivo ego, ait dominus; sicut locuti estis hodie ante me, sic faciam vobis: in solitudine hac iacebunt cadavera vestra. Et quid postea? Parvulos, inquit, vestros, de quibus dixistis, quod praedae hostibus forent, introducam, ut videant terram, quae vobis displicuit: vestra cadavera iacebunt in solitudine. Et quid deinde? omnes, inquit, mortui sunt atque percussi in conspectu domini. Quid 60
est, quod in his omnibus non sit? Vis videre rectorem? ecce et praesentia corrigit et futura disponit: vis videre severum iudicem? ecce noxios punit· vis videre iustum et pium? ecce innocentibus parcit: vis videre in omnibus iudicem? ecce ubique iudicium est. Nam et ut iudex arguit et ut iudex regit: iudex promit sententiam, iudex noxios perimit, iudex innoxios muneratur.

LIBER II.

I. Sufficiunt igitur de exemplis ista, quae diximus, quibus utique iugiter deus 1
noster et contemplator sollicitissimus et gubernator piissimus et iudex iustissimus comprobatur. Sed cogitat de imperitioribus forte aliquis: si sic aguntur nunc a deo omnia, ut tunc acta sunt, quid est quod mali praevalent, adfliguntur boni, et cum tunc iram mali senserint et misericordiam boni, nunc videntur sentire quodammodo boni iram et mali gratiam? Paulo post ad ista respondeam: nunc quia tria haec, id est praesentiam dei, gubernationem atque iudicium, tribus his me probaturum esse promisi, hoc est, ratione, exemplis ac testimoniis, quia ratione et exemplis iam satisfecimus, superest ut testimoniis declaremus: quamvis exempla ipsa, quae diximus, haberi pro testimoniis debeant, quia recte testimonium esse dicitur, quo rerum veritas adprobatur. Quid igitur ex illis tribus, quae supra dicta sunt, per testimonia sacra primum 2
probari debet, praesentia an gubernatio anne iudicium? Praesentia, opinor, quia, qui vel recturus est vel iudicaturus, praesens absque dubio esse debet, ut vel regere quicquid illud est vel iudicare possit. Loquens in voluminibus suis sermo divinus sic ait: in omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Ecce habes praesentem, ecce intuentem, ecce in omni loco cura ac provisione vigilantem. Idcirco enim et bonos ab eo considerari et malos dixit, ut probaret scilicet nihil ab eo neglegi, quem ostenderet universa rimari. Quod ut plenius capias, audi quid in alio 3

1) Num. 14, 27. 5) ibid. v. 31. 8) ibid. v 37. 29) Prov. 15, 3.

---

3 hodie ante me *A*: ante (audiente *p*) me hodie *BTp* 9 praescientia *A* 10 seuerum *B*: iustum et seuerum *p*, iustum et seuerum et pium *A*, iustum et pium et seuerum *T* 12 nam ut *p* promit *A*: promisit *B*, praemisit *Tp* 13 perimit *AB*. punit *Tp* noxios *T* munerat *Tp* — EXPLICIT LIBER PRIMUS. CUM FELICITATE. INCIPIT LIBER SECUNDUS IN UIRTUTE DEI. *A*, EXPLICIT LIBER I. INCIPIT II. *B* 16 et iudex iust. *AB* · *om. Tp* 18 cum tunc *AB* · tunc cum *Tp* 20 tria *B in marg.* 21 probaturum me *Tp* esse *om. p* 22 quia ratione — ut testimoniis *om. T* 23 haberi *p* · habere *ABT* 25 tribus *AB* · rebus *p*, *om. T* 26 qui *ABT*, *ut coniecit Rittershusius* · *om. p* 27 praesens *AB* · praesens igitur *Tp* esse *om B*[1] 28 suis uoluminibus *Tp* 29 habens *A* 30 uigilantem prouisione *T* 31 enim bonos *p* 32 quid *A* · quod *BTp*

scripturarum loco idem testatur spiritus sanctus· oculi, inquit, domini super timentes eum, ut eripiat a morte animas eorum et alat eos in fame. Ecce cur aspicere iustos homines deus dicitur, utique ut conservet, ut protegat. Aspectus enim divinitatis propitiae munus est conservationis humanae. Nam et alibi idem divinus spiritus: oculi, inquit, domini super iustos, et aures eius in preces eorum. Vide, qua benignitate agere cum suis deum scriptura dicit. In hoc siquidem, quod ait, oculos domini super iustos esse, affectus aspicientis ostenditur, in hoc autem, quod aures in precibus paratas semper, exaudientis largitas demonstratur: quamvis per id, quod dicit, divinas aures in precibus semper esse iustorum, non au-
4 dientia tantum dei, sed quaedam quasi oboedientia dei designetur. Quomodo enim in precibus iustorum divinae aures sunt? quomodo, nisi ut semper audiant, nisi ut semper exaudiant, nisi ut prompte audita tribuant, nisi ut ilico exaudita concedant. Semper ergo ad audiendas sanctorum preces paratae domini nostri aures, semper attentae sunt. Quam beati essemus omnes, si quam promptam erga nos audientiam dei legimus, tam prompte ipsi deum vellemus audire. Sed forsitan dicis, hoc quod iustos aspicere deus legitur, parum prodesse causae, quia non sit generalis divinitatis intui-
5 tus, qui iustis tantum speciali benignitate tribuatur. Iam quidem superius sacer sermo testatus est, quia oculi domini contemplantur bonos et malos. Sed si etiam nunc vis plenius probare, respice quid sequatur; hoc enim subditur· vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Videes absque dubio, quia non potes queri, quod non aspiciat etiam iniustos deus, quia intellegis generalem quidem esse in omnes domini visionem, sed meritorum fieri disparilitate diversam. Boni quippe aspiciuntur, ut conserventur, mali, ut disperdantur: cum quibus utique partem et ipse habens, qui homines a deo aspici negas, non solum videri te a domino evidenter intellege, sed periturum quoque indubitanter agnosce. Nam cum ad hoc sit vultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum, necesse est, ut qui aspicere dei vultum perfide negas, aspicientis iram perditione cognoscas. Igitur de praesentia ac de aspectu dei ista sufficiunt.

6 II. Videamus nunc, an qui respicit regat, cum utique ipsa ratio aspiciendi causam in se habeat gubernandi, quia non ad hoc respicit, ut cum aspexerit, neglegat, qui scilicet per id ipsum non neglegere intellegitur, quia respicere dignatur, praesertim cum superius sacer sermo testatus sit malos ad perditionem a deo aspici, bonos ad salutem. Hoc ipso utique dispensatio divini gubernaculi demonstratur; hoc est enim iusta gubernatione regere et singulos quosque homines pro meritorum diversitate
7 tractare. Sed accipe tamen de hac re plenius testimonium. Dicit ad deum patrem in psalmo spiritus sanctus: qui regis Israhel, intende. Israhel 'videns deum'

1) Psal. 32, 18. 5) Psal. 33, 16. 19) ibid. v 17 36) Psal. 79, 2.

---

5 diuinus spiritus *A:* diu. spir. sanctus *BTp* impreces *A*, *item* imprecibus *infra v.* 8, 9 *et* 10 6 siquidem — ostenditur in hoc *om. B*, *verba omissa suppleta sunt in schedula adiecta* 8 paratas, semper *vulgo interpungitur* 9 per *om. BT* 10 dei (*ante* designetur) *om. B* 12 promptae *A*, promtae *B*, prompter *T* illico *T* 13 ad *om A*, aut *T* exaudiendas *T* 14 aud. dei *AB*· dei aud. *Tp et edd.* 15 uellemus aud. *A:* aud. uellemus *BTp* 16 aspicere deus legitur iustos *BTp* 18 testatus est *A:* testatur *BTp* malos et bonos *BTp*, *item A*, *sed in hoc transpositionis signa adiecta sunt* etiam *ABT:* hoc etiam *p* 19 probare *ABT*. probari *p* 21 potes *B:* potest *ATp* quaeri *p* quia (*post* deus) *A*· qui cum *BT*, quippe cum *p* 24 homines *ABTp:* hominem *vulgo* aspicis *B* 26 domini *AT*· dei *B*(?)*p et edd.* 27 eorum *A:* eorum de gubernacione (*adiectum* dei) *B*, eorum de generatione omni *Tp* perfide *Rittershusius* per fidem *ABT*, perfidia *p* 28 sufficiunt. DE GUBERNATIONE DEI *A* 29 nunc an qui *A*· an qui nunc *BTp* regat — respicit *om. T* 30 ad hoc non *p*, adhuc non *B* 34 enim est *T* et in singulos *A* 35 tractari *AB*

interpretatur· quem utique cum Christiani fide et corde videant, qui fideliter credunt, licet gubernator omnium deus sit, illis tamen peculiariter regimen praestari a deo dicitur, qui regi peculiariter a divinitate mereantur. Unde et tu, quicumque ille es, si Christianus es, necesse est ut te regi a deo credas. Si autem gubernari te a deo cum ceteris Christianis omnino non putas, necesse est extra omnes Christianos te esse cognoscas. Sed si illud, ut supra iam diximus, magis quaeris, quod ad omnes homi- 8
nes, non quod ad solos pertinet Christianos, ecce evidenter dicit volumen sacrum cuncta cotidie nutu divinitatis regi et incessabiliter a deo omnia gubernari; ipse enim, inquit, diligit consilium et disciplinam. Nec est enim alius deus, cuius cura est de omnibus. Cum sis ergo, inquit, iustus, iuste omnia disponis et cum magna reverentia disponis nos. Ecce habes iugiter disponentem deum, iugiter gubernantem quamvis in isto scripturae loco non gubernatio tantum sacra, sed etiam dignitas declaretur humana. In hoc enim quod ait, 'disponis nos', divinae vis gubernationis, in hoc autem quod 'cum magna reverentia', culmen humanae ostenditur dignitatis. Alibi quoque in propheta: numquid non caelum, 9
inquit, et terram ego impleo? Cur autem cuncta implet, ipse declarat: quia vobiscum sum, inquit, ut salvos faciam vos. Ecce enim non modo regimen suum dominus et impletionem, sed etiam vim ac beneficium ipsius adimpletionis ostendit; hunc enim fructum in se habet divinitatis impletio, ut salvet ea, quae adimplentur. Et ideo in apostolorum actibus beatissimus Paulus: in ipso, inquit, et vivimus et movemur et sumus. Plus absque dubio quam gubernator est vitae, in quo motus ipse viventis est. Non enim dixit ab ipso nos, sed in ipso moveri, docens scilicet insitam intra virtutes sacras omnium nostrum esse substantiam, quia in ipso profecto vivimus, a quo hoc ipsum adducimus, quod sumus. Sed et salvator ipse in 10
evangelio: ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Non solum nobiscum se esse dixit, sed etiam omnibus diebus esse nobiscum. Tu eum, o ingratissime homo, qui sine cessatione nobiscum est, nec curam nec respectum nostri habere dicis? Quid ergo facit nobiscum? numquid ad hoc nobiscum est, ut non respiciat, ut neglegat? et quomodo sibi utrumque convenit, ut qui pietati praestat praesentiam, impietati tribuat incuriam? ecce enim, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Praeclare videlicet affectum dei interpretamur, si nos calumniamur 11
ab eo iugiter neglegi, cum ille nos a se testetur iugiter non relinqui. Ille per hoc ostendere voluit, quod a nobis affectu ac protectione iugiter non discederet, quia a nobis etiam praesentia non abesset. Nos in contemptum nostri divinam vertimus caritatem, nos amoris testimonia in odii argumenta mutamus. Hoc enim, quod praesen-

10) Sap. 12, 15. 15) Jerem. 23, 24. 16) Jerem. 42, 11. 20) Act 17, 24. 25) Matth. 28, 20.

2 sit deus *Tp* 4 te regi *A:* regi te *p*, te *om. BT* 5 te *om. A* 6 homines omnes *p* 7 pertinet *A:* pertineat *BTp* dixit *T* 8 omnia a deo *T* 9 est enim *ABTp:* enim est *A corr.* 13 disponit *ABTp* 14 diuinae uis *A:* uis diu. *BTp et edd.* 15 humani *A* 16 impleo dicit *A* implet *ABT:* impleat *p* quia *Ap:* quia uero *BT* 17 modo non *ABT* 18 impeditionem *T* ac] ad *T* 19 Nunc *T* fructum *ABT:* modum *p* quae implentur *B 1 m.* 20 in ipso — plus absque *om T* 22 uiuentis *AB:* inuentus *Tp* sed in ipso *om. T* moneri *T* 24 adducimus *ABT:* ducimus *p et vulgo* 26 dixit esse *T* 27 eum] enim *T* 28 nostri *AB: om. Tp* facit ergo *B* 29 ad hoc] ergo *T* ut negl. *ABT:* et negl. *p* 30 tribuant *B* 32 uidelicet *A* · scilicet *BTp* interpretatum *p* 34 ac *A*. et *BTp* quianobis *A* 36 testimonio *B* mittamus *B 1 m.*

tem se esse dicit, odii magis testimonium esse volumus quam amoris. Nam si absentem se dominus futurum esse dixisset, minus causari forsitan de incuria poteramus absentis. Maioris contemptus res est atque fastidii, si nos iugiter neglegit, qui a nobis iugiter non recedit; et plus in se odii nostri habet, si ad hoc semper nobiscum
12 permanet, ut qui nos praesentia numquam deserit, semper repudiet affectu. Sed absit hoc de piissimo ac misericordissimo deo credi, ut ad hoc semper nobis voluerit adsistere, ut nos maiore fastidio neglegere videretur adsistens: absit hoc scelus dici. Nemo enim, puto, vel in toto humano genere tam malus est, qui ideo cum ullo hominum velit esse, quia non amet, et ad hoc tantum uti praesentia sua cupiat, ut maiore odii fructu possit despicere praesentem. Ipsa nos vel doceat natura humana vel vincat, si non ideo cum quocumque homine esse cupimus, quia eum, cum quo esse cupimus, diligamus. Et quia utique diligimus, prodesse ei praesentiam nostram cupimus, quem amamus. Quod ergo etiam malo homini auferre non possumus, deo tollimus et peiorem pessimis hominibus deum facimus, qui ad hoc futurum nobiscum se esse dixerit, ut fastidiosius nos neglegeret, cum fuisset. Sed haec hactenus.

13 III. Superest ut, quia testimoniis sacris et respici et regi a deo omnia iam probavimus, etiam iudicari plurima in hoc saeculo a divinitate doceamus. David sanctus cum a Nabale Carmelo contumeliae pertulisset iniuriam, quia se ipse ulcisci distulit, ultionem statim deo exsecutore percepit. Extincto itaque paulo post adversario suo et manu caelesti obruto sic locutus est: benedictus dominus, qui iudicavit
14 causam obprobrii mei de manu Nabal. Eundem quoque cum fugasset e regno filius persecutor, iudex in brevi dominus vindicavit, nec vindicavit tantum, sed cumulatius vindicavit, quam ipse voluit, qui vindicabatur, ut ostenderet scilicet deus graviorem sibi esse iniuriam iniusta tolerantium quam tolerantibus suam. Nam qui supra votum eius vindicat, qui vindicatur, quid aliud vult intellegi quam se ipsum in eo, quem sic ulciscitur, vindicari? Acto itaque in crucem non manu factam filio parricida, vindictam ei divinitus attributam sic nuntiatam refert sermo divinus: Bonum adporto nuntium, domine mi rex; iudicavit enim pro te hodie dominus de manu omnium, qui surrexerant contra te.

15 IV. Vides, quomodo non rebus tantum, ut supra diximus, et exemplis, sed ipso nomine atque appellatione iudicii deum etiam praesenti saeculo iudicare, divinae per sacros testes litterae probent. Sed forsitan putes, id specialiter sancto viro a deo praestitum, ut de adversariis eius protinus iudicaret. Dies me deficiet, si de praesentibus in hoc mundo sententiis atque iudiciis velim dicere. Sed tamen, ut evidenter agnoscas, censuram suam et examen sacrum non tam personis praestare quam causis, audi quomodo iudex deus, qui pro David servo suo sententiam adsidue evidentem dedit, contra David ipsum saepius iudicarit. Et quidem hoc non in multorum hominum negotio aut, quod forsitan potuisset deum magis movere, sanctorum, sed in

20) I Reg 25, 39. 27) II Reg. 18, 31.

---

3 neglegit — iugiter *om. T* 4 nobiscum semper *Tp* 5 effectu *T* 9 uellet *A* 10 odio possit *p* uel nos doceat *B*, uel doceat nos *Tp* nat. humana *A:* humana nat *BTp et edd.* 11 cum (*ante* quocumque) *om. BT* 12 diligamus *ABT* · diligimus *p et edd.* 13 quam amamus. quo ergo *T* homine *A* 14 qui ad] Quid *A* 16 quia *om. B*[1] et regi *A:* ac regi *BT et edd.* 18 carmelio *BTp* 19 exsecutore *A:* executore *BTp* suo *om. B*[1] 25 intellegi *om. B 1 m.* 26 uindicare *Tp* patricida *p* 29 surrexerant *ABT:* surrexerunt *p et edd., item Vulg* 32 probent *AB.* probant *T et edd.* putes *A:* potes *B*, dices *Tp* a deo *om. B*[1] 34 dicere uelim *Tp* 36 quomodo] quod *p* 37 iudicarit *A et corr. B:* uindicarit *B*[1]*Tp* in *om Bp* 38 moueri *AB*, monere *T*

causa et unius hominis et barbari, et ubi tantum virum persona penitus non grava-
verat, nisi causa multasset. Interfecto Uria Etheo, homine gentis impiae et nationis 16
inimicae, statim fit ad David sermo divinus: Uriam Etheum percussisti gladio
et uxorem illius accepisti uxorem et interfecisti eum gladio filio-
5 rum Ammon: quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in
sempiternum. Itaque haec dicit dominus· ecce ego suscitabo super
te malum de domo tua et tollam uxores tuas in oculis tuis et dabo pro-
ximo tuo. Tu enim fecisti abscondite ego vero faciam verbum istud
in conspectu omnis Israhel et in conspectu solis. Quid dicis tu, qui non 17
10 solum non iudicari quaecumque agimus, sed nec respici omnino a deo credis? Videsne
etiam a secreto illo, quo David semel lapsus est, nequaquam dei oculos afuisse?
Unde et tu, qui, ad solacium arbitror peccatorum tuorum, considerari actus nostros a
deo non putas, ex hoc ipso et aspici te a Christo semper intellege et puniendum for-
sitan propediem esse cognosce, quia etiam David sanctum vides, unum errorem suum
15 nec secreto occultorum penetralium potuisse contegere nec a praesentibus poenis pri-
vilegio saltim magnorum operum vindicare. Quid enim ait ad eum dominus? tollam
uxores tuas in conspectu tuo, et gladius non recedet a domo tua us-
que in sempiternum. Vides, quam praesens excipiat tantus vir pro uno statim 18
errore iudicium. Protinus culpam secuta damnatio est et damnatio statim puniens,
20 nihil reservans atque ilico coercens reum, non in futurum differens reatum. Et ideo
non dixit: quia fecisti hoc, venturum iudicium dei senties et futuro gehennae igne
torquebere, sed praesentia, inquit, tormenta senties atque imminentem iam cervicibus
tuis divinae severitatis gladium sustinebis. Et quid post haec? Agnoscit scilicet reus 19
culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, paenitet, deprecatur, gemmas re-
25 gias abdicat, crispantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate
exhonoratur, cultu et corde mutatur, totum regem cum ornatibus suis abicit, providum
paenitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris adsumit, ieiunio exigitur, ariditate sic-
catur, fletu effunditur, solitudine carceratur. Et tamen rex tanti nominis, sanctitate
maior quam potestate, praerogativis meritorum antecedentium supereminens, cum tanto
30 ambitu supplicet, non evadit. Et hic tantum tam grandis paenitentiae fructus est, 20
quod aeternis quidem piaculis non addicitur, sed in praesenti tamen veniam non me-
retur. Denique quid paenitenti propheta ait? quia blasphemare fecisti inimi-
cos domini, filius, qui ex te natus est, morietur. Praeter poenam acerbae
orbitatis etiam hunc addi piissimo patri intellectum summi supplicii deus voluit, ut
35 dilectissimo filio causa mortis pater ipse existeret, qui doleret, cum utique natum ex
crimine puerum crimen ipsum occideret, quod creasset.

V. Hoc ergo primum est divinae animadversionis exordium, primum utique, non 21
solum. Secuta namque est aerumnarum ingentium longa series atque a domo eius

3) II Reg. 12, 9—12. 32) ibid. v. 14.

---

1 non grauauerat *A:* adgrauauerat *BTp* (*sine* non) 2 uri cettheo *A*, *fort* Uria Chettaeo *secundum textum graecum* Οὐρ. ὁ Χετταῖος rationis *T* 3 cettheum *A* 4 uxorem et *AB:* uxorem tibi et *p*, uxorem *om. T* 5 amon *T* usque *om. T* 10 a deo omnino *BTp* 11 nequam *T* afuisse *A:* affuisse *B*, abfuisse *Tp* 12 considerare *A* 15 contigeri *B* poenis *om. T* 16 saltem *A corr. m. 2 Tp* maiorum *BT* 18 excipiat *A:* accipiat *BTp* statim *AB:* tantum *Tp* 19 damnatio est secuta *BTp* 20 nihil *AB:* nihilque *Tp et edd.* 22 inuenientem *T* 25 crepantia *BTp* texili *B* 26 exhonoratur *AB:* exoneratur *Tp* prouidum *B corr. ex* auidum 29 tantu *A* 30 abitu *T* tantum *A:* tantus *BTp* fructus paen. (poen. *Bp*) *BTp* 32 inimicos nomen domini, propter uerbum hoc filius *p* 38 est *om. BTp* a dom[o eius] *A*

iugis admodum malorum continuatio non recessit. Thamar Amnonis furore corrumpitur, Amnon ab Absalone iugulatur. Scelus quidem grande ab uno fratre committitur, sed peius tamen ab alio vindicatur. Inter haec David pater facinore utriusque punitur. Duo filii peccant, sed tres duorum scelere perduntur; in Thamar enim virginitas amittitur, in Amnone etiam Absalonis perditio lugetur. Et quidem nescias quem de filiis duobus tam bonus pater gravius amiserit, illum, qui manu fratris occisus est
22 in hoc saeculo, an illum, qui sua periit in futuro. Iam vero hinc iuxta verbum dei inaestimabilis mali cumulus. Insidias diu a filio pater patitur, regno pellitur et, ne occidatur, profugus abscedit. Impurior nescias an cruentior filius. Quia interficere patrem non potest parricidio, foedat incestu et quidem incestu, praeter incesti nefas, per industriam adcumulandi sceleris elato, cum utique facinus, quod etiam secreta abominabile facerent, persecutor parentis publice perpetrarit, scilicet ut feralissimo crimine non pater tantum absens deformaretur, quam oculi etiam totius orbis publico
23 foedarentur incestu. Iam si addenda est et ipsius fugae facies, quale illud fuit, cum tantus rex, tanti nominis, cunctis regibus altior, mundo maior, omnes admodum suos cum paucissimis suis fugeret, in comparatione dudum sui egestuosus, in comparatione sui solus, fugiens cum metu, cum dedecore, cum luctu: operto, inquit scriptura, capite et nudis pedibus incedens, superstes prioris status, a se ipso exsulans, paene iam post se vivens, deiectus usque in servorum suorum vel, quod grave est, contumeliam, vel, quod gravius, misericordiam, ut vel Siba eum pasceret vel maledicere Semei publice non timeret, ita dei iudicio a se alter effectus, ut ei, quem timuerat forsitan totus orbis, unus in faciem insultaret inimicus.

24 VI. Ubi sunt, qui a deo respici res humanas negant? Ecce quotiens testes sacri in persona unius hominis non respexisse tantummodo deum, verum etiam iudicasse docuerunt. Et cur haec omnia? cur utique, nisi ut intellegeremus, eandem futuram
25 semper in mundo censuram et coercitionem domini, quae fuisset. Et ideo etiam sanctos homines castigatos quondam iudicio dei legimus, ut iudicandos nos deo iudice etiam praesenti saeculo nosceremus, quia sicut est deus semper, sic iustitia dei semper, sicut omnipotentia domini indeficiens, sic censura indemutabilis, sicut deus iure perpetuus, sic iustitia perseverans. Et ideo omnes admodum sancti in libris sacris inter discriminum imminentium metus et persecutorum gladios constitui praesens iu-
26 dicium dei postulant. Sic enim iustus dicit in psalmo: iudica me, deus, et discerne causam meam de gente non sancta. Quod ne ad futurum dei iudicium trahi possit, subdit statim: ab homine iniquo et doloso eripe me. Praesens utique iudicium dei postulat, qui liberari se de manu persecutoris implorat. Et bene pro conscientia bonae causae non tam suffragium domini quam iudicium depre-

1) II Reg 13. 17) II Reg. 15, 30. 20) II Reg. 16. 32) Psal. 42, 1.

---

1 amonis *T*, amoris *p* 2 Ammon *T*, Amon *p*, am[non ab abs]alone *A* ab uno *p* · abono *ABT* 3 haec *ABTp:* haec tamen *vulgo* pater Dauid *BTp* 5 admittitur *B*[1] Ammone *T*, Amone *p* Absolonis *p* 6 grauius *AB: om. T*, potissimum *p* 7 huic *BT* 8 a filio pater *AB:* pater a filio *Tp* 9 profugis *B* 10 patricidio *Tp* 11 utique cum *T* 12 perpetrarit *A*. perpetraret *BTp et edd.* 13 absens] absconsus *p* quam *AB:* cum *Tp* totius urbis (*sc. Hierosolymorum*) *Rittershusius* 15 rex] et ex *p* cunctis] cum *T* 18 superstes *A:* super istis *BTp* exsulans *A:* exulans *BTp* 19 poenae *p* 20 siba *A:* sibi *BTp* eum pasceret *AB* · compateretur *Tp* 21 semei *AB: om. Tp* 22 forsitan *AB* · *om. Tp et edd.* faciem *p:* facie *ABT* 23 negantur *T* 26 domini *ABT:* dei *p et edd.* 27 homines quodam iudicio dei legimus castigatos *Tp* 28 est deus s. *A:* deus est s. *BT*, deus s. est *p*. 29 domini *A sup. lin. m. 2 sed vetere* indeuitabilis *p* 31 metus *AB:* motus *Tp* 34 subdidit *A* 35 dei iudicium *BT*

catur, quia bonae causae optimum semper suffragium tribuitur, si cum iustitia iudicetur. Alibi quoque evidentissime: iudica, domine, nocentes me, expugna 27
inpugnantes me: adprehende arma et scutum et exsurge in adiutorium mihi. Vides etiam hoc loco non futuri examinis severitatem, sed censuram
5 praesentis iudicii postulari. Hoc est enim illud, quod ait: 'adprehende scutum et arripe gladium', scutum scilicet ad protectionem, gladium ad ultionem: non quia hoc iudicans deus egeat apparatu, sed, quia in hoc saeculo haec terribilium rerum nomina terribilium iudiciorum sunt instrumenta, ad humanam intellegentiam humanarum rerum significationibus loquens, quia iudicari ac vindicari se de adversariis pre-
10 cabatur, per instrumenta terrenae istius ultionis vim divinae animadversionis expressit. Denique alibi propheta idem, quid inter praesens et futurum iudicium dei esset, osten- 28
dit. Quid enim de censura praesentis examinis dicit ad dominum? sedes super thronum, qui iudicas aequitatem. Quid autem de futuro dei aeternoque iudicio? iudicabit, inquit, orbem terrae in aequitate. Et iterum: iudicabit
15 populos cum iustitia. Ipsis scilicet verbis praesentis temporis et futuri tempus iudicii utriusque distinxit. Ut enim praesens iudicium ostenderet, 'iudicas' posuit: ut autem futurum distingueret a praesenti, subiecit postea 'iudicabit'. Haec igitur de cura erga nos dei et gubernaculo et iudicio ratione, exemplis, testimoniis probasse satis est, maxime quia etiam, quae post hoc secutura sunt, ad id ipsum omnia perti-
20 nebunt. Nunc si a deo, cuius negotium agimus, vires ad agendum acceperimus, ea, quae contra haec ab adversariis dici solent, et proferre simul et refutare temptabimus.

LIBER III.

I. Bene habet: iacta sunt fundamenta operis pia molitione coepti et divini officii 1
amore suscepti et ideo non sunt solubili luto posita nec temporali lapide constructa,
25 sed sacrarum expensarum confectione valida et divini magisterii arte firmata: quae, ut ipse in evangelio deus dicit, nec ventis possint furentibus concuti nec adluvione fluminum subrui nec pluviarum infusione dissolvi. Cum enim opus hoc manus quodammodo divinorum voluminum instruxerit et caelestium scripturarum compago solidarit, necesse est tam firma haec per dominum Iesum Christum esse, quae facta
30 sunt, quam firma illa sunt, quae fecerunt. Aedificium itaque hoc naturam status sui de stirpe sumit et labefactari salvis auctoribus suis non potest. Sicut enim in terrenis aedificiis deicere parietes nullus potest, nisi lapides et caementa deiecerit, sic

2) Psal. 34, 1. 12) Psal. 9, 5 14) Psal. 95, 13. 26) Matth. 7, 25.

---

1 semper optimum *p* tribuetur *B*, tribueret *Tp* iudicaretur *p* 2 quoque *ABT*· quoque hoc *edd.* euidentissime indicat, Iudica *p* me *om. T* 5 enim est *T* illud *et* ait *om. T* 6 arripe *A:* corripe *BTp* 8 intelligentiam *hoc loco A* 10 uim] iram *p* 13 dei *AB: om. Tp* 15 et futuri tempus *om. T* 17 praesentibus *BTp* 18 satis est probasse *BTp* 19 id *om. p* 21 tentabimus *Tp; additum est in AB:* EXPLICIT LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER TERTIUS (tercius *B*) 23 Bene habet *scripsi:* BENE HABITI *A*, Bene se res habet *BT et edd imitatus est Salvianus Lactantium Div. Inst. VII, 1 qui ipse sua sumpsit ex Cic. p. Mur. § 14* bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis monitione *T* 24 structa *B*[1] 26 ne uentis *T* 27 opus hoc opus *B*, hoc opus *Tp* 28 instruxerat *A 1 m* 30 naturam per status *BT* 31 sumit *A:* sumet *BTp* 32 nisi *A*· nisi prius *BT et edd.*

aedificium, quod construximus, dissolvere nullus valet, nisi id, unde structum est et consummatum, ante dissolverit· quod quia labefactari utique nequaquam potest, recte etiam a nobis incolumitas aedificii praesumitur, cuius status subsidiis immortalibus
2 continetur. Quaeritur itaque, cum haec ita sint, si totum, quod in hoc mundo est, cura et gubernaculo et iudicio dei agitur, cur melior multo sit barbarorum condicio quam nostra, cur inter nos quoque ipsos sors bonorum durior quam malorum? cur probi iaceant, improbi convalescant? cur iniquis vel maxime potestatibus universa succumbant? Possim quidem rationabiliter et satis constanter dicere· nescio; secretum enim et consilium divinitatis ignoro. Sufficit mihi ad causae huius probationem dicti caelestis oraculum. Deus a se, ut libellis superioribus iam probavimus, omnia dicit aspici, omnia regi, omnia iudicari. Si scire vis quid tenendum sit, habes litte-
3 ras sacras· perfecta ratio est hoc tenere, quod legeris. Qua causa autem deus haec, de quibus loquimur, ita faciat, nolo a me requiras. Homo sum, non intellego secreta dei, investigare non audeo et ideo etiam adtemptare formido, quia et hoc ipsum genus quasi sacrilegae temeritatis est, si plus scire cupias quam sinaris. Sufficiat tibi quod deus a se agi ac dispensari cuncta testatur: quid me interrogas, quare alter maior sit alter minor, alter miser alter beatus, alter fortis alter infirmus? Qua causa quidem haec deus faciat, non intellego, sed ad plenissimam rationem abunde sufficit, quod a deo agi ista demonstro. Sicut enim plus est deus quam omnis humana ratio, sic plus mihi debet esse quam ratio, quod a deo agi cuncta cognosco. Nihil ergo in hac re opus est novum aliquid audire satis sit pro universis rationibus auctor deus. Nec licet, ut de his, quae divino aguntur arbitrio, aliud dicas iustum, aliud iniustum, quia quicquid a deo agi vides atque convinceris, necesse est plus quam
4 iustum esse fatearis. Haec ergo de gubernaculo dei atque iudicio expeditissime ac fortissime dici possunt. Neque enim necesse est, ut argumentis a me probetur, quod hoc ipso, quia a deo dicitur, comprobatur. Itaque, cum legimus dictum a deo, quia aspiciat iugiter omnem terram, hoc ipso probamus, quod aspicit, quia aspicere se dicit: cum legimus, quod regat cuncta quae fecit, hoc ipso adprobamus, quod regit, quia se regere testatur: cum legimus, quod praesenti iudicio universa dispenset, hoc ipso evidens est, quod iudicat, quia se iudicare confirmat. Alia enim omnia, id est humana dicta, argumentis ac testibus egent: dei autem sermo ipse sibi testis est, quia necesse est, quicquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium
5 veritatis. Sed tamen cum per scripturas sacras scire nos quasi de arcano animi ac mentis suae quaedam voluerit deus noster, quia ipsum quodammodo scripturae sacrae oraculum dei mens est, quicquid vel agnosci per suos vel praedicari deus voluit, non tacebo. Unum quamvis prius quam loqui ordiar scire cupiam, cum Christianis mihi loquendum an cum paganis sit. Si enim cum Christianis, probaturum me, quod ago, esse non dubito; si autem cum paganis, probare contemnam, non quia probatione deficiar, sed quia profuturum, quod loquor, esse despero; infructuosus quippe est et inanis labor, ubi non recipit probationem pravus auditor. Sed tamen quia esse nul-

---

1 struximus *Tp* est *AB* *om.* *Tp* 3 a *om.* B^1 4 sint ita *BTp* 5 et iudicio — condicio *om.* *B 1 m.* 7 uel *ABp:* et *T et vulgo, inepte* 8 possim *AB:* possum *Tp et edd.* 9 enim *A:* om. *BTp* [ignor]o *A* 10 [a se ut] *A* 11 [si sci]re *A* 14 adtemptare *AB:* attentare *Tp* 16 quod tibi *Bp* (quod deus a se tibi *T*) 20 debet esse] uideri debet *p* 22 iustum *om.* *B 1 m.* 23 agi a deo uides *B*, a deo uides agi *T* 27 aspiciat *B corr ex* aspicit aspicit *A:* aspiciat *BTp* quia] quod *p* 28 aprobamus *B* 30 euidens est *ABT* · est euidens *edd.* id *om.* *T* 31 ac *AB.* et *Tp* 33 scire nos quasi nos de nos archano (*sic*) *B* et mentis *Tp* 38 probari *A* contempnam *A*, contemno (-pno *Bp*) *BTp* probatione deficiar *A* · deficiar probacione *B 1 m.*, non deficiar in prob. *B corr.*, deficiam in probatione *Tp* 39 et *om.* *T* 40 recepit *T*

lum omnino arbitror Christiani nominis hominem, qui non se Christianum videri velit, ego cum Christiano agam. Quamvis enim quis impiae ac paganicae infidelitatis sit, mihi tamen satis est Christiano probari quod dico.

II. Causaris igitur, quid sit istud, quod Christiani, qui deum credimus, miserio- 6
5 res omnibus sumus. Sufficere quidem mihi ad respondendum hoc loco poterat, quod apostolus ad ecclesias dixit: nemo moveatur in tribulationibus; ipsi enim scitis quoniam in hoc positi sumus. Et ideo cum in hoc positos nos esse a deo apostolus dicat, ut aerumnas, ut miserias, ut tristitias perferamus, quid mirum est, si mala cuncta perferimus, qui ad toleranda adversa omnia militamus? Sed quia
10 multi ista non sapiunt et putant homines Christianos haec quasi stipendia fidei suae a deo capere debere, ut, quia sint cunctis gentibus religiosiores, sint cunctis etiam fortiores, adquiescamus opinioni eorum atque sententiae. Sed videamus tamen quid sit 7
deum fideliter credi. Qui enim tam magnam credulitatis et fidei mercedem in hoc saeculo esse volumus, qualis credulitas aut fides ipsa esse debeat, considerare debe-
15 mus. Quid est igitur credulitas vel fides? Opinor, fideliter hominem Christo credere, id est fidelem deo esse, hoc est fideliter dei mandata servare. Sicut enim servi hominum divitum aut procuratores, quibus vel supellectiles copiosae vel cellaria opulenta creduntur, fideles absque dubio dici non queunt, si res sibi traditas devorarint: sic profecto etiam Christiani homines infideles sunt, si bona sibi a deo adsignata cor-
20 ruperint. Quaeritur forsitan, quae sint bona, quae deus Christianis hominibus ad- 8
signet? quae? nisi omnia per quae credimus, id est, per quae omnia Christiani sumus: primum scilicet legem, deinde prophetas, tertio evangelium, quarto apostolicas lectiones, postremum regenerationis novae munus, sancti baptismatis gratiam, divini chrismatis unctionem, scilicet, ut sicut apud Hebraeos quondam, id est peculiarem
25 ac propriam dei gentem, cum iudiciarius honor in potestatem regiam transcendisset, probatissimos et lectissimos viros per unguentum regium deus vocavit in regnum, sic omnes homines Christiani, cum post chrisma ecclesiasticum omnia dei mandata fecissent, ad capiendum laboris praemium vocarentur ad caelum. Cum ergo ista sint 9
omnia, per quae fides constat, videamus quis tanta haec fidei sacramenta custodiat,
30 ut fidelis esse videatur, quia infidelis, ut diximus, sit necesse est qui fidei commissa non servat. Et quidem non quaero, ut cuncta faciat, quae testamenta duorum temporum iubent: remitto censuram legis antiquae, remitto has prophetarum minas, remitto etiam, quae remitti omnino non possunt, vel apostolicorum librorum severissimam institutionem vel evangelicorum voluminum plenam omni perfectionis genere
35 doctrinam: paucissimis saltim praeceptis dei quis obsequatur interrogo. Nec dico 10

6) I Thess. 3, 3.

---

1 uellet *A* 3 christiano *A:* a christiano *BT et edd.* 4 omnibus miseriores *BTp* 5 quidem *om. p* ad respond. mihi *Tp* 6 dixit *ABT:* dicit *edd.* in tribulatione *p*, in tribulacionis *B*, ui tribulationis *T* 7 scimus *p* quoniam *ABT:* qui *p*, quia *vulgo*, quod *Vulgata* nos *om. A* a deo *A: om. BTp* 8 miseras *T* 9 aduersa *AB:* uniuersa *Tp* 10 multa *B* 12 tamen *om. B* 14 ipsa *AB: om. Tp* 15 uel *A:* aut *BTp* hominem fideliter *BTp* a christo *BT* 16 deo *om. T* 17 procuratoris *B* suppellectiles copiosae *A*, subpellectile copiose *B*, supellectilis (supp- *T*) copiosa *Tp* 18 sibi *om. Tp* deuorarent *BTp* 19 corrumperent *p* 20 sint *AB:* sunt *Tp* 21 per quae omnia *ABTp:* omnia per quae *vulgo* 23 regenerationis *A:* generationis *BTp* 24 crismatis *B* id est] idem *T* 25 transcendisset *AB:* descendisset *Tp* 26 ac electissimos *Tp* unguentum *A:* ungentum *B*, unigenitum *T*, primogenitum *p* regum *p* deus *AB: om. Tp* in *om. T* 30 fideles *T* infideles *A 1 m.* 32 has *ABTp:* omnes *vulgo* remitto *om. p* 33 omnino remitti *Tp* librum *A* 34 euangeliorum *AB* 35 saltem *A corr. Tp, item alias* dico illa *A:* illa dico *BT et edd.*

illa, quae ita multi refugiunt, ut paene et execrentur. Tantum apud nos honor et reverentia dei proficit, ut quae indevotione non facimus, etiam odio digna esse ducamus. Denique hoc, quod salvator cogitare nos de crastino prohibet, quis audire dignatur? quod contentos singulis tunicis iubet esse quis recipit? quod ambulare excalcios praecipit, quis non modo faciendum, sed vel ferendum arbitretur? Itaque ego ista praetereo. In hoc enim fides, per quam confidimus, recidit, ut quae dominus nobis salutaria esse voluit, nos superflua iudicemus. Diligite, inquit salvator, inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Quis haec omnia faciat? quis pro inimicis suis ista, quae deus iussit, non dico votis, sed verbis saltim agere dignetur?
11 Aut etiam, si quis se cogit ut faciat, facit tamen ore, non mente: praestat quidem vocis officium, sed animi non mutat affectum. Ac per hoc etiamsi pro adversario suo orare se cogit, loquitur, non precatur. Longum est de singulis dicere. Sed adhuc aliquid tamen addam, ut intellegamus nos non modo non omnibus dei obtemperare verbis, sed nullis paene illius oboedire mandatis. Et ideo apostolus clamat: nam
12 qui se existimat esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Hoc enim ad crimina nostra addimus, ut, cum in omnibus rei simus, etiam bonos nos et sanctos esse credamus, ac sic in nobis cumulentur iniquitatis offensae etiam praesumptione iustitiae. Qui odit, inquit apostolus, fratrem suum, homicida est. Intellegere ergo possumus multos esse homicidas, qui se innoxios putant, quia, ut videmus, homicidium non sola tantummodo occidentis manu, sed etiam odientis animo perpetratur. Unde est, quod salvator mandati istius normam censura adhuc severiore cumulavit dicens: qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Ira mater est odii. Et ideo salvator excludere iram voluit, ne ex ira odium nasceretur.
13 Si ergo non solum odium, sed etiam ira nos in dei iudicio reos faciet, evidenter agnoscimus, quod sicut nullus omnino est immunis ab iracundia, sic nullus omnino immunis esse poterit a reatu. Prosequitur autem dominus quasi fibras praecepti istius et omnes penitus frutices ac ramusculos secat, dicens: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennae ignis: qui dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio. Racha quod genus sit contumeliae, multi nesciunt: fatuitas autem quam iniuriose obiciatur, optime norunt. Et ideo scientia sua potius homines quam ignorantia utentes malunt reatus suos per id convicium, quod sciunt, divinis ignibus, quam per id, quod nesciunt, humanis conciliis expiari.

14 III. Quae cum ita sint et cum haec omnia, quae iubentur a domino, non modo a nobis omnino non fiant, sed paene in diversum omnia fiant, quando maiora illa faciemus? Qui enim, inquit salvator, non renuntiaverit omnibus, quae pos-

7) Matth. 5, 44. 15) Gal. 6, 3. 19) I Joh. 3, 15. 23) Matth. 5, 22. 28) ibid. 36) Luc. 14, 33.

---

1 ita *om. T* paene execrentur *Tp* apud *om. B 1 m.* 2 ducamus *AB:* dicamus *Tp* 3 denique *ABTp:* deinde *vulgo* prohibet *AB:* prohibuit *Tp et edd.* 4 excalcios *ABT:* excalceatos *p* 5 arbitretur *ABT:* arbitratur *p et edd.* ego *A:* et ego *BT et edd.* 6 per quem *A* recedit *AB*[1] 8 uos oderunt *BTp* 9 faciat *ABT:* facit *p et edd.* 10 suis orat istaque quae *p* dignetur *ABT:* dignatur *p et edd.* 12 non animi non *A*, *sed prius* non *punct.* 13 est *om. B 1 m.* 14 aliquid tamen *A:* tamen aliquid *BT et edd.* 16 quis *T* aliquid esse (esse se *B*) *BTp* ipse *Vulg.* 17 in *om. T* sumus *T* 18 credimus *A* 19 homicidio *T* 22 istius *AB:* huius *Tp* 24 ex ira odium *B corr.* ex odio (*sine* ira) *B 1 m.* 25 in dei] uideri *p* 26 sicut] si est *T* 27 febras *A 1 m.* 28 paenitus *A* 29 qui dixerit — concilio *om. B 1 m.* 31 iniuriosae *A* 34 non *om. A* modo] nostro *T* 36 quis *T*

sidet, non potest meus esse discipulus. Et qui non tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non est me dignus. Et qui se Christianum dicit, debet, quemadmodum Christus ambulavit, sic et ipse ambulare. Quae non modo 15 illos, qui voluptates et pompas saeculi sequuntur, sed ne illos quidem implere certum est, qui saeculares amores derelinquunt. Nam et qui renuntiare divitiis videntur, non sic renuntiant, ut penitus renuntiasse videantur, et qui putantur crucem portare, sic portant, ut plus habeant in crucis nomine dignitatis quam in passione supplicii. Et omnes tamen isti etiamsi aliquid horum bona fide adimplerent, illud absque dubio nullus efficeret, ut per viam vitae istius sic incederet, sicut salvator incessit. Qui se enim, inquit apostolus, dicit in Christo manere, debet, quemadmodum Christus ambulavit, sic et ipse ambulare.

IV. Sed dura forsitan quidam putant apostolorum esse praecepta. Dura plane 16 existimanda sunt, si plus ab aliis officiorum exigunt quam sibi sumunt. Porro autem, si multo minus ceteris imperarunt quam sibi, non modo non graves magistri, sed parentes indulgentissimi iudicandi sunt, qui onera, quae cervicibus filiorum per amoris indulgentiam detrahunt, sibi per affectum religionis imponunt. Quid enim unus ex ipsis ad populos ecclesiasticos dicit: filioli, inquit, mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et rursum: imitatores, inquit, mei estote, sicut et ego Christi. Nobis hoc imperat, ut se imitemur, qui sibi hoc impera- 17 verat, ut Christi esset imitator. Et quidem, quod ipse Christum imitatus sit, nulli dubium est. Christus enim se pro nobis subdidit mundo, et se ipse pro Christo: Christus pro nobis taedia et labores gravissimos pertulit, et hoc ipse pro Christo: Christus pro nobis contumelias passus est, et hoc ipse pro Christo: Christus pro nobis passionem mortemque toleravit, et hoc ipse pro Christo. Et ideo non sine causa meritorum suorum conscius dicit: certamen bonum certavi, fidem servavi: de reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Itaque cum ille Christum sic imitatus sit, 18 videamus, quis nostrum apostoli imitator appareat. Scribit enim ipse de se primum, quod nulli dederit umquam offensionem, sed in omnibus exhibuerit se sicut dei ministrum in patientia multa, in tribulationibus, in necessitatibus, in plagis, in carceribus, in lacerationibus. Et alibi, dum se aliis comparat, sic ait: in quo quis au- 19 det, in insipientia dico, audeo et ego; ut minus sapiens dico, magis ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudaeis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter virgis caesus sum, semel lapidatus, ter naufragium feci. Sane, etsi de ceteris quas dixit virtutibus apostolicis nihil facimus, in hoc tamen uno, ubi apostolus ter naufragasse se dixit, etiam vincere possu-

1) Matth. 10, 38. 10) I Joh. 2, 6. 17) Gal. 4, 19. 18) I Cor. 11, 1. 25) II Tim. 4, 7. 27) II Cor. 6. 30) II Cor. 11, 21.

---

2 dicit *om. A 1 m.* 4 sequntur *A* 5 saecularis *A 1 m. BTp* amores *A corr. m. 2:* amotus *A 1 m.* amoris ius *BTp; fortasse* actus diuitias *T* 6 portantur *A 1 m. item* B^1 7 crucis nomine *AB:* cruce *Tp* 8 implerent *Tp* 10 dixit *p* 12 quidam forsitan *BTp* 14 imperarunt *A:* inperarunt *B*, imperatur *Tp* 16 unus *om. T*, ab uno *p* 17 populos *AB, ut coniecit Rittershusius:* apostolos *Tp* dicitur *Tp* 18 nobis *T* 19 qui] quam *T* impetrauerat *T*, imposuerat *p* 20 ipse christus *T* 22 pertulit et ipse pro nobis pertulit (pertulit *om. Tp*) et ipse (ipse *om. p*) pro Christo *BTp* 26 mihi est *T* 27 de se ipse *BT*, de se ipso *p* 28 dederit umquam *A:* u. dederit *Tp*, numquam d. *B* 31 magis *A:* plus *BTp et Vulg.* 32 habundantius *AT* 33 immortibus *A*, in moribus *B* quadragena (-nas *corr.*) unā *A* 34 lapidatus sum *p* 35 etsi *B corr. ex* et dicit *p* 36 dixit *AB:* dicit *Tp et edd.*

mus. Non enim ter tantummodo naufragavimus, quorum paene omnis vita naufragium est: in tantum quippe vitiose ab omnibus vivitur, ut prope nullus Christianorum sit, qui non iugiter naufragare videatur.

20 V. Sed dicit fortasse aliquis, non id esse nunc temporis, ut pro Christo nos perferamus, quae tunc apostoli pertulerunt. Verum est; non enim sunt pagani principes, non tyranni persecutores, non sanguis sanctorum funditur nec fides suppliciis comprobatur. Contentus est deus noster, ut ei pax nostra serviat, ut sola ei immaculatorum
21 actuum puritate et vitae incontaminabilis sanctitate placeamus. Quo plus ei fides et devotio nostra debet, quia minora a nobis exigit et maiora concessit. Et ideo cum et principes Christiani sint et persecutio nulla sit et religio non inquietetur, qui ad probandam fidem experimentis durioribus non compellimur, inferioribus saltim officiis domino plus placere debemus. Probat enim etiam in maioribus, si res exigat, exsecutorem se idoneum fore, a quo minora complentur.

22 VI. Omittamus ergo illa, quae beatissimus Paulus pertulit, immo quae in libris postea de religione conscriptis omnes admodum Christianos legimus pertulisse, qui ad caelestis regiae ianuam gradibus poenarum suarum ascendentes scalas sibi quodammodo de eculeis catastisque fecerunt. Videamus, si in illis saltim religiosae devotionis obsequiis, quae minora atque communia in summa quiete et omni tempore omnes Christiani obire possumus, praeceptis dominicis respondere temptamus. Iubet Christus ne litigemus. Quis iubenti obtemperat? Nec solum iubet, sed in tantum hoc iubet, ut ea ipsa nos, de quibus lis est, relinquere iubeat, dummodo litibus exuamur. Si quis enim, inquit, voluerit tecum in iudicio contendere et tunicam
23 tuam tollere, relinque ei et pallium. Interrogo qui sint, qui spoliantibus adversariis cedant, immo qui sint, qui adversarios suos non spoliare conentur? Tam procul enim abest ut cum tunicis etiam alia relinquamus, ut, si quo modo possumus, pallium simul adversariis tunicasque tollamus. Tam devote enim mandatis dominicis oboedimus, ut non sufficiat nobis, quod adversariis nostris etiam minima vestimentorum nostrorum parte non cedimus, nisi eis, quantum in nobis est, si res sinat, cuncta
24 rapiamus. Iungitur autem praecepto huic par et consimile mandatum, quo ait dominus: qui percusserit te in dexteram maxillam, praebe ei et alteram. Quantos putamus esse, qui dicto huic vel aures modeste praebeant, vel certe, etiamsi id facere videntur, animis adquiescant? aut quotus quisque est, qui si unum ictum acceperit, non multos pro uno reddat? Tantum ab illo abest ut caedenti maxillam praebeat, ut tum se vincere putet, non quando adversarium vapulando, sed quando
25 caedendo superaverit. Quae vultis, inquit salvator, ut faciant vobis homines, eadem et vos facite illis similiter. Huius sententiae partem tam bene novimus, ut numquam praetereamus, partem sic praetermittimus, quasi penitus nescia-

21) Matth. 5, 40. 30) ibid. v. 39. 35) Matth. 7, 12.

---

1 ter *om. BT* naufrauimus *B* 4 esse nunc *ABTp:* nunc esse *vulgo* Christo nos *B:* christianos *A*, nos *om. Tp* 5 pagani princ. *A:* princ. pagani *BTp* 7 deus noster est *BTp* 10 quid ad *T* 11 probandam *A:* probandum *BT et edd.* compellunt *T* 12 enim *om. B*[1] immaioribus *A*, a maioribus *BT* 14 omittamus *AB:* dimittamus *Tp* 15 omnis *A 1 m.* 17 catastisque *Bp et corr. m. 2 A:* castitatisque *A 1 m.* cristatisq. *T* 19 obire *p:* ob**ire *B*, obedire *T*, oboedire *A* 22 noluerit *B* in iudicio *A:* iudicio *BTp et Vulg.* 23 palleum *A 1 m.* sunt *T* 24 qui (*ante* aduersarios) *A s. l. manu 2* 27 obediamus *BT* 29 capiamus *B* mandato *B* 30 dextram *Tp* 32 unum ictum *AB:* ictum unum *Tp et edd.* 33 cedente *A 1 m.* 34 praebeat *ABTp:* praebeat alteram *A corr. manu recenti et vulgo; cf. 3, § 40* tum *BTp:* dum *A* 36 tam nōis bene *T*

mus. Nam quid ab aliis praestari nobis velimus, optime novimus, quid autem ipsi aliis debeamus praestare, nescimus. Atque utinam nesciremus; minor esset ignorantiae reatus secundum illud: qui nescit voluntatem domini sui, vapulabit paucis· qui autem scit et non facit eam, vapulabit multis. Nunc autem hoc maior offensa est, quod partem sententiae sacrae pro commodorum nostrorum utilitate diligimus, partem pro dei iniuria praeterimus. Exaggerat quoque hoc dei verbum officio 26
praedicationis suae apostolus Paulus dicens: nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius. Et iterum: non quae sua sunt, inquit, singuli cogitantes, sed ea quae aliorum. Vides quam fideliter praeceptum Christi fuerit exsecutus: ubi, cum salvator sic nos pro aliis sicut pro nobis iusserit cogitare, ille plus aliorum nos commodis iussit consulere quam nostris, boni scilicet domini bonus famulus et singularis magistri praeclarus imitator, qui in vestigiis domini sui ambulans patentiora quodammodo et expressiora pedibus suis fecit domini sui esse vestigia. Quid ergo horum facimus Christiani, quod Christus an quod apostolus iubet? Puto omnino quod neutrum. Nam tantum abest ut aliorum commodis aliquid cum propria incommoditate praestemus, ut omnes vel maxime nostris commodis cum aliorum incommodo consulamus.

VII. Sed eligere forsitan maiora quaeque videamur, quae nullus impleat et, ut 27
ipsi putant, impleri omnino non possint, et praeterire alia, quae et impleri queant et ab omnibus impleantur. Sed primum illud considerandum est, quia nulli servorum licet, ex his quae dominus suus imperat, eligere pro arbitrio quid velit facere, quid nolit, et insolentissima abusione quod placuerit adsumere, quod displicuerit repudiare, maxime cum et terrestres domini nequaquam aequo animo tolerandum putent, si iussiones suas servi ex parte audiant et ex parte contemnant, et pro libidine sua quae putaverint facienda faciant, quae putaverint conculcanda conculcent. Si enim pro ar- 28
bitrio suo servi dominis obtemperant, ne in his quidem, in quibus obtemperaverint, obsequuntur. Quando enim servus ex domini sui iussis ea facit tantummodo, quae vult facere, iam non dominicam voluntatem implet, sed suam. Si ergo nos, qui humunculi imbecilli sumus, contemni tamen a servis nostris omnino nolumus, quos etsi nobis servitutis condicio inferiores, humana tamen sors reddit aequales, quam inique utique caelestem dominum contemnimus, qui cum homines ipsi simus, contemnendos tamen nos a nostrae condicionis hominibus non putamus. Nisi tanti fortasse consilii ac tam profundae intellegentiae sumus, ut qui pati servorum iniurias nolumus, subditum iniuriis nostris deum esse velimus, et quae ipsi toleratu humano indigna
credimus, deum a nobis digne haec tolerare credamus. Ac per hoc, si qui sunt, ut 29
ad superiora redeamus, qui de maioribus nos dei praeceptis dicere existiment et mi-

3) Luc. 12, 47. 7) I Cor. 10, 24. 8) Phil. 2, 4.

---

1 praestare *A* 4 hoc maior *A:* in hoc maior *B*, maior in hoc *Tp* 5 sacrae *om. B 1 m.* deligimus *p* 7 nemo sum *B 1 m.* 8 sua *om. p* 9 executus *BTp* 15 nam *A: om. p*, non *BT* 18 uideamur *ABT:* uidemur *p et edd.* et *om. A 1 m.* ut *om. B 1 m.* 19 impleri (*ante* omnino) *Rittershusius:* implere *libri* possint *BTp:* posse *A sed* e *corr.* (*ex* possi, *ut videtur*), possunt *vulgo* et (*post* quae) *om. T* impleri (*ante* queant) *BTp:* implere *A* 21 quid uelit — nolit *om. p* uellit — nollit *A 1 m.*, uelit — nollit *B* 22 displacuerit *A* 23 putant *Tp* 25 conculcant *T* 26 seruo (serui *corr.*) suo *B* iis *p* 27 obsequuntur *A* Quoniam enim *T* iussis *A:* iussu *Tp*, iussit *B* 28 uoluptatem *A* 29 contempni *AB*, contemptu *T* 30 infirmiores *Tp* 31 utique *om. p* 32 nos tamen *BTp* 33 simus *B*, *cf. ad p.* 40, 14 iniurias seruorum *BTp* 34 indigno *T* 35 ac] at *p* 36 aestiment *A*, estiment *B*, extiment *T*

nora reticere, superflue queri intellegendi sunt; neque enim iusta causatio est, cur praeferantur aliqua, ubi facienda sunt omnia. Sicut enim dominorum carnalium servis eligere, ut iam dixi, omnino non licet, quae ex praeceptis erilibus faciant, quae non faciant, sic nos, qui servi domini nostri sumus, inlicitum omnino existimare debemus, ut vel illa quae placent pro animi oblectatione sumamus, vel illa quae displicent pro superbiae abusione calcemus.

30 VIII. Sed acquiescamus tamen his, qui ex praeceptis dominicis idcirco forsitan nos nolunt maiora dicere, quia se putant minora complere, non quia sufficiat ad salutem, si maioribus spretis minora faciamus secundum illud: quicumque totam legem servaverit, offendit autem in uno, factus est omnium reus. Ac per hoc, licet nobis non sufficiat parva ac minima quaeque facere, adquiesco tamen ego minora dicere, ut ostendam maximam Christianorum omnium partem nec
31 exigua saltim ac minima fecisse. Iussit salvator noster, ut Christiani homines non iurarent. Plures invenias, qui saepissime periurent, quam qui omnino non iurent. Iussit quoque, ut nemo malediceret. Cuius non sermo maledictio est? Prima enim semper irarum tela maledicta sunt, et quicquid non possumus imbecilli, optamus irati, ac sic in omni animorum indignantium motu votis malis pro armis utimur. Unde unusquisque hominum evidentissime probat, quicquid fieri adversariis suis optat, totum
32 se facere velle, si possit. Sed videlicet quia omnes hac improbitate linguarum facile utimur, qui iussis dominicis non obtemperamus, idcirco etiam apud deum facile hoc putamus esse, qui iussit: maledici, inquit sermo divinus, regnum dei non possidebunt. Hinc ergo intellegere possumus, quam gravis sit et perniciosa maledictio,
33 quando etiam si alia bona fuerint, sola excludit a caelo. Invidiam procul esse iussit Christus a nobis. At nos e contra non extraneis tantum, sed etiam proximis invidemus, nec solum inimicos, sed etiam amicos nostros livore perfundimus. Adeo prope in omnium sensu hoc malum regnat: adeo esuriendi libido terminum habet, detrahendi libido terminum non habet; nam semper admodum cibo, numquam detractione
34 saturamur. Sed levis forsitan poena istius labis est. Detrahens, inquit scriptura sacra, eradicabitur. Gravis profecto et tremenda animadversio, sed tamen nulla correctio. Dummodo enim unusquisque hominum alium lacerare non desinat, tanti putat, ut etiam sibi ipsi non parcat. Sed digna plane mali istius retributio est, quae solum persequitur auctorem; illi enim nihil nocet penitus cui detrahit, tantummodo
35 illum punit e cuius ore procedit. Sed delirare, opinor, videmur ista repetendo, et fero ut nos delirare videamur. Numquid deliravit dominus, qui praecepit: omnis enim, inquit per apostolum suum, clamor auferatur a vobis cum omni ma-

9) Jac. 2, 10. 21) I Cor. 6, 10. 28) Rom. 1, 30. 34) Ephes. 4, 31.

---

1 queri *p*: queri *BT*, quem *A* cur] quae *T* 2 praeferantur *p*: proferantur *ABT* duorum *T* 3 erilibus (herilibus) *Rittershusius*: seruilibus *libri* faciant aut quae *p* 4 nostri domini *Tp* 7 iis *p* 8 nolunt *AB*: uolunt *Tp* minore *A* 10 offendit *A*: offendat *BTp et Vulg.* 11 minima *B corr. ex* minora 12 nec *A*: ne *p, om. BT* 13 homines *AB*: *om. Tp* 14 inuenias *AB*: inuenies *Tp* saepissime *ABT*: saepius *p et edd.* periurent *BTp*: pertinerent *A*, peierent *vulgo* 15 non sermo *A*: sermo non *BTp* 16 tela irarum *BTp* quidquid *B* 19 uelle facere *BTp* posset *T et corr. A* 20 non *A*: *om. BTp* optemperamus *A* 23 fuerint *ABT*: adfuerint *p et edd.* iussit procul esse *Tp* 24 Christus *A*: *om. BTp* at *Bp* · ad *A*, ut *T* 25 solam *A* nostros *AB*: *om. Tp* 27 semper *AB*: saepe *Tp*, *cf. Ind. III s. v.* admodum detractatione *A* 28 forsitan leuis *BTp* labis *p et corr. B*: leuius *A*, laboris B^1T 30 dummodo] dura: modo *p* 31 ipsi *A*: ipse *BTp et edd.* male *A 1 m. T* 32 cui *om. A* (*add. m. recens s. l.*) 33 punit *p et corr. m. 2 A* · pune *A 1 m.* puniet *BT* e *A*: a *p, om BT* delerare *A 1 m. item deinceps* 34 ut] et *T*

litia. Utrumque quidem hoc in nobis iugiter perseverat, sed magis tamen malitia quam clamor. Clamor quippe non semper est in oribus nostris, malitia autem semper in cordibus; ac per hoc puto quod, etiamsi in nobis clamor desineret, tamen malitia permaneret. Sine murmuratione quoque et querela nos deus noster esse praece- 36
5 pit. Quando haec in humano genere non fuerunt? Si aestus est, de ariditate causamur, si pluvia, de inundatione conquerimur: si infecundior annus est, accusamus sterilitatem, si fecundior, vilitatem. Adipisci abundantiam cupimus et eandem adepti accusamus. Quid dici hac re improbius, quid contumeliosius potest? Etiam in hoc de misericordia dei querimur, quia tribuat quod rogamus. Abesse a servis suis omne 37
10 omnino, etiam oculorum, scandalum deus praecepit. Et ideo, si quis, inquit, viderit mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde suo. Hinc intellegere plene possumus, quam castos nos esse salvator iusserit, qui etiam licentiam visionis abscidit. Sciens enim fenestras quodammodo esse nostrarum mentium lumen oculorum et omnes improbas cupiditates in cor per oculos quasi per
15 naturales cuniculos introire, extinguere eas penitus foris voluit, ne intus orirentur et letaliter crescentibus fibris convalescerent fortasse in anima, si germinassent in visu. Idcirco itaque ait dominus petulcos impudicorum hominum intuitus noxa adulterii non 38
carere, scilicet ut qui bona fide fugeret adulterium, custodiret aspectum. Perfectae siquidem ac sincerissimae sanctitatis volens cultores suos facere salvator iussit ab his
20 cautissime etiam minima vitari, scilicet ut quam pura est pupilla oculi, tam pura esset vita hominis Christiani, et sicut salva intuitus incolumitate pulveris labem in se oculus non reciperet, sic vita nostra labem in se penitus impudicitiae non haberet. Unde 39
est illud etiam, quod in sequentibus ait dominus: si scandalizat te oculus tuus, erue eum, et si scandalizat te manus tua, abscide eam: expedit tibi
25 ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Si igitur iuxta dei verbum in gehennam scandalis trahimur, recte profecto, ut gehennam vitare possimus, etiam manibus nostris nos oculisque multamus, non quod membris suis quis privare se debeat, sed, quia tam necessariae nobis sunt quaedam domesticorum obsequiorum necessitudines, ut his quasi oculis in-
30 terdum aut manibus utamur, recte nobis praesentium ministeriorum officia subtrahimus, ne aeterni ignis tormenta patiamur: ubi enim de ministerio agitur et vita, rectius profecto Christiano est ministerio carere quam vita.

IX. Itaque cum in omnibus his, quae diximus, oboedire nos sibi dominus 40
noster iusserit, ubi sunt, qui aut in universis mandatis deo aut certe vel in
35 paucissimis obsequantur? ubi sunt, qui aut inimicos diligant aut persequentibus

4) Phil. 2. 10) Matth. 5, 28. 23) Marc. 9, 46.

---

1 utrum *T* uobis *T* tamen magis *Tp* 2 semper (*post* autem) *ABTp:* semper est *vulgo* 3 cordibus *A:* cordibus nostris *BTp et edd.* 6 conqueritur *A 1 m.* 7 sterelitatem *A 1 m.* uilitate *A* 8 dici de hac re *T* 9 quaerimur *A 1 m. B* 10 scandalum oculorum *T* 11 ad] ac *T* metatus (*sme* est) *B*[1] 12 saluator esse *T* 15 eis *B* uoluit foris *T* 16 loetaliter *A* febris *A 1 m.* conualesceret *ABT* anima *A:* animo *BT et edd.* germinasset *AT* in *om. T* 17 petuleos *T* noxa *A:* noxia *BTp* 19 iis *p* 21 uita h. christiani *A:* christiani h. uita *BT et edd.* incolomitate *A 1 m.* oculos *A 1 m.* 24 abscinde *p* 26 gehenna (*ante* si) *T* 27 gehennam *A*, *sed* m *punctata* possumus *T* nos *A: om. BTp* 28 mulctamus *T*, multamur *p* priuari *A* 30 aut *ABT:* autem *p et edd. verbis sic interpunctis:* oculis, interdum autem manibus *A:* quasi manibus *BT et edd.* 31 patiamus *B* 35 obsequatur *T*

benefaciant aut malos in bono vincant, qui maxillas caedentibus praebeant, qui spoliantibus res suas sine lite concedant? quis est, apud quem detractioni penitus nihil liceat, qui convicio suo neminem laedat, qui silentio os coerceat, ne in amaritudinem maledictionis erumpat? quis est, qui faciat haec minima? ut non dicam illa,
41 de quibus diximus paulo ante, maiora. Quae cum ita sint et cum a nobis nil penitus dominicae iussionis fiat, quid est quod nos queramur de deo, cum queri magis deus de nobis omnibus possit? Quae ratio est, ut doleamus nos non audiri a deo, cum ipsi deum non audiamus, ut susurremus non respici a deo terras, cum ipsi non respiciamus ad caelum, ut molestum sit despici a domino preces nostras, cum prae-
42 cepta eius despiciantur a nobis? Fac nos pares domino nostro esse. Quis iustae querimoniae locus est, hoc pati quemque quod fecerit? salvo eo quod probare facile possum, nequaquam nos pati illa, quae facimus, et mitius multo nobiscum deum agere quam nos cum deo. Sed interim tamen hac agamus lege qua coepimus. Sic enim etiam dominus ipse dicit: clamavi ad vos et non audistis me: et vos clamabitis ad me et non exaudiam vos. Quid enim dignius aut quid iustius?
43 Non audivimus, non audimur: non respeximus, non respicimur. Quis, rogo, ex carnalibus dominis hac cum suis lege agere contentus est, ut contemnat tantummodo servos suos, quia fuerit ab eis ipse contemptus? Quamquam nos non hac solum iniuria contemnamus deum, qua contemni a servis suis domini carnales solent, quia servorum hic contemptus est maximus, si non faciant quod iubentur. Porro autem nos omni studio, omni nisu non solum iussa non facimus, sed contra id facimus, quod iubemur. Iubet enim deus, ut omnes nobis invicem cari simus, omnes autem nos mutua infestatione laceramus. Iubet deus, ut cuncti egentibus sua tribuant: cuncti admodum aliena pervadunt. Iubet deus, ut omnis, qui Christianus est, etiam oculos castos habeat: quotus quisque est, qui non se luto fornicationis involvat? Et quid
44 plura? Grave et luctuosum est, quod dicturus sum. Ipsa ecclesia, quae in omnibus esse debet placatrix dei, quid est aliud quam exacerbatrix dei? aut praeter paucissimos quosdam, qui mala fugiunt, quid est aliud paene omnis coetus Christianorum quam sentina vitiorum? Quotum enim quemque invenias in ecclesia non aut ebriosum aut helluonem aut adulterum aut fornicatorem aut raptorem aut ganeonem aut latronem aut homicidam? et quod his omnibus peius est, prope haec cuncta
45 sine fine. Interrogo enim Christianorum omnium conscientiam: ex his vel flagitiis vel sceleribus, quae nunc diximus, quotusquisque hominum non aliquid est horum aut quotusquisque non totum? Facilius quippe invenias, qui totum sit quam qui nihil. Et quod diximus nihil, nimis forsitan gravis videatur esse censurae: plus multo dicam. Facilius invenias reos malorum omnium quam non omnium, facilius

14) Prov. 1, 24. Mich. 3, 4. Psal. 17, 42.

---

2 Quid *T* detractioni *Rittershusius in margine:* delectationi (-ne *A 1 m.*) *ABTp* 3 coherceat *ABp* 7 nobis *om. p* audire *A 1 m.* 8 ut *A:* et *BT et edd.* 9 ut] et *p* a deo *T* 10 esse *om. p* 11 quenquam *p* 12 deum] domini *BT* 13 quam nos *om. B* qua *AB:* quam *BT* 14 etiam dom. ipse *A:* etiam ipse d. *BTp*, ipse etiam d. *ed. Baluz.* 15 quid (*post* aut) *om.* B^1 17 hac] ac *T* 18 quia *AB:* qui *Tp* fuerat *p* quanquam *ATp* 19 domini *A: om. BTp* carnales *A corr. manu admodum recenti* (*Pithoei?*): curiales *A 1 m. Tp*, cur tales *B* 22 kari simus *A corr. ex* karissimos 24 alia *T* 26 sum *om. A 1 m.* ecclesia *A:* ecclesia dei *BT*, dei ecclesia *p* 27 debet esse *Tp* acerbatrix *A 1 m.* (exac. *corr. m. admodum recenti*) *haud scio an recte* 28 poene *A* 29 quemquam *T* inuenias *AB:* inuenies *Tp et edd.* non *om. T* 30 ganneonem *A* 31 his *AB: om. Tp* 32 plagiciis *A* 33 quem *A 1 m.* hominum — quotusquisque *om. A* eorum *Tp*

maiorum criminum quam minorum, id est, facilius qui et maiora crimina cum minoribus quam qui minora tantum sine maioribus perpetrarint. In hanc enim morum pro- 46
brositatem prope omnis ecclesiastica plebs redacta est, ut in cuncto populo Christiano genus quodammodo sanctitatis sit minus esse vitiosum. Itaque ecclesias vel potius templa atque altaria dei minoris reverentiae quidam habent quam cuiuslibet minimi ac municipalis iudicis domum. Siquidem intra ianuas non modo inlustrium potestatum, sed etiam praesidum aut praepositorum non omnes passim intrare praesumunt, nisi quos aut iudex vocarit aut negotium traxerit aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit, ita ut, si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut caedatur aut pro-
pellatur aut aliqua verecundiae atque existimationis suae labe multetur. In templa 47
autem vel potius in altaria atque in sacraria dei passim omnes sordidi ac flagitiosi sine ulla penitus reverentia sacri honoris inrumpunt, non quia non omnes ad exorandum deum currere debeant, sed quia qui ingreditur ad placandum, non debet egredi ad exacerbandum; neque enim eiusdem officii est indulgentiam poscere et
iracundiam provocare. Novum siquidem monstri genus est, eadem paene omnes iugi- 48
ter faciunt, quae fecisse se plangunt, et qui intrant ecclesiasticam domum, ut mala antiqua defleant, exeunt * *. Et quid dico, exeunt? in ipsis paene hoc orationibus suis ac supplicationibus moliuntur. Aliud quippe ora hominum, aliud corda agunt, et dum verbis praeterita mala plangunt, sensu futura meditantur, ac sic oratio eorum auctrix
est magis criminum quam exoratrix. Ut vere illa in eis scripturae maledictio com-
pleatur, ut de oratione ipsa exeant condemnati et oratio eorum fiat in peccatum. De- 49
nique si vult quispiam scire, quid in templo huiusmodi homines cogitarint, videat quid sequatur. Siquidem consummatis sollemnibus statim ad consuetudinaria omnes studia discurrunt, alii scilicet ut furentur, alii ut inebrientur, alii ut fornicentur, alii
ut latrocinentur, ut evidenter appareat hoc eos esse meditatos, dum intra templum sunt, quod postquam egressi fuerint, exequuntur.

X. Sed videlicet cuncta haec mala et omnem vitiorum probrositatem, quam supra 50
dixi, ad servos fortasse quidam aut abiectissimos quosque homines referendam putant, ceterum nomen ingenuum hac flagitiorum labe non pollui. Quid autem aliud est
cunctorum negotiantium vita quam fraus atque periurium, quid aliud curialium quam iniquitas, quid aliud officialium quam calumnia, quid aliud omnium militantium quam rapina? Sed putas forsitan, quod hoc etiam de personis istiusmodi ferri possit. Hic 51
est enim, inquis, eorum actus, quae et professio, ac per hoc nihil mirum est, si agunt quod profitentur: quasi vero aut agere ullum deus res malas velit aut profiteri, aut
nulla sit penitus sacrae maiestatis offensa, si maximum scelus minores videantur agere personae, praesertim cum in hac hominum multitudine maior multo sit pars generis humani, et absque dubio, ubi maior est peccantium turba, maior est divinitatis iniuria. Sed omnis, inquis, nobilitas ab his sceleribus immunis est. Parum est id qui- 52

---

1 qui facilius *T* 2 perpetrarent *A 1 m.* perpetrarunt *T* hac *A* probrositatem (probos- *T*) morum *BTp* 3 omnes *A* ecclesiastica *AB:* ecclesiae *Tp* 4 minus sit *B* 6 iudicii *p* inter *T* potestatum] portarum *p* 7 praesidium *A ante rasuram* aut *Ap:* ac *BT* 8 uocarit *AB* · uocauerit *T et edd.* 9 ingressus insolenter fuerit *Tp* 10 uerecundiae *A:* uerecundia *BT et edd.* 14 exercebandum *A* enim *A: om. BTp* 16 intra *A* 17 *lacunam indicavit Baluzius; supplendum videtur:* exeunt, ut noua committant (*vel* perpetrent) hoc *AB:* haec *Tp* 19 auctrix *A:* aut (ut *corr.*) rix *B*, aut rixa *T*, rixa *p* 22 cogitarint *BT:* cogitarent *A*, cogitauerint *p et edd.* 23 omnes *AB:* omnium *Tp* 25 intra | intemplum *A*, inter templum *T* 27 haec cuncta *Tp* omnium *p* probositatem *B* 28 quidam *om. T* aut *A:* ut *B*, et *T*, et ad *p* quosdam *T* 29 ac *A* 30 aliud est *p* 31 officilium *B* omnium *AB: om. T et edd.* 32 ferre *B*, fieri *p* 33 inquis enim *p* 34 ullum *B s. l.* 35 offensum *B* 36 multitudine quo maior est peccantium *p medus omissis* maiori *T*

dem, quia non aliud videtur nobilitas in omni mundo quam unus homo in grandi populo. Sed videamus tamen, si vel id ipsum parum sit carens crimine. Ac primum consideremus, quid de huiusmodi hominibus dicat sermo divinus. Arguens quippe apostolus dei populum sic ait: Audite, fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide et heredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos? nonne ipsi blasphemant
53 bonum nomen, quod invocatum est super vos? Grave hoc apostoli testimonium est, nisi forte immunes se ab eo nobiles putent, quia sunt soli divites nominati. Sed aut idem sunt nobiles, qui et divites, aut si sunt divites praeter nobiles, et ipsi tamen iam quasi nobiles, quia tanta est miseria huius temporis, ut nullus habeatur magis nobilis quam qui est plurimum dives. Sed sive de alterutris sive de utrisque apostolus dixerit, facile de hoc componi potest; non enim interest, de qua hoc po-
54 tissimum parte dictum sit, quod utrique certum est convenire. Quis enim vel nobilium omnino vel divitum horrens crimina? quamvis in hoc fefellerim; multi enim horrent, sed paucissimi evitant. In aliis quippe horrent, quod in se semper admittunt, mirum in modum et accusatores eorundem criminum et excusatores. Exsecrantur publice quod occulte agunt, ac per hoc, dum damnare se ceteros putant, ipsos se ma-
55 gis propria animadversione condemnant. Sed relinquamus istos, qui magis rei sunt. Quis est vel dives omnino vel nobilis aut innocentiam servans aut a cunctis sceleribus manus abstinens? quamquam superflue a cunctis dixerim: utinam vel a maximis, quia volunt sibi id forte maiores quasi privilegii vindicare, ut iure suo crimina vel minora committant. Itaque de peccatis facilioribus nihil dico. Videamus si vel a duobus illis quasi capitalibus malis ullus immunis est, id est vel ab homicidio vel a stupro. Quis enim est aut humano sanguine non cruentus aut caenosa impuritate non sordidus? Unum quidem ex his ad poenam aeternam sufficit, sed prope nullus divitum non utrumque commisit.

56 XI. Sed cogitat forte aliquis de hoc numero: ego iam ista non facio. Laudo, si non facis, sed tamen forte ante fecisti, et non est numquam omnino fecisse facere cessasse. Quod si ita esset, quid proderat tamen unum a scelere desistere et multos
57 in sceleribus permanere? Non sanat conversio unius crimina plurimorum, nec sufficit ad placandum deum, quod unus peccata deserit, quem universitas totius humani generis offendit, praesertim cum is, qui convertitur, ut mortem aeternam possit evadere, magnos profecto conversionis suae fructus capiat, si evadat, nedum contingere ei possit, ut ab aliis poenam damnationis avertat, quia et hoc intolerabilis superbiae atque immanis piaculi crimen est, si tam bonum se aliquis esse credat, ut etiam malos
58 existimet per se posse salvari. Loquens deus de terra quadam vel de populo pecca-

4) Jac. 2, 5.

---

1 omni *AB:* toto *Tp* 2 id *A. om. BTp* 3 sermo dicat *BTp* 6 promisit *Tp* exonerastis *B* 8 super nos. Grande *p* test. apost. est *Bp*, est test. apost. *T* 10 idem *AB:* iidem *Tp* praeter nobiles, sunt tamen et ipsi *p* 11 quasi iam *Tp* 16 semper *A: om. BTp* 17 mirum immodum *Ap* accusator esse *A* exacusatores *B* 18 dum *AB: om. Tp* putant ipsos] putant ipsos se ceteros putant ipsos *B* 20 uel diues omnino *AB:* omnino diues *Tp* 21 quanquam *ATp* 22 quasi *om. Tp* priuilegii uindicare *A:* priuilegium dicare *BTp* uel *om. T* 23 si uel *AB:* si ut *T*, an *p* 29 forte *AB: om. Tp* et] te *T* 30 proderat *A:* proderet *B*, prodesset *Tp* 31 conuersio unius *A:* unius conuersio *BT et edd.* nec] sed *T* 32 unius *T* 33 his qui *B* conuertatur *Tp* 34 magnus *B* 36 est crimen *BTp* 37 estimet *A*, estimet *B*, extimet *T*

tore sic dicit· si fuerint tres viri in medio eius, Noë et Daniel et Iob, non liberabunt filios neque filias: ipsi soli salvi erunt. Neminem reor tam impudentem fore, qui se his talibus viris audeat comparare: quia quamvis placere nunc aliquis deo studeat, hoc ipsum tamen genus maximae iniustitiae est, si se iustum praesumat; ac per hoc sublata est omnis spes falsae opinionis, qua credamus innumeram perditorum hominum multitudinem suffragio paucorum bonorum a praesentibus malis posse defendi. Cum enim nullus illis, quos supra diximus, par sit, quae esse 59
spes ullis potest, quod liberari et extranei et innumeri et mali a paucissimis bonis possint, cum illi familiarissimi deo sancti ne hoc quidem a domino promeruerint, ut in filiis suis vel sua membra salvarent? Et recte. Nam licet omnes admodum filii membra parentum esse videantur, non putandi sunt tamen membra eorum esse, a quibus affectu coeperint discrepare, quia morum degenerantium pravitate pereunt in talibus beneficia naturae. Quo fit ut etiam nos, qui Christiani esse dicimur, perda- 60
mus vim tanti nominis vitio pravitatis. Nihil enim omnino prodest nomen sanctum habere sine moribus, quia vita a professione discordans abrogat inlustris tituli honorem per indignorum actuum vilitatem. Unde cum paene nullam Christianorum omnium partem, paene nullum ecclesiarum omnium angulum non plenum omni offensione et omni letalium peccatorum labe videamus, quid est, in quo nobis de Christiano nomine blandiamur, cum utique hoc ipso magis per nomen sacratissimum rei simus, quia a sancto nomine discrepamus; nam ideo plus sub religionis titulo deum laedimus, quia positi in religione peccamus.

LIBER IV.

I. Discedatur itaque ab illa, quam supra diximus, Christiani nominis praerogativa, ut putemus, quia simus cunctis gentibus religiosiores, debere nos esse etiam 1
fortiores. Nam cum, ut diximus, hoc sit hominis Christiani fides, fideliter Christum credere, et hoc sit Christum fideliter credere, Christi mandata servare, fit absque dubio ut nec fidem habeat qui infidelis est, nec Christum credat qui Christi mandata conculcat, ac per hoc totum in id revolvitur, ut qui Christiani hominis opus non agit, Christianus non esse videatur; nomen enim sine actu atque officio suo nihil est. Nam, sicut ait quidam in scriptis suis, quid est aliud principatus sine meritorum sublimitate nisi honoris titulus sine homine aut quid est dignitas in indigno nisi or-

1) Ezech 14, 14. 30) Salv ad eccl. II, 37.

---

1 danihel *A*, dauid *T* 2 neque *A*: et *BT et edd.* (nec filios nec filias *Vulgata*) neminem *Ap*: neminem tamen *BT et vulgo* 3 nunc placere *Tp* 4 iustitiae *A* 5 credimus *p* 7 nullis *A* ipsis *p* 8 liberare *A* et (*ante* mali) *delendum videtur* a *om T* 9 promeruerunt *BTp* 10 sua *AB*: *om Tp* soluerent *p* 11 tamen sunt *T* 12 affectum *T* 13 qui nos christianos esse dicimus (diximus *p*) *BTp* christiani *A corr. 1 m. ex* christianos 14 Omnino enim nihil *BTp* 16 cum *om. A* 18 loetalium *A* 19 sumus *T* 20 sancto *B s. l.* nam *A*: nam et *BT et edd.* laedimus *p* · laudemus *A*, ludimus *BT* 21 Expl. lib̃. iii. Incipit liber (*om. B*) quartus. *AB* 23 Discedatur *p* · discitur *A*, discedditur *BT* qua *A*, que *B* 24 simus A^2 (scimus A^1) *B*: sumus *Tp* etiam *A*: *om. BTp* 25 ut cum *B* haec *p* fideliter — fideliter credere *A*: *om BTp* 28 hominis *A*: nominis *BT et edd* 29 nomen *BTp*: non *A* 31 homine *A* · nomine *BTp* dignitas non digno *T*

2 namentum in luto? Itaque, ut isdem verbis etiam nos utamur, quid est aliud sanctum vocabulum sine merito nisi ornamentum in luto? sicut etiam per divinas litteras sacer sermo testatus est dicens: circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua. Et in nobis itaque Christianum vocabulum quasi aureum decus est: quo
3 si indigne utimur, fit ut sues cum ornamento esse videamur. Denique qui vult plenius scire vocabula nihil esse sine rebus, respiciat quomodo innumerabiles populi cessantibus meritis etiam nomina perdiderunt. Duodecim Hebraeorum tribus, cum electae quondam a deo essent, duo nomina sacrosancta acceperunt: et populus enim dei et Israhel appellatae sunt. Sic quippe legimus: audi populus meus, et loquar; Israhel, et testificabor tibi. Ergo Iudaei aliquando utrumque, nunc neutrum. Nam nec dei populus dici potest, qui cultum dei olim reliquit, nec videns deum, qui dei filium denegavit, sicut scriptum est: Israhel vero me non cognovit, et popu-
4 lus me non intellexit. Propter quod etiam alibi deus noster de Iudaeorum plebe loquitur ad prophetam, dicens: voca nomen eius, non dilecta. Et iterum ad Iudaeos ipsos: vos non estis populus meus, et ego non sum deus vester. Cur autem hoc de eis diceret, et ipse alibi evidenter ostendit; sic quippe ait: dereliquerunt venam aquarum viventium, dominum. Et iterum: verbum,
5 inquit, domini proiecerunt et sapientia nulla est in illis. Quod quidem timeo, ne non magis tunc de eis dici potuerit quam de nobis nunc dici possit, quia nec verbis dominicis obtemperamus, et qui verbis domini non obsequimur, sapientiam profecto in nobis penitus non habemus. Nisi fortasse credimus sapienter nos deum spernere, et hoc ipsum, quod Christi mandata contemnimus, summam prudentiam iudicamus. Est quidem causa, cur hoc ita existimare credamur; nam tanto consensu
6 omnes peccata sequimur, quasi summi consilii conspiratione peccemus. Quae cum ita sint, quae ratio est, ut ipsi nos falsa opinione fallamus, existimantes scilicet, quia Christiani esse dicamur, quod opitulari nobis inter mala, quae agimus, nomen bonum possit, cum spiritus sanctus nec fidem quidem dicat hominibus Christianis sine operibus bonis posse prodesse. Et utique multo plus est fidem habere quam nomen, quia nomen vocabulum est hominis, fides autem fructus est mentis. Et tamen hunc ipsum fidei fructum infructuosum apostolus sine operibus bonis [esse testatur dicens: fides sine operibus mortua est. Et iterum: sicut enim corpus sine spiritu, sic fides sine operibus bonis mortua est. Addit quoque asperiora quaedam ad confundendos eos, qui sibi praesumptione Christianae fidei blandiuntur.

7 II. Sed dicit aliquis: tu fidem habes et ego opera habeo: ostende mihi sine operibus fidem tuam et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Quo utique hoc indicat, actus bonos Christianae fidei quasi testes esse, quia Christianus nisi opera bona fecerit, fidem suam penitus adprobare non possit, ac per hoc quod probare non valeat

3) Prov. 11, 22. 9) Psal. 49, 7. 12) Isa. 1, 3 14) Os. 1, 9 16) Jerem. 17, 13. 17) ibid 8, 9 30) Jac. 2, 20. 31) ibid. v. 26.

---

1 isdem *AB:* iisdem *Tp* 2 ornamento *A 1 m.* 3 testatus est *B corr. ex* testatur 4 quod si *BT* 8 et populus *ABT:* populus *p et edd.* 9 israhel *A:* israel *BTp* (*item infra*) 11 olim *ABT:* iam olim *p et edd.* reliquens *B*, relinquens *T* 12 non me *Tp* populus *ABTp:* populus meus *edd. et Vulgata* 13 alibi etiam *BTp* 16 de eis ipse diceret *BTp* et ipse *A:* ipse *BT et edd.* 19 ne] nec *T* 20 obsequitur *T* 23 et quidem causa est *p* cur *B s. l.* 26 opitulare *A* 28 est *om. T* habere fidem *Tp* 29 uocab. est *A:* est uocab. *BT et edd.* 31 et iterum — mortua est *om. T* 32 bonis *AB om. p et Vulgata* 34 dicit *ABT:* dicet *p et edd.* fidem sine operibus *B* (*add.* fidem *sup lin. post* oper.) 36 testis *A 1 m.*

quia sit, sic omnino habendum esse quasi non sit. Nam quam pro nullo hoc habendum existimaret, in subditis statim ipse demonstrat, dicens ad Christianum: tu credis quia unus est deus. Bene facis: et daemones credunt et contremescunt. Consideremus, quid voluerit hoc loco apostolus dicere, nec irascamur di- 8
5 vinis testimoniis, sed adquiescamus, nec contradicamus, sed proficiamus. Tu credis, inquit ad Christianum sermo divinus, quod deus unus est. Bene facis: et daemones credunt et contremescunt. Numquid erravit apostolus, ut hominis Christiani fidem daemoni compararet? Non utique: sed ostendere illud volens, quod supra dictum est, quia sine operibus bonis nihil sibi per fidei supercilium usurpare debe-
10 rent, idcirco ait et a daemonibus deum credi; scilicet ut, sicut daemones, cum deum credant, tamen in perversitate perdurant, ita et quosdam homines quasi credulitatem daemonicam habere, qui cum se deum credere adserant, tamen a malo opere non cessant. Subiungit autem ad pudorem et condemnationem hominum peccatorum, non 9
credere solum daemones dei nomen, sed etiam timere et contremescere. Hoc est di-
15 cere: quid tibi blandiris, o homo, quisquis es, credulitate, quae sine timore atque obsequio dei nulla est? aliquid plus daemones habent. Tu enim unam rem habes tantummodo, illi duas: tu credulitatem habes, non habes timorem, illi credulitatem habent pariter et timorem. Quid miraris ergo, si caedimur? quid miraris, si castigamur, si in ius hostium tradimur, si infirmiores omnibus sumus? Sive miseriae nostrae sive 10
20 infirmitates sive eversiones sive captivitates et poenae improbae servitutis testimonia sunt mali servi et boni domini. Quomodo mali servi? quia patior scilicet vel ex parte quod mereor. Quomodo boni domini? quia ostendit quae mereamur, etsi non inrogat quae mereamur; clementissima enim ac benignissima castigatione mavult nos corrigere quam perire. Nos siquidem, quantum ad crimina nostra pertinet, letalibus sup-
25 pliciis digni sumus; sed ille plus misericordiae tribuens quam severitati vult nos clementis censurae temperamento emendare quam plaga iustae coercitionis occidere. In- 11
gratum nobis esse quod caedimur satis certus sum. Sed quid miramur, si peccantes nos deus verberat, cum ipsi peccantes servulos verberemus? Iniusti iudices sumus: homunculos nos flagellari a deo nolumus, cum ipsi condicionis nostrae homines flagel-
30 lemus. Sed nec miror, quod tam iniqui in hac re sumus: natura in nobis et nequitia servilis est. Volumus delinquere et nolumus verberari: ipsi in nobis mores sunt qui in servulis nostris; omnes volumus impune peccare. Denique, si mentior, cunctos consulo. Nego ullum esse, quamlibet magni criminis reum, qui se adquiescat debere

2) Jac. 2, 19.

---

1 sit] si *T* quam] quod *p* 2 *an* existimarit? 3 contremescunt *A 1 m. B et sic deinceps:* conremiscunt *Tp* 4 nec *AB:* ne *Tp* 5 adquiescamur nec contradicamur *A 1 m.* ne *p* sed] et *T* 7 homines *A 1 m.* 9 usurpare *om. p* deberent *AB:* deberet *T et edd.* 10 ait et *A:* autem *BTp* crede *A 1 m.* cum se deum *T* 11 credunt *p* imperuersitate *A*, in perdiuersitate *B* perdurent *p* ita *om. p* quasi et cr. *T* 12 daemonicam *ABTp:* daemoniacam *vulgo* adserant *B: om. A 1 m.* asserant *A m. 2 sed antiqua, Tp* 13 hominum *A:* hoiũ *B*, horum *Tp* 14 daemones *B corr. ex* homines 17 illi et credulitatem *B* 18 miraris si *A* miraris ergo si *BTp* 20 poenae (pene *T*, penę *B*) impr. seruitutis *ABT:* pene (paene) impr. seruitutes *p et edd.* 21 *et* 22 boni dei *p* 21 pacior *B s. l.* 22 ostendit quae *A:* ostendit quid *BT et edd.* 25 digni sumus *A corr. ex* dignissimis, d. simus *BT* seueritate *A 1 m.* quam seueritati tribuens *p* uult *A:* mauult *BT*, maluit *p; cf. 5, 49* 26 cohertitionis *A*, coertionis *T* incidere *T* 27 satis certum certus *BT* 28 iniuste iudicis *A 1 m.* 29 homunculi *A 2 m. corr. ex* homunculos nolumus *om. T* flagellemus *AB:* flagellamus *Tp* 31 qui in] quin *B* 33 quamlibet *AB:* quantumlibet *Tp*

12 torqueri. Hinc ergo agnosci potest, quam inique ac pravissime aliis severissimi sumus, nobis indulgentissimi, aliis asperi, nobis remissi. In eodem crimine punimus alios, nos absolvimus: intolerabilis prorsus et incontumaciae et praesumptionis. Nec agnoscere in nobis volumus reatum et audemus de aliis usurpare iudicium. Quid esse iniustius nobis aut quid perversius potest? Id ipsum scelus in nobis probabile esse ducimus, quod in aliis severissime vindicamus. Et ideo non sine causa ad nos apostolus clamat: propter quod inexcusabilis es, o homo omnis qui iudicas: in quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas; eadem enim agis quae iudicas.

13 III. Sed non eadem, inquit aliquis ex divitibus, non eadem nos agimus, quae servi agunt: ex servis enim fures ac fugitivi sunt, ex servis gulae ac ventri iugiter servientes. Verum est esse haec vitia servorum: sed plura tamen sunt ac maiora dominorum, quamvis non omnium. Excipiendi enim quidam sunt, sed paucissimi: quos ideo non nomino, ne non tam eos nominando laudare, quam alios non nominando
14 videar publicare. Ac primum servi, si fures sunt, ad furandum forsitan egestate coguntur: quia, etiamsi stipendia usitate praestentur, consuetudini haec magis quam sufficientiae satisfaciunt, et ita implent canonem, quod non explent satietatem. Ac per hoc culpam ipsam inopia minus culpabilem facit, quia excusabilis furti reus est, qui ad furtum cogi videtur invitus. Nam et scriptura ecclesiastica quasi subexcusare quodammodo miserorum omnium noxas videtur dicens. non grandis est culpae, cum quis furatus fuerit; furatur enim, ut esurientem impleat animam. Furatur, ut expleat animam suam: ac per hoc non satis a nobis accusandi sunt, qui
15 divino sermone excusantur. Quod autem de furtis servorum dicimus, hoc etiam de fuga: immo hoc rectius de fuga, quia ad fugam servos non miseriae tantum, sed etiam supplicia compellunt. Pavent quippe actores, pavent silentiarios, pavent procuratores, prope ut inter stos omnes nullorum minus servi sint quam dominorum suorum: ab omnibus caeduntur ab omnibus conteruntur. Quid amplius dici potest? Multi servorum ad dominos suos confugiunt, dum conservos timent. Unde illorum fugam non tam ad eos debemus referre, qui fugiunt, quam ad eos, qui fugere compellunt. Vim patiuntur infelicissimi: famulari optant et fugere coguntur. Discedere a servitio dominorum suorum omnino nolunt, et conservorum suorum crudelitate non per-
16 mittuntur ut serviant. Mendaces quoque esse dicuntur. Ad mendacium nihilominus atrocitate praesentis supplicii coartantur, siquidem, dum tormentis se volunt eximere, mentiuntur. Quid autem mirum est, si positus in metu servus mentiri mavult quam flagellari? Accusantur etiam gulae et ventris avidi. Nec hoc novum est: magis desiderat saturitatem, qui famem saepe tolerarit. Sed esto, non perferat famem panis,

7) Rom. 2, 1. 20) Prov. 6, 30.

---

1 agnosci *AB:* cognosci *Tp et edd.* ac prauissime *A:* ac praues simus *B*, et praui (praues *T*) sumus *Tp* aliis — indulgentissimi *A bis habet* 2 punimos *B* 3 contumaciae *p* nec *BTp*: haec *A* 4 in nobis uolumus *ABT*: uolumus in nobis *edd.* 7 excusabiles (-lis *corr.*) *A* omnis homo *B* 10 ex diuitibus nos agimus *p* non eandem *B* 11 agunt *AB*: *om. Tp* gulae *A*: enim gulae *BTp* uentre iugiter *A 1 m* iugiter uentri *BTp* 13 quidam enim *BT* 14 nec non *T* laudare — non nominando *om. A* non (*post* alios) *p: om. BT* 15 pubblicare *B* 16 usitate *A:* usitata *BT et edd.* consuetudinē *A* 20 miserorum hominum *Rittershusius probabiliter* culpa *Vulgata* 21 furatus enim *T* 22 furatur] in salomone. furatur *libri; glossam delendam esse vidit Baluzius* expleam *T* non *om. B*[1] 28 fugiunt *B* 30 famulare *A* 33 praesenti *BT* 34 immetu *A* 35 auidi] uidi *A* 36 saepe famem *p* tolerarit *A:* tolerauit *BT et edd.*

famem certe perfert deliciarum, et ideo ignoscendum est, si avidius expetit, quod ei iugiter deest. Tu vero nobilis, tu vero dives, qui omnibus bonis affluis, qui hoc 17
ipso deum sanctis operibus honorare plus debes, quod beneficiis illius sine cessatione perfrueris, videamus si actus non dico sanctos, sed vel innoxios habes. Ecquis, ut
5 superius dixi, divitum praeter paucos non cunctis criminibus infectus est? Et quod paucos excipio, utinam plures atque omnes excipi liceret· salus erat omnium innocentia plurimorum. Neque ego nunc de ullo dico, nisi de eo tantum, qui in se id, quod dico, esse cognoscit. Si enim extra conscientiam suam sunt quaecumque dico, nequaquam ad iniuriam eius spectant cuncta, quae dico: si autem in se esse novit quae
10 loquor, non a mea sibi hoc lingua dici existimet, sed a conscientia sua. Ac primum, 18
ut de vitiis servilibus dicam. si fugitivus est servus, fugitivus es etiam tu, dives ac nobilis; omnes enim dominum suum fugiunt, qui legem domini derelinquunt. Quid ergo, dives, culpas in servo? hoc facis quod et ille. Ille fugitivus est sui domini, et tu tui: sed hoc culpabilior tu quam ille, quia ille fugit forsitan malum dominum
15 et tu bonum. Incontinentiam quoque ventris in servo arguis. In illo rara est per indigentiam, in te cotidiana per copiam. Vides ergo apostolica sententia te potissi- 19
mum verberari, immo te solum, quia in quo alium iudicas, temetipsum condemnas; eadem enim agis quae iudicas, immo non eadem, sed maiora multo ac nequiora. In illo quippe etiam infrequentem ventris intemperantiam punis, et tu adsidua cruditate
20 distenderis. Furtum quoque, ut putas, servile vitium est. Et tu furtum, dives, facis, quando a deo vetita praesumis. Omnes siquidem furta faciunt, qui inlicita committunt.

IV. Sed quid ego tam minute et quasi allegorice de hoc loquor, cum facinoribus 20
apertissimis non furta tantum divitum, sed latrocinia comprobentur? Quotus quisque
25 enim iuxta divitem non pauper aut actu aut statu est? siquidem pervasionibus praepotentum aut sua homines inbecilli aut etiam se ipsos cum suis pariter amittunt, ut non immerito de utrisque personis sacer sermo testatus est dicens· venatio leonis onager in heremo: sic pascua sunt divitum pauperes. Quamvis tyrannidem hanc non pauperes tantum, sed paene universitas patiatur generis humani. Quid est 21
30 enim aliud dignitas sublimium quam proscriptio civitatum? aut quid aliud quorundam, quos taceo, praefectura quam praeda? nulla siquidem maior paupercularum est depopulatio quam potestas; ad hoc enim honor a paucis emitur, ut cunctorum vastatione solvatur: quo quid esse indignius, quid iniquius potest? Reddunt miseri digni-

27) Eccl. 13, 23.

---

1 famem certe *ABT:* certe *p* expedit *A* quod ei (erat *1 m*) iugiter deest *A:* quod ei uel erat iugiter deest *BT*, quod ei uel iugiter deerat *p*, *fort* quod erat iugiter (*sc. ante servitutem*) et deest 2 omnibus *BTp:* manibus *A*, immanibus *A corr. m. recenti* 4 ecquis *scripsi:* et quis *ATp* 5 interfectus *A 1 m.* 7 de ullo dico nunc *BTp* de eo] ideo *BT* 8 cognoscit *A:* agnoscit *BTp* quaecumque *B corr. ex* quae 10 existimet *p:* èstimet *A*, aestimet *B*, extimet *T* 13 sui domini *A:* domini sui *BT et edd.* 14 culpabilior es, nam ille *p* quia *AB:* qui *T* 15 quoque *om. p* uentris in] in uentris *ABT*, uentris quam in *p* 16 apostolicam sententiā *A* 18 agis enim *BT* iudicas *om. T* eadem *A:* eadem magis (agis *p*) *BTp* multa *A* 19 cruditate *A:* crudelitate *BT*, *om. p* 25 non *om. BTp*, *habet A* (*initio versus*) *extra versum, sed a manu vetere* actu *A*· auctus *BT*, intactus *p* statu *A corr. 1 m. ex* statutus: statutus *BT*, tutus *p* peruasionibus *B:* persuasionibus *ATp*, *cf. ad p.* 40, 10 praepotentium *B* 27 testatus est *A:* testatus sic *T*, testetur sic *p*, testatus sit *B et vulgo* 28 eremo *p*, hermo *T* 29 non *om. T* 30 enim] omnium *p* praescriptio *p* 31 paupercularum *A* (*scil.* ciuitatum). pauperculorum *BT et edd.* 32 emittitur *BT* ut *AB:* nisi ut *Tp* 33 saluatur *T*, satietur *p* quod quidem esse *T* quid iniquius *AB:* aut iniquius *Tp*

tatum pretia, quas non emunt· commercium nesciunt et solutionem sciunt: ut pauci inlustrentur, mundus evertitur: unius honor orbis excidium est. Denique sciunt hoc Hispaniae, quibus solum nomen relictum est, sciunt Africae, quae fuerunt, sciunt Galliae devastatae, sed non ab omnibus, et ideo in paucissimis adhuc angulis vel tenuem spiritum agentes, quia eas interdum paucorum integritas aluit, quas multorum rapina vacuavit.

22 V. Sed evagati longius sumus dolore compulsi. Ergo ut ad superiora redeamus, quid est igitur, in quo non servilibus vitiis etiam nobiles polluantur, nisi forte ideo, quia illa, quae in servis peccata puniunt, ipsi quasi licita committunt. Denique ad has pervasiones, quas supra dicti nobiles agunt, servus nec adspirare permittitur. Quamvis mentiar; quidam enim ex servis nobiles facti aut paria aut maiora fecerunt. Sed hoc tamen imputari servis nequaquam potest, quod quibusdam servilis condicio
23 tam feliciter cessit. Homicidia quoque in servis rara sunt terrore ac metu mortis, in divitibus assidua spe ac fiducia impunitatis. Nisi forte iniqui simus, hoc quod divites faciunt ad peccata referendo, quia illi cum occidunt servulos suos, ius putant esse,
24 non crimen. Nec solum hoc, sed eodem privilegio etiam in exercendo impudicitiae caeno abutuntur. Quotus enim quisque est divitum conubii sacramenta conservans, quem non libidinis furor rapiat in praeceps, cui non domus ac familia sua scortum sit, et qui non, in quamcumque personam cupiditatis improbae calor traxerit, mentis sequatur insaniam? secundum illud scilicet, quod de talibus dicit sermo divinus: equi insanientes in feminas facti sunt. Quid enim aliud quam de se dictum
25 hoc probat, qui totum pervadere vult concubitu quicquid concupierit aspectu? Nam de concubinis quippiam dici forsitan etiam iniustum esse videatur, quia hoc in comparatione supradictorum flagitiorum quasi genus est castitatis, uxoribus paucis esse contentum et intra certum coniugum numerum frenum libidinum continere. Coniugum dixi, quia ad tantam res impudentiam venit, ut ancillas suas multi uxores putent.
26 Atque utinam sicut putantur esse quasi coniuges, ita solae haberentur uxores. Illud magis taetrum ac detestabile, quod quidam matrimonia honorata sortiti alias sibi rursum servilis status coniuges sumunt, deformantes sancti conubii honorem per degeneris contubernii vilitatem, non erubescentes maritos se fieri ancillarum suarum, praecipitantes fastigia nobilium matrimoniorum in cubilia obscena servarum, digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortio.

27 VI. Non dubito ex his plurimos, qui aut sunt nobiles aut videri nobiles volunt, superbe et aspernanter accipere, quod, dum consideramus haec talia, quae locuti sumus, minus flagitiosos diximus servos quosdam esse quam dominos. Sed cum hoc ego non de omnibus, sed de his, qui tales sunt, praedicaverim, nullus irasci omnino debet, qui nequaquam se talem esse cognoscit, ne hoc ipso, quod irascitur, de coetu

21) Jerem. 5, 8

---

1 praedia *A* commertium *AB*, commercia *Tp* solationem *A* 3 hispania *A* gallia *AB* 4 deuastae *A 1 m.* deuastare *T* 8 igitur *A: om. BT et edd.* 10 peruasiones *BTp:* persuasiones *A* supra dicti *ABT:* ut supra dixi *p et edd.* 11 quidem *T* paria *Tp:* parua *B*, *item A corr. m. 2 ex* paru/ (*i. e.* paria *cum* a *aperta*) 12 seruulis *BT* 14 fidutia *AT* iniqui simus *B:* iniquissimos *A 1 m.*, iniqui sumus *A corr. m. 2 Tp; solet Salv. post* nisi forte *coniunctivum ponere, v. 1, 4. 3, 53. ad eccl. 1, 24. 2, 36. 54. 3, 77* 15 peccata *A* · peccatum *BT et edd.* 16 nec *A:* non *BTp* solum hoc *ABTp* hoc solum *vulgo* 17 caeno] *sic A* conseruans *AB* · obseruans *Tp* 21 equi] Et qui *T* 24 flagitiorum *AB* · *om. Tp* 25 frenum *A:* frenos *BT et edd.* coniugium *Tp* 28 alia *T* 31 fastigia *A:* fastigium *BTp* 33 dubito *om. T* iis *p* qui (quae *A 1 m.*) aut *AB:* quia ut *T*, ut *p* 37 esse *AB: om. Tp*

ipsorum esse videatur. Quin potius quicumque ex nobilibus haec mala horrent, irasci talibus debent, quod facinoribus sordidissimis nobilitatis nomen infament: quia licet hi, qui tales sunt, omnem gravent populum Christianum, specialiter tamen illos sordibus suis polluunt, quorum pars esse dicuntur. Diximus itaque nobiles quosdam esse 28
5 servis deteriores. Diximus utique, et improbabiliter diximus, nisi quod diximus comprobamus. Ecce enim ab hoc scelere vel maximo prope omnis servorum numerus immunis est. Numquid aliquis ex servis turbas concubinarum habet, numquid multarum uxorum labe polluitur et canum vel suum more tantas putat coniuges suas esse, quantas potuerit libidini subiugare? Sed responderi videlicet ad haec potest, quod 29
10 facere servis ista non liceat; nam profecto facerent, si liceret. Credo: sed quae fieri non video, quasi facta habere non possum. Quamlibet enim in eis improbae mentes, quamlibet malae cupiditates sint, nullus pro eo, quod non admittit, scelere punitur. Malos esse servos ac detestabiles satis certum est. Sed hoc utique ingenui ac nobiles magis execrandi, si in statu honestiore peiores sunt. Quo fit ut ad illum
15 perveniri exitum rei huius necesse sit, non ut servi sint a reatu nequitiae suae absolvendi, sed ut plurimi divites magis sint servorum comparatione damnandi. Nam 30
illud latrocinium ac scelus quis digne eloqui possit, quod, cum Romana respublica vel iam mortua vel certe extremum spiritum agens in ea parte, qua adhuc vivere videtur, tributorum vinculis quasi praedonum manibus strangulata moriatur, inveniuntur
20 tamen plurimi divitum, quorum tributa pauperes ferunt, hoc est, inveniuntur plurimi divitum, quorum tributa pauperes necant. Et quod inveniri dicimus plurimos, timeo ne verius diceremus omnes: tam pauci enim mali huius expertes sunt, si tamen ulli sunt, ut in ea parte, qua multos diximus, omnes paene divites reperire possimus. Ecce enim remedia pridem nonnullis urbibus data quid aliud egerunt, quam ut divi- 31
25 tes cunctos immunes redderent, miserorum tributa cumularent; illis ut demerentur vectigalia vetera, istis ut adderentur nova; illos ut decessio etiam minimarum functionum locupletaret, istos ut accessio maximarum adfligeret; illi ut eorum, quae leviter ferebant, imminutione ditescerent, isti ut eorum, quae iam ferre non poterant, multiplicatione morerentur, ac sic remedium illud alios iniustissime erigeret, alios iniustis-
30 sime necaret, aliis esset sceleratissimum praemium, aliis sceleratissimum venenum. Unde advertimus, quod nihil esse et divitibus sceleratius potest, qui remediis suis pauperes perimunt, et nihil pauperibus infelicius, quos etiam illa, quae pro remedio cunctis dantur, occidunt.

VII. Iam vero illud quale, quam sanctum, quod si qui ex nobilibus converti ad 32
35 deum coeperit, statim honorem nobilitatis amittit? aut quantus in Christiano populo honor Christi est, ubi religio ignobilem facit? Statim enim, ut quis melior esse temp-

---

1 haec *om. B 1 m.* 3 grauem *T* 4 suis *om. T* itaque] quoque *T* 5 diximus utique — diximus nisi *om. p* utique *BT et corr. m. 2, sed vetere A:* itaque *A 1 m.* improbaliter *B* comprobemus *A corr. m. 2* (-amus *1 m. habet*) 6 omnis *om. p* 7 numquid *A:* numquid enim *BT et edd.* aliquis *B s. l.* 8 et *ABT:* ut *p* putet *Tp* 9 responderi (-ere *1 m.*) uidelicet ad haec *A:* ad haec (hoc *T*) responderi *BTp* 11 quamlibet *AB* · quantumlibet *Tp utroque loco* 12 non *B s. l.* amittit *B* 13 detestabilis *A 1 m.* 14 si] sunt *T* honestiores *A 1 m.* ut *om. A 1 m. B 1 m.* 15 peruenire *A* 16 plurime *A 1 m.* plurimũ *A corr. 2 m.* magis *in A punctatum* 17 posset *T* 19 transgulata *T* 20 pauperes ferunt — quorum tributa *om. T* 21 inuenire *A* 22 diceremus *AB* · dixerimus *Tp* 23 repperire possimus *A*. possemus reperisse *B*, possimus reperire (repperisse *T*) *Tp* 24 cunctos diuites *p* 26 decessio etiam *A:* etiam decessio *B*, etiam accessio *Tp* fructionum *T* 28 imminutione orirentur *A* (orirentur *praeceptum ex v.* 29 *punctavit m. 2 et verbum* morirentur *sup.* multiplicatione *adiecit*) iam] etiam *B* 29 morerentur *om. A* sic *AB:* si *Tp* 34 si hi (hic *A corr. m. 2*) qui *AB*, si quis *Tp et edd.* ad deum conuerti *p* 36 esse *A partim ex correctione*

taverit, deterioris abiectione calcatur, ac per hoc omnes quodammodo mali esse coguntur, ne viles habeantur. Et ideo non sine causa apostolus clamat: saeculum totum in malo positum est. Et verum est; merito enim totum esse in malo dicitur, ubi boni locum habere non possunt. Siquidem ita totum iniquitatibus plenum est, ut aut mali sint, qui sunt, aut qui boni sunt, multorum persecutione crucientur.
33 Itaque, ut diximus, si honoratior quispiam religioni se adplicuerit, ilico honoratus esse desistit. Ubi enim quis mutaverit vestem, mutat protinus dignitatem: si fuit sublimis, fit despicabilis, si fuit splendidissimus, fit vilissimus, si fuit totus honoris, fit totus iniuriae. Et mirantur mundani quidam et infideles, si offensam dei aut iracundiam perferunt, ubi deum in sanctis omnibus persequuntur; perversa enim sunt et in diversum cuncta mutata. Si bonus est quispiam, quasi malus spernitur, si malus est, quasi bonus honoratur. Nihil itaque mirum est, si deteriora cotidie patimur, qui cotidie deteriores sumus. Et nova enim cotidie homines mala faciunt et vetera non relinquunt: surgunt recentia crimina nec repudiantur antiqua.

34 VIII. Quis ergo est causationi locus? Quamlibet aspera et adversa patiamur, minora patimur quam meremur. Quid querimur, quod dure agat nobiscum deus? multo nos cum deo durius agimus. Exacerbamus quippe eum impuritatibus nostris et ad puniendos nos trahimus invitum. Cumque eius naturae sit mens dei atque maiestas, ut nulla iracundiae passione moveatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio est, ut per nos cogatur irasci. Vim, ut ita dixerim, facimus pietati suae ac manus quodammodo adferimus misericordiae suae. Cumque eius benignitatis sit, ut velit nobis iugiter parcere, cogitur malis nostris scelera, quae admittimus, vindi-
35 care. Ac sicut illi solent, qui munitissimas urbes obsident aut firmissimas arces urbium capere et subruere conantur, omnibus absque dubio eas et telorum et machinarum generibus oppugnant, ita nos ad expugnandam misericordiam dei omni peccatorum immanium scelere quasi omni telorum genere pugnamus; et iniuriosum nobis deum existimamus, cum ipsi iniuriosissimi deo simus. Omnis siquidem Christianorum omnium culpa divinitatis iniuria est. Nam cum illa, quae facere a deo vetamur, admittimus, vetantis iussa calcamus, ac per hoc impie in calamitatibus nostris severita-
36 tem divinam accusamus: quippe nobis nos accusandi sumus. Nam cum ea quibus torqueamur admittimus, ipsi tormentorum nostrorum auctores sumus. Quid ergo de poenarum acerbitate querimur? Unusquisque nostrum ipse se punit. Et ideo illud propheticum ad nos dicitur: ecce omnes vos ignem accenditis et vires praebuistis flammae: ingredimini in lucem ignis vestri et flammae, quam accendistis. Totum namque humanum genus hoc ordine in poenam aeter-

2) Joh. 5, 19. 33) Isa. 50, 11.

---

1 mali *om. T* 2 nec *A, sed* c *punctata* 3 et uerum est *AB:* et iterum *T, om. p* 5 qui sunt *ABT:* qui sunt in illo *p et edd.* aut quii *B* 6 ut *A:* sicut *BTp* 7 mutat] imitat *T* 7 *et* 8 fuit *AB* (*ter*) *et T loco tertio:* fuerit *Tp et edd.* 8 despl/cabilis *A* uilissimus fuit *T* 10 ubi *BTp:* qui *A in rasura m. 2 et vulgo* sanctis hominibus *coni. Rittershusius* persequntur *A*, persecuntur *B* 11 si est malus *Tp*, si bonus est malus *B* 12 est (*ante* si) *A: om. BTp* 13 cotidie deteriores *AB:* deteriores quotidie *Tp et edd.* homines *om. p* 14 relinqunt *AB* 15 causationi *AB:* causationis *Tp* 16 quaerimur *AB* quid *B* 17 durius cum deo *BTp* eum *A:* deum *BTp* 20 est *B s. l.* 22 cogetur *A 1 m.* nostris scelera nostra *B* uindicari *BT* 23 sicuti *p* solent *glossa videtur* qui *om. B* 30 quippe nobis nos *A:* nos q. a nobis *A corr. m. 2*, nos q. nobis nos (non *T*) *BTp* 31 sumus auctores *p* 32 ipse *om. p* se *A sup. lin* illud *A: om. BTp* 33 propheticum hoc *p* apud nos *BT* uos *A corr. et p:* eius *A 1 m. BT* uiris *A 1 m., item p.* 43, 1 34 praebuistis *ABTp:* praebetis *vulgo* ingredimini lumine *Vulgata* uestri *A partim ex corr.*, uestre *T*

nam ruit, quo scriptura memoravit. Primum enim ignem accendit, postea vires igni-
bus praebet, postremum flammam ingreditur quam paravit. Quando igitur primum 37
sibi homo aeternum accendit ignem? scilicet cum primum peccare incipit. Quando
autem vires ignibus praebet? cum utique peccatis peccata cumularit. Quando vero
5 ignem aeternum introibit? quando inremediabilem iam malorum omnium summam
crescentium delictorum nimietate compleverit, sicut salvator noster ad Iudaeorum prin-
cipes ait: implete mensuram patrum vestrorum, serpentes, progenies
viperarum. Non longe a plenitudine peccatorum erant, quibus ipse dicebat domi-
nus, ut peccata complerent, ideo absque dubio, ut, quia digni iam salute non essent,
10 implerent iniquitatum numerum, quo perirent. Unde etiam cum lex vetus peccata 38
Amorreorum completa esse memorasset, sic locutos esse ad sanctum Loth angelos re-
fert: omnes qui tui sunt educ de urbe hac; delebimus enim locum istum,
eo quod increverit clamor eorum coram domino, qui misit nos, ut per-
damus illos. Diu profecto flagitiosissimus ille populus ignem illum accenderat,
15 quo peribat, et ideo completis iniquitatibus suis arsit flammis criminum suorum.
Tam male enim de deo meruit, ut gehennam, quae in futuro iudicio erit, iam in hoc
saeculo sustineret.

IX. Sed nulli sunt, inquit aliquis, illorum exitu digni, quia nulli illorum impuri- 39
tatibus comparandi. Verum fortasse istud sit. Attamen quid facimus, quod salvator
20 ipse omnes, qui evangelium suum spreverint, peiores esse memoravit? Denique ad
Capharnaum sic ait: si in Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae
sunt in te, forsitan mansissent usque in hunc diem. Verumtamen dico
vobis quia terrae Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi.
Si Sodomitas minus damnabiles esse dicit quam cunctos evangelia neglegentes, cer-
25 tissima ergo ratio est, qua et nos, qui in plurimis evangelia neglegimus, peius timere
aliquid debeamus, praesertim cum usitatis iam et quasi familiaribus malis contenti
esse nolimus. Non sufficiunt enim multis consuetudinarii reatus, non sufficiunt lites, 40
non calumniae, non rapinae, non sufficiunt vinolentiae, non sufficiunt comessationes,
non sufficiunt falsitates, non sufficiunt periuria, non sufficiunt adulteria, non sufficiunt
30 homicidia, non sufficiunt denique cuncta ista, etsi atrocitate inhumanissima, re tamen
ipsa ad humanas iniurias pertinentia, nisi blasphemas furiosarum mentium manus ini-
ciant etiam in deum. Posuerunt enim, sicut de impiis scriptum est, posuerunt in
caelo os suum, et lingua eorum transiit super terram, et dixerunt:

7) Matth. 23, 32. 12) Gen. 19, 13. 21) Luc. 10. 32) Psal. 72, 9.

---

2 postremum *ABT:* postremo *edd.* sibi primum *BTp* 4 peccata peccatis *Tp* cumularet *A 1 m.*, cumulauit *p* uero] uiro *A* 5 intibit *B corr. in* intra ibit iam *om. T* 6 nimietate *A:* nec ętate *BT*, iniquitate *p* Iudaeos *p* 7 nostrorum *T* 9 iam digni *Tp* saluti *A* 10 perient *B* etiam *AB:* et *Tp* 11 amoreorum *T* esse locutos *T* 14 ullum *T* 16 erit iam *nos:* ereticum *A*, datur (dantur *B*) etiam *BTp* (erit cum in hoc s. esset *A m. 2 corr.*) erit, etiam *vulgo* 19 fortasse istud sit *A:* fortassis est ut sit *BTp* adtamen *A 1 m.* 20 spreuerit *A 1 m.*, spernunt *Tp*, spernerunt *B* 21 Capernaum *p* 22 forsitan *A:* forte *BTp* usque *AB: om. Tp* 23 quia Sodomis remissius *p* 24 damn. esse dicit *A:* dicit esse damn. *p*, esse damn. dicit *BT*, esse dicit damn. *vulgo* 25 quia *corr. m. 2 ex* qua *A* et *B s. l.* peius *AB:* penis *T*, poenas *p* 26 aliquod *B*, aliquando *p* et quando *T* familiaribus *A:* facilioribus *BTp* esse contenti *B* 27 nolumus *BTp, item A ante rasuram* 28 non calumnia non rapinae *A*, non rapinae non calumniae *BTp* uiolentiae *T* commessationes *A 1 m. B*, comesationes *A corr.* 31 blasphemas] blasphemias *A*, *sed* ia *corr.* (*ex* u, *ut videtur*), blasphemia *BTp*, blasphemiae *coni. Rittershusius* 32 posuerunt (*ante* in) *om. p* 33 caelo *A:* caelum *BT et edd.* coelum *p* transit *T*, transiuit *p*

quomodo scibit deus, etsi est scientia in excelso? Et illud: non vide-
41 bit nec intelleget deus Iacob. Ad quos utique tales rectissime propheticum illud referri potest: dixit insipiens in corde suo: non est deus. Nam qui nihil a deo aspici adfirmant, prope est ut cui aspectum adimunt, etiam substantiam tollant, et quem dicunt omnino nil cernere, dicant etiam omnino non esse. Et qui- 5
dem licet nullum admodum malum facinus ratione subsistat, quia rationi non possunt scelera coniungi, nullum tamen est, ut puto, vel inrationabilius vel insanius. Quid enim tam furiosum est quam ut aliquis, cum deum creatorem rerum omnium non neget, gubernatorem neget, et cum factorem esse fateatur, dicat neglegere quae fecit?
42 quasi vero haec ei faciendorum omnium cura fuerit, ut neglegeret quae fecisset. Ego 10
autem in tantum eum curam creaturarum suarum habere dico, ut probem, etiam priusquam crearet habuisse: res quippe ipsa hoc evidenter ostendit. Nihil enim fecerat, nisi curam faciendi habuisset antequam faceret, praesertim cum etiam in ipso humano genere nullus sit ferme hominum tam hebes, qui ad hoc aliquid agat atque perficiat, ut perfecta non curet. Nam et qui agrum excolit, ad hoc colit, ut culta conservet. 15
Et qui vineam plantat, ad hoc plantat, ut plantata custodiat. Et qui initia gregum praeparat, ad hoc parat, ut curam multiplicandis gregibus impendat. Et qui domum aedificat vel fundamentum locat, etsi necdum habitationem paratam habet, iam tamen
43 ipsa, quae adhuc facere molitur, spe futurae habitationis amplectitur. Et quid de homine hoc loquar, cum etiam minima animalium genera futurarum rerum affectu 20
omnia agant? Formicae in subterraneis latibulis varia frugum genera condentes ad hoc cuncta contrahunt ac reponunt, quia affectu vitae suae diligunt quae recondunt. Apes, cum fundamina favis ponunt vel cum e floribus natos legunt, qua causa vel thymum iam nisi studio et cupiditate mellis vel flosculos quosdam nisi futurae sobolis
44 caritate sectantur? Deus ergo, qui etiam minimis animantibus hunc affectum proprii 25
operis inseruit, se tantummodo solum creaturarum suarum amore privavit, praesertim cum omnis in nos rerum bonarum amor ex illius bono amore descenderit. Ipse est enim fons et origo cunctorum, et quia in ipso, ut scriptum est, et vivimus et movemur et sumus, ab ipso utique affectum omnem, quo pignora nostra amamus, accepimus; totus namque mundus et totum humanum genus pignus est creatoris sui. 30
Et ideo ex hoc ipso affectu, quo amare nos fecit pignora nostra, intellegere nos vo-
45 luit, quantum ipse amaret pignora sua. Sicut enim, ut legimus, invisibilia eius per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, ita amorem erga nos suum per eum quem nobis erga nostros dedit amorem, voluit intellegi. Et sicut

1) Psal. 93, 7. 3) Psal. 52, 1. 28) Act. 17, 28. 32) Rom. 1, 20.

---

1 scibit *A*: scit *BTp* 2 intellegit *A*, intelliget *BTp* at *B* 4 a deo aspici *ABTp*: aspici a deo *vulgo* etiam *A* · et *Bp*, *om. T* 5 et] ut *p* dicant *p* nil — etiam omnino *om p* non esse *AB*: nil esse *Tp* Equidem *p* 6 rationi *Bp*: ratione *A*, rationū *T* 8 creatorem *B s. l.* omnium rerum *Tp* 9 neget *Rittershusius*: neget et (ut *A corr.*) *ABTp* 10 uero *AB*: nulla *Tp* cura] causa *Rittershusius* ut n. quae fecisset *A* · ut quae fecisset neggligeret *B*, ut quae (quaeque *p*) fecisset negligere creatorem. *Tp* 11 suorum *B* etiam priusquam *ABT*: priusquam etiam *edd.* 12 faceret nisi *BT* 13 in illo *T* 14 agat atque *A corr. ex* agat quae 15 ut (*ante* perfecta) *Ap*: atque *BT* quae perfecta sint *p* ad hoc colit *om. T* 16 ut plantata — ad hoc parat *om. T* ut plantatam *B* 17 multiplicantis *A* 18 habet *A*: habeat *BT et edd.* 19 adhoc *A 1 m.* qui de *A 1 m.* 20 hic *p* loquor *T* affectum *p*, *item v.* 22 21 agant *A*: diligant *BTp* uaria] exuaria *AB* 22 affectu *ABT*, *ut coni. Rittershusius*: affectum *p* deligunt *Rittershusius* 23 fauis *A*: mellis *BTp* natus *A 1 m.* 24 thymo — uel flosculis quibusdam — laetantur *p* iam *om p* soboli *A 1 m.* 27 descenderet *A 1 m.* 30 accepimus *BTp*: accipimus *A* 31 ipso *A*: quoque *BTp* nos (*ante* fecit) *om Tp*

omnem, ut scriptum est, paternitatem in caelo et in terra a se ipso voluit nominari, sic a nobis patris in se affectum voluit agnosci. Et quid dicam patris? immo potius plus quam patris. Probat quippe hoc vox salvatoris in evangelio dicentis: sic enim dilexit deus hunc mundum, ut filium suum unicum daret pro mundi vita. Sed et apostolus dicit: Deus, inquit, filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

X. Hoc est ergo illud, quod supra dixi, quia plus nos amat deus quam pater 46
filium. Evidens quippe res est, quod super affectum filiorum nos deus diligit, qui propter nos filio suo non pepercit. Et quid? plus addo, et hoc filio iusto et hoc filio unigenito et hoc filio deo: quid dici amplius potest? et hoc pro nobis, id est pro malis, pro iniquis, pro impiissimis. Quis aestimare hunc erga nos dei amorem queat, 47
nisi quod iustitia dei tanta est, ut in eum aliquid iniustum cadere non possit? Nam quantum ad rationem humanam pertinet, iniustam rem homo quilibet fecerat, si pro pessimis servis filium bonum fecisset occidi. Sed utique hoc magis inaestimabilis pietas et hoc magis mirabilis dei virtus est, quod ita intellegi ab homine magnitudo iustitiae suae non potest, ut quantum ad inbecillitatem humanam pertinet, paene iniustitiae speciem magnitudo iustitiae habere videatur. Et ideo apostolus ad indicandam nobis aliquatenus divinae misericordiae immensitatem sic ait: ut quid enim Christus, cum adhuc impii essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? vix enim pro iusto quis moritur. Ostendit profecto nobis una hac 48
sententia pietatem dei. Nam si vix ullus pro summa iustitia mortem suscipit, probavit Christus quantum praestiterit pro nostra iniquitate moriendo. Sed cur hoc fecerit dominus, statim in subditis docet dicens: commendat autem suam caritatem deus in nobis. nam si, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. Hoc ipso ergo commendat, quia pro impiis mortuus est; maioris enim pretii est beneficium, quod praestatur indignis. Idcirco itaque ait commendat suam caritatem deus in nobis. Quomodo commen- 49
dat? scilicet quia non merentibus praestat. Si enim sanctis et bene meritis praestitisset, non videbatur quae non debuerat praestitisse, sed quae debuerat reddidisse. Quid ergo nos pro his omnibus retribuimus, vel potius quid retribuere debemus? Primum scilicet illud, quod beatissimus propheta et debere se et redditurum esse testatur dicens: quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. Prima ergo haec 50
retributio est, ut mortem morte reddamus, ac pro eo, qui mortuus est pro nobis, nos

3) Joh. 3, 16. 5) Rom. 8, 32. 19) Rom. 5, 6. 24) ibid. v. 8. 34) Psal. 115, 12.

---

2 agnosci *A:* cognosci *BTp* qui dicam de patris *A 1 m.* imo benignissimi patris *p* 3 sic deus dilexit *BTp* 4 daret *B s. l.* 5 uita *A:* salute *BTp* 6 omnia nobis *A:* nobis omnia *BT et edd.* 8 ergo est *T* filium pater *BTp* 10 suo *om. BT* ado *A*, adde *A 2 m. corr.* et quid plus? addo *vulgo interpungitur; at v. 6, 39. 48. 7, 60. 88 sq. ad eccl. 4, 21* 11 quid *A:* et quid *BT et edd.* 12 existimare *BT* quaeat *A* 13 est *om. T* 14 humanam *B s. l.* 15 fecisset *A. om. BTp* occidi sed *A corr.* occidisset *A 1 m. BTp* 16 miraculis *A* deus *T* ita *om. p* 17 pene iustitiae *T* 19 misercordiae diuinae *Tp* immensitatem *B s. l.* 22 si] cum *p* ullus uix *A* suscipiat *p* 26 magis *om. B*, *A habet sup. lin. m. 2 post* igitur 27 ergo *AB:* ergo gratiam (gratia *T*) *Tp* ob impios *p*, ab impius *T* 33 quod *om. T* poeta *T* et debere *A:* ei debere *BTp* 35 haec ergo *T* 36 morti *A corr. m. 2* qui *A:* quod *BTp* pro nobis est *p*

moriamur omnes, tametsi minoris multo pretii mors nostra est quam sua. Quo fit ut, etiamsi mortem suscipiamus, debitum tamen non exsolvamus. Sed tamen quia maius referre non possumus, totum reddere videmur, si totum quod possumus reddere red-
51 damus. Itaque prima, ut dixi, haec redhibitio est. Secunda autem ut, si debitum morte non solvimus, vel amore solvamus. Nam ipse salvator ideo, ut ait apostolus, moriendo pro nobis commendare omnibus voluit caritatem suam, ut nos ad reddendam pietati tantae vicissitudinem pietatis suae traheret exemplo. Et sicut illas naturae admirabiles gemmas ferunt, quae ferro propius admotae durissimum licet chalibem affectu quasi spirante suspendunt, ita etiam ille, id est summa et clarissima regnorum caelestium gemma, hoc scilicet voluit ut, dum se licet durissimis nobis descendens de caelo propius adiungeret, affectui suo nos quasi amoris sui manibus admoveret, ut agnoscentes utique dona sua ac beneficia intellegeremus, quid nos pro domino tam bono facere conveniret, cum ille pro malis servis tanta fecisset, et compleretur hoc, quod apostolus dicit, ut mortificaremur caritate illius tota die, et neque tribulatio neque angustia neque persecutio neque fames neque nuditas neque gladius posset nos separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro.

52 XI. Cum ergo haec a nobis deberi domino satis certum sit, videamus quid pro his cunctis reddimus, quae debemus. Quid scilicet nisi totum illud, quod supra diximus, quicquid indecens, quicquid indignum, quicquid ad iniuriam dei pertinens, actus improbos, mores flagitiosos, ebrias comessationes, cruentas manus, foedas libidines, rabidas cupiditates, et quicquid illud plus potest conscientia habere quam sermo. Quae enim, inquit apostolus, in occulto fiunt ab eis, turpe est etiam dicere. Nec solum hoc; nam hoc vetus est et tam praesentium temporum quam prae-
53 teritorum. Illud gravius et lugubrius, quod peccatis veteribus nova addimus, nec solum nova, sed quaedam paganica ac prodigiosa et in ecclesiis dei ante non visa, iactantes scilicet profanas in deum voces et contumelias blasphemantes, dicentes deum incuriosum, deum non intendentem, deum neglegentem, deum non gubernantem, ac per hoc et inmisericordem et inpraestabilem, inhumanum, asperum, durum. Nam qui non respiciens et incuriosus et neglegens esse dicitur, quid superest nisi ut asper et durus et inhumanus esse dicatur? O caecam impudentiam! o sacrilegam temeritatem!

14) Rom. 8, 36. 22) Ephes. 5, 12.

---

2 debitam *T* 3 redibere (*post* possumus) *B*, reddibere *T* reddamus *ABT:* curamus *edd.* 4 redebitio A^1, redibitio *A corr. B*, retributio *Tp et edd.* 6 omnibus uoluit *A:* uoluit omnibus *BT et edd.* 7 pietati tantae uicissitudinem *scripsi:* pietatem tantae uicissitudinem *A*, pietatem tanta uicissitudine *BTp*, pietatem tantae uicissitudinis *A corr. manu recenti et vulgo, sine sensu et structura; cf. 6*, 27 praeclaram passioni eius uicissitudinem reddimus exemplo et *A: om. BTp* 8 admirabilis *A 1 m. Tp*, ammirabiles *B* admode *A 1 m.* 9 id est] in *T* regnorum *AB:* negotiorum *Tp* 10 caelestium flamma gemma *B* 11 affectu *BT* admoneret *T* 13 fecisse comperiretur. Hoc *p* 14 mortificemur *p* 15 neque fames — separare *om. p* famis *A 1 m.* 16 dei] Christi *B* nostro] nostro nos separet *p* 17 a *om. A* debere *AT, fort.* haec nos debere a domino *T* est *BT* 18 reddemus *A 1 m.* quae debemus *BTp:* q̃uaedemus (*i. e.* quaeuaedemus *A*, *transpositione ortum ex* quae deuaemus), quaeue demus *vulgo inepte; malis:* pro his cunctis, quae debemus. reddimus, *cf. tamen similem relativi collocationem V, 1* Scio infidelissimos . . dicere aduersus haec posse, quae diximus *etc.* 20 mores] morsus *p* ebrias *ABTp:* ebrietates *vulgo, ut in A 2 m. correctum est* commessationes *A 1 m. B* foedas libidines *scripsi:* faeditas libidinis (-nes *A corr.*), foeditates libidinis *BTp* 21 rabidas *nos:* rapidas *libri* illud *ABTp:* illud est quod *A corr. et vulgo* potest *om. T* 22 etiam *BTp:* enim *A* 23 hoc solum *BTp* praesentium (*corr. m. 2 sed antiqua ex* presertim) temporum *A:* praesentis temporum *B*, praesentis temporis *Tp* 25 ac] et *T* 26 contumelias *ABTp:* contumeliose *A corr. manu recenti et vulgo* 28 hoc et *AB* · hoc *Tp* 29 quid superest — dicatur *om. A, supplevit in marg. manus secunda, sed admodum antiqua* ut et asper *B*

Non sufficit enim nobis, quod peccatis innumerabilibus involuti rei in omnibus deo sumus, nisi etiam accusatores dei simus. Et quae, rogo, homini spes erit, qui ipsum accusat iudicem iudicandus?

XII. Si ergo, inquiunt, respicit res humanas deus, si curat, si diligit, si guber- 54
5 nat, cur nos infirmiores omnibus gentibus et miseriores esse permittit? cur vinci a barbaris patitur? cur iuri hostium subiugari? Brevissime, ut iam ante dixi, ideo nos perferre haec mala patitur, quia meremur ut ista patiamur. Respiciamus enim ad turpitudines, ad flagitia, ad scelera illa Romanae plebis, quae supra diximus, et in- 55
tellegemus, si protectionem mereri possumus, cum in tanta impuritate vivamus. Ita-
10 que quia hoc argumento plurimi non respici res humanas a deo dicunt, quod miseri, quod inbecilles simus, quid meremur? Si enim in tantis vitiis, in tanta improbitate viventes fortissimos, florentissimos beatissimosque esse pateretur, suspicio fortasse aliqua esse poterat, quod non respiceret scelera Romanorum deus, qui tam malos, tam perditos beatos esse pateretur. Cum vero tam vitiosos, tam improbos infirmos et mi-
15 serrimos esse iubeat, evidentissime patet et aspici nos a deo et iudicari, quia hoc patimur, quod meremur. Sed mereri nos absque dubio non putamus, et hinc est, 56
quod magis rei et criminosi sumus, quia non agnoscimus quod meremur. Maxima quippe accusatrix hominum noxiorum est usurpatrix innocentiae adrogantia. Inter multos siquidem eorundem criminum reos nullus est criminosior, quam qui se non
20 putat criminosum. Itaque et nos hoc solum malis nostris addere possumus, ut nos innoxios iudicemus. Sed esto, inquit aliquis, peccatores et mali simus, certe, quod 57
negari non potest, meliores barbaris sumus, et hoc ipso utique manifestum est, quod non respicit res humanas deus, quia cum meliores simus, deterioribus subiugamur. An meliores simus barbaris, iam videbimus: certe, quod non dubium est, meliores
25 esse debemus. Et hoc ipso utique deteriores sumus, si meliores non sumus, qui meliores esse debemus; criminosior enim culpa est, ubi honestior status. Si honoratior est persona peccantis, peccati quoque maior invidia. Furtum in omni quidem est ho- 58
mine malum facinus, sed damnabilius absque dubio, si senator furatur aliqua quam infima persona. Cunctis fornicatio interdicitur, sed gravius multo est, si de clero
30 aliquis quam si de populo fornicetur. Ita et nos, qui Christiani et catholici esse dicimur, si simile aliquid barbarorum impuritatibus facimus, gravius erramus; atrocius enim sub sancti nominis professione peccamus. Ubi sublimior est praerogativa, maior est culpa; ipsa enim errores nostros religio, quam profitemur, accusat. Criminosior est eius impudicitia, qui promiserit castitatem, foedius inebriatur sobrietatem
35 fronte praetendens. Nihil est philosopho turpius vitia obscena sectanti, quia praeter 59
eam deformitatem, quam vitia in se habent, sapientiae nomine plus notatur. Et nos

---

2 etiam *AB:* et *Tp* 3 iudicandis *B* 5 uici *A 1 m.* 6 subiungari *A 1 m.* iam *AB: om. Tp* 7 meremus A^1 8 intellegimus *A 1 m.* 10 respicere *p* a deo *A:* deo *BT,* deum *p* 11 *fort.* imbecilli simus, *ut alias semper noster, cf. 3, 28 et 31. 4, 20. Ep. 7, 4 et 6. 9, 15* sumus *B* quid *Bp:* quod *A,* quidem *T* probitate *B* 14 infimos *AB haud scio an recte, quamquam supra legimus* infirmiores omnibus gentibus et miseriores *etc.* 15 iudicare *A* quia *B corr. ex* quod 16 sed] si *T* 17 maxime *A* 19 reus *A 1 m. B 1 m.* non putat *A:* putat non *BTp* 21 esto *Rittershusius:* est *libri* peccatores . . simus *Mommsen:* peccator est et malissimus *A,* peccator et malignissimus *BTp* quod] quidem *p* 22 potest quod meliores *p* et AB^1: ex *B corr. Tp* ipso utique *ABT:* itaque ipso *p,* utique ipso *vulgo* 23 simus *A:* sumus *BTp* 24 sumus *BT* dubium est *AB:* est dubium *T et edd.* 25 et hoc ipso *AB:* ex hoc *Tp* 27 est (*ante* persona) *A: om. BTp* quidem est in omni *BTp* 28 si *BTp · om. A* furator *A 1 m.* aliqua quam *A.* aliquando *BTp* 29 infima persona *om. BTp, item A 1 m. supplevit in A m. 2 recentior, sed tamen antiqua* 30 quam de *T* et (*ante* catholici) *A: om. BTp* 33 ipsa enim *ABT:* et ipsa etiam *p* 34 inebriator *Tp* 35 philofo *B* oscena *T* 36 nomen *Tp*

igitur in omni humano genere philosophiam Christianam professi sumus, ac per hoc deteriores nos cunctis gentibus credi atque haberi necesse est, quia sub tam magnae professionis nomine vivimus et positi in religione peccamus.

60 XIII. Sed scio plurimis intolerabile videri, si barbaris deteriores esse dicamur. Et quid facimus, quod causae nostrae hoc nihil proficit, si intolerabile id nobis esse videatur? Immo causam nostram hoc magis adgravat, si deteriores sumus et meliores nos esse credamus. Qui enim, inquit apostolus, se existimat aliquid esse, cum nihil sit, se ipsum seducit; opus autem suum probet homo. Operi ergo nostro debemus credere, non opinioni, rationi, non libidini, veritati, non volun-
61 tati. Igitur quia non ferendum quidam existimant, ut deteriores aut non multo etiam meliores barbaris iudicemur, videamus aut quomodo meliores simus aut quibus barbaris. Duo enim genera in omni gente omnium barbarorum sunt, id est aut haereticorum aut paganorum. His ergo omnibus, quantum ad legem divinam pertinet, dico nos sine comparatione meliores: quantum ad vitam et vitae actus, doleo ac plango esse peiores. Quamvis id ipsum tamen, ut ante iam diximus, non de omni penitus
62 Romani populi universitate dicamus. Excipio enim primum omnes religiosos, deinde nonnullos etiam saeculares religiosis pares aut, si id nimis grande est, aliqua tamen religiosis honestorum actuum probitate consimiles, ceteros vero aut omnes aut paene omnes magis reos esse quam barbaros. Hoc est autem deteriorem esse magis reum esse. Itaque quia nonnulli inrationabile atque absurdum arbitrantur, ut aut deteriores aut non multum etiam meliores barbaris iudicemur, videamus, ut dixi, aut quo modo
63 aut quibus barbaris. Ego enim praeter eos tantummodo Romanorum, quos paulo antea nominavi, ceteros aut omnes aut paene omnes maioris reatus dico et criminosioris vitae esse quam barbaros. Irasceris forsitan qui haec legis et condemnas insuper quae legis. Non refugio censuram tuam. Condemna, si mentior, condemna, si non probavero, condemna, si id, quod adsero, non etiam scripturas sacras dixisse monstravero.
64 Igitur qui meliores nos multo cunctis quae sunt in mundo gentibus iudicamus, nec ipse, qui Romanos dico in plurimis deteriores, abnego in quibusdam esse meliores. Vita enim, ut dixi, et peccatis sumus deteriores, lege autem catholica sine comparatione meliores. Sed illud considerandum est, quia, quod lex bona est, nostrum non est, quod autem male vivimus, nostrum est. Et nihil utique nobis prodest, quod lex est bona, si vita nostra et conversatio non est bona; lex enim bona munus est Christi, vita autem non bona criminis nostri. Immo hoc magis culpabiles sumus, si legem bonam colimus et mali cultores sumus. Quin potius nec cultores, si mali, quia cultor dici non potest malus cultor. Neque enim colit, qui rem sanctam non sancte colit, ac per hoc accusatrix nostri est lex ipsa, quam colimus.

7) Gal. 6, 3.

---

1 chrystiani *T* 2 habere *A* sub tam *A corr. m. 2 ex* sumptam, tam *B s. l.* 4 esse deteriores *BTp* 6 hoc causam nostram *BT* sumus *ABTp:* simus *vulgo* 7 existimat se *A* 9 ergo *A:* autem *BTp* opinione ratione non libidine *A 1 m.* 10 quia *A · om. BTp* quidam *B s l*, quidem *A 1 m.* etiam *B s. l.* 11 barbaris *B s. l.* aut] (*ante* quomodo) autem *p* sumus *T* 14 quantum *A:* quantum autem *BT et edd.* et *A* · et ad *p*, ad *BT* acta *edd. quaedam, item Baluziana* (*libris invitis*) 17 est *om. T* aliqua *B corr. ex* aliquis 18 actuum honestorum *BTp* 20 ita *p* 22 antea *AB:* ante *T et edd.* 23 ceteros autem o. B^1T pene omnis B^1 maiores A^1B^1 criminosiores *A 1 m.* 24 condempnas *A* 25 *et* 26 condempna *A rasura ex* condempnas (*ter*), condempnas *B*, condemnas *T*, condemnes *p* 28 implurimis deterioribus *A* 30 quod *om.* B^1 non *B s. l.* 32 et *BTp: om. A 1 m.* si *corr. m. 2 A* munus est *A:* est muneris *BTp*, muneris est *ed. Baluz.* 34 si *B corr. ex* quia 35 non potest dici *T* cultor *om. T* sanctam sancte non *T*

XIV. Remota ergo legis praerogativa, quae nos aut nihil omnino adiuvat aut 65
etiam iusta animadversione condemnat, vitam barbarorum atque nostrorum studia, mores, vitia comparemus. Iniusti sunt barbari, et nos hoc sumus, avari sunt barbari, et nos hoc sumus, infideles sunt barbari, et nos hoc sumus, cupidi sunt barbari, et nos hoc sumus, impudici sunt barbari, et nos hoc sumus, omnium denique improbitatum atque impuritatum pleni sunt barbari, et nos hoc sumus. Sed responderi fortasse 66
possit: ergo si pares vitiositate barbaris sumus, cur non sumus etiam viribus pares? Cum enim similis sit improbitas atque idem reatus, aut tam fortes deberemus esse nos quam sunt illi, aut certe tam invalidi quam nos sumus illi esse deberent. Verum est, ac per hoc superest, ut illi nocentiores sint qui infirmiores. Quomodo hoc probamus? scilicet quia, ut superius locuti sumus, omnia ex iudicio deum facere monstravimus. Si enim, ut scriptum est, in omni loco oculi domini speculantur bonos et malos, et iuxta apostolum iudicium dei est secundum veritatem in omnes malos, videmus nos, qui non desinimus mala agere, ex iudicio iusti dei poenas malitiae sustinere. Sed eadem, inquis, mala etiam barbari agunt et non sunt 67
tamen tam miseri quam nos sumus. Hoc ergo interest quod, si eadem agant barbari, quae nos agimus, nos tamen maiore offensione peccamus. Possunt enim nostra et barbarorum vitia esse paria, sed in his tamen vitiis necesse est peccata nostra esse graviora. Nam cum omnes, ut iam ante diximus, barbari aut pagani sint aut haeretici, ut de paganis, quia prior illorum error est, prius dicam, gens Saxonum fera est, Francorum infidelis, Gipidarum inhumana, Chunorum impudica, omnium denique gentium barbarorum vita vitiositas. Sed numquid eundem reatum habent illorum vitia 68
quem nostra, numquid tam criminosa est Chunorum impudicitia quam nostra, numquid tam accusabilis Francorum perfidia quam nostra, aut tam reprehensibilis ebrietas Alamanni quam ebrietas Christiani, aut tam damnabilis rapacitas Alani quam rapacitas Christiani? Si fallat Chunus vel Gipida, quid mirum est, qui culpam penitus falsitatis ignorat? Si perieret Francus, quid novi faciet, qui periurium ipsum sermonis genus putat esse, non criminis? Et quid mirum, si hoc barbari ita credunt, qui legem et deum nesciunt, 69
cum maior ferme Romani nominis portio ita existimet, quae peccare se novit? Nam ut de alio hominum genere non dicam, consideremus solas negotiatorum et Syricorum omnium turbas, quae maiorem ferme civitatum universarum partem occupaverunt, si aliud est vita istorum omnium quam meditatio doli et tritura mendacii, aut si non

12) Prov. 15, 3. 13) Rom. 2, 2.

---

1 remotae *A* ergo *AB:* igitur *Tp* 4 infideles — cupidi sunt barbari et n. h. sumus *om. p* 5 nos hoc s. (*ante* impudici) *ABT:* hoc nos s. *vulgo* impudici s. barb. et nos hoc sumus *A in marg. m. 2 sed antiqua, om. T* 6 pleni *p: om. ABT* respondere *A* fortasse aliquis possit *A corr. m. 2* 7 pares (*post* uiribus) *om. T* 8 atque *A corr. ex* quae 9 illi (*ante* aut)] mali *BT* 10 sunt *T* 11 quia *B s. l.* 13 et iuxta — malos *om. T* 14 uideamus *A, an* uideamur? desinemus *A 1 m.* 15 non sunt tamen (tam *A 1 m. sed erasum*) tam *ABTp:* tamen non sunt tam *vulgo* 16 si *A et 1 m. T:* etsi *B T corr. p et vulgo* 17 quae nos *AB:* quae et nos *Tp* 18 est necesse *p* 19 iam ante *A:* ante iam *BT et edd.* 20 ut *A corr. ex* aut, *om. p* peior *p* prius *B corr. ex* prior saxorum *A 1 m.* 21 gypidarum *A*, gepidarum *BTp, item infra v.* 26 chunorum *A:* hunorum *B*, et Hunnorum *p*, et humnorum *T* 22 barbararum *Rittershusius, ut est 1, 36. 5, 7. 6, 53 et 67. 7, 8 et 37 etc.* uita] una *T* uitiosa *p* 23 quem *p:* quae *ABT* criminosa *A:* uitiosa *BTp* hunorum *B*, Hunnorum *p*, humanorum (a *punctata*) *T* 24 alamanni *B:* alamani *T*, Alemanni *p*, alani *A* 25 Alani B^1: Albani AB^2Tp 26 hunus *B*, Hunnus *p*, huminus (i *punctata*) *T* culpa *A* falsitatis penitus *Tp* 27 perierat *A, sed prior* r *punctata*, periret *B*, periuret *Tp, cf. ad p.* 51, 13 quid *A corr. ex* qui noui faciet *A:* noui faceret *BT*, ni faceret *p* sermone *A 1 m.* 29 maiora *B* ferme *AB, sed A corr. ex* perme, fere *Tp et edd.* estimet *A*, extimet *T*, estimet *B* 30 homine *A 1 m.* siricorum *Bp, fort.* Syricorum 31 maiorum *BT*

perire admodum verba aestimant, quae nil loquentibus prosunt. Tantus apud hos dei honor est, prohibentis iusiurandum, ut singularem aestiment fructum omne periurium.
70 Quid ergo mirum barbaros fallere, qui falsitatis crimen ignorant? Nihil enim contemptu agunt caelestium praeceptorum, praeceptum domini nescientes, quia non facit aliquid contra legem legis ignarus. Noster ergo hic peculiariter reatus est, qui legem divinam legimus et legalia semper scripta violamus, qui deum nosse nos dicimus et iussa illius ac praecepta calcamus; ac per hoc cum eum spernamus, quem coli a nobis credimus atque iactamus, id ipsum quod cultus dei videtur, iniuria est.

71 XV. Denique, ut de peccatis aliis nihil dicam, quis est omnino hominum saecularium praeter paucos, qui non ad hoc semper Christi nomen in ore habeat ut perieret? Unde etiam pervulgatum hoc fere et apud nobiles et apud ignobiles sacramentum est: per Christum quia hoc facio, per Christum quia hoc ago, per Christum quia nihil aliud dicturus sum, per Christum quia nihil aliud acturus sum. Et quid plura? in id penitus deducta res est, ut, sicut de paganis barbaris prius diximus, Christi
72 nomen non videatur iam sacramentum esse, sed sermo. Nam in tantum apud plurimos nomen hoc parvi penditur, ut numquam minus cogitent quippiam facere quam cum se iurant per Christum esse facturos. Et cum scriptum sit: non nominabis nomen domini dei tui in vanum, in id reverentia Christi decidit, ut inter cete-
73 ras saeculi vanitates nihil iam paene vanius quam Christi nomen esse videatur. Denique multi non otiosas tantummodo res et aniles, sed etiam scelera quaedam se iurant per Christi nomen esse facturos. Hic enim loquendi usus est talibus: per Christum quia tollo illud, per Christum quia caedo illum, per Christum quia occido illum. Ad hoc res recidit, ut cum per Christi nomen iuraverint, putent se scelera etiam re-
74 ligiose facturos. Denique quid mihi ipsi evenerit dicam. Cum ante aliquantulum tempus, victus cuiusdam pauperis prece, praepotentiori cuidam supplicarem, obsecrans ne homini misero et egestuoso rem ac substantiam suam tolleret, ne subsidium et stipem, quo paupertas illius nitebatur, auferret, tum ille, qui rebus eius siti rabida inhiaverat ac praedam iam spe et cupiditate ardentissima devorarat, respiciens ac vibrans in os meum truces oculos, utpote qui tolli sibi a me putaret quicquid ipse alteri non tollisset, nequaquam hoc, quod peterem, fieri a se posse respondit, quasi vero iussu aut
75 scripto id sacro faceret, quod penitus praeterire non posset. Cumque ego causam,

17) Exod. 20, 7.

---

1 nil loquentibus *A corr. ex* illoquentibus, nihil loquentibus *BT et edd.* 2 prohibentis *p:* prohibens *ABT* aestiment *A:* estiment *B*, extiment *T*, existiment *p et edd.* fructuum *p* omne *A corr. 1 m. ex* omni. omnium *BT et edd.* 3 enim *om. T* contemptus *BT* 4 praeceptum *A:* praecepta *BT et edd.* 7 illius *AB:* ipsius *Tp* praecepta seruamus calcamus *B* cum *om. B* eum *AB: om. Tp* 9 omnino] oro *p* 10 peieret *A corr. ex* perierit, *B ex* peier, peteret *T, cf. ad p.* 51, 13 11 peruulgatum *A:* per uultum *B*, paruulum *Tp* sacramentum est quia chrystum quia hoc ago per chrystum quia hoc facio per chrystum. quia nil *etc. T* 12 per Chr. quia hoc facio *p post* ago *habet* 13 nihil . . nihil *AB:* nil . . nil *Tp* nihil aliud acturus *B corr. ex* nihil dicturus 14 est res *Tp* 15 plurimos esse nomen *B* 17 non nominabis . . dei *AB:* nomen domini non nominabis *Tp* 18 Christi *om. T* 19 pene iam *BTp* inanius *p* 22 caedo *BTp:* credo *A* illud (*post* caedo) *T* 23 adhuc *A 1 m.* recedit *A 1 m.*, cecidit *Tp* cum] quod *p* per C. nomen *AB:* pro C. nomine *T*, Christi nomine *p* puta *B* 24 facturos *A:* esse facturos *BTp* 25 prece *BTp: om. A 1 m., addidit m. 2 post* uictus praepotentiore *A 1 m.* 26 homine *A 1* m. nec subsidium ac substantiam suam et stipem *T* stipem suam qua paupertas illa *p* 27 ille qui *B s. l.* rebus eius *A:* eius rebus *BT et edd.* fide (*ut videtur*) rapida *A* 28 acutissima *T* deuorarat *AB:* deuorauerat *T et edd.* 29 truces — a se posse *om. p* quicquid *A:* quod *BT* alteri *AB:* aliquando *T* tollisset (*i. e.* sustulisset) *A 1 m.:* tulisset *A corr. m. 2 BT et vulgo* 30 fieri a se *A:* fieri se *BT*. facere se *vulgo* 31 scriptum *T* possit *ATp* ego *BTp:* ergo *A*

qua hoc fieri non valeret, inquirerem, dixit rem violentissimam et cui contradici penitus non deberet: 'iuravi', inquit, 'res illius a me esse tollendas. Vide ergo an possim vel debeam non efficere quod etiam interposito Christi nomine me dixi esse facturum'. Tum ego (quid amplius enim facerem, cui res tam iusta obtendebatur et sancta?) audita religiosissimi sceleris ratione discessi.

XVI. Hic nunc interrogo omnes, qui sanae mentis sunt: quis umquam crederet 76
usque in hanc contumeliam dei progressuram esse humanae cupiditatis audaciam, ut id ipsum, in quo Christo iniuriam faciunt, dicant se ob Christi nomen esse facturos? O inaestimabile facinus et prodigiosum! quid non ausae sint improbae mentes? Armant se ad latrocinandum per dei nomen, auctorem quodammodo sui sceleris deum faciunt, et cum interdictor ac vindex malorum omnium Christus sit, dicunt se scelus quod agunt agere pro Christo. Et de hostili iniquitate conquerimur et paganicam barbariem perierare causamur. Quanto minore peccato illi per daemonia perierant quam 77
nos per deum! quanto minoris criminis res est Iovis nomen ludificare quam Christi! Ibi homo est mortuus, per quem iuratur: hic deus vivus, qui perieratur: ibi nec homo ullus, hic deus summus: hic cum maximi sacramenti sit deieratio, necesse est maximi sit reatus et perieratio: ibi cum prope nullum sit iuramentum, nullum constat esse periurium; nam cum deus non sit, per quem iuratur, non est periurium, cum perieratur. Denique qui vult scire quam verum sit, audiat beatum apostolum Paulum ipsa 78
haec, quae nos dicimus, praedicantem. Sic quippe ait: scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. Et iterum: ubi, inquit, non est lex, nec praevaricatio. Duabus his sententiis duas evidenter exposuit partes generis humani, extra legem positos et in lege viventes. Qui sunt igitur nunc in lege positi? qui scilicet nisi Christiani? sicut ipse apostolus fuit, qui de se ait: sine lege dei non sum, sed in lege sum Christi. Qui 79
igitur sine lege Christi? qui nisi pagani homines, legem dominicam nescientes? Et ideo de his dicit: ubi non est lex, nec praevaricatio. Quo dicto utique ostendit Christianos tantum, cum peccaverint, legis praevaricatores esse, paganos autem, qui legem nesciant, sine praevaricatione peccare, quia nullus potest eius rei praevaricator esse, quam nescit. Nos ergo tantum praevaricatores divinae legis, qui, ut scriptum est, legem legimus et non facimus eam, ac per hoc nihil aliud scientia nostra quam culpa, qui ad hoc tantummodo legem novimus, ut maiore offensione peccemus, quia quod lectione et corde novimus, libidine ac despectione calcamus. Et ideo rectis- 80
sime apostolicum illud ad omnem dicitur Christianum: qui in lege gloriaris, per praevaricationem legis deum inhonoras; nomen enim per vos blas-

20) Rom. 3, 19. 22) Rom. 4, 15. 25) I Cor. 9, 21. 34) Rom. 2, 23.

---

1 fieret non ualerent *A 1 m.* inquirerem *A:* quaererem *BT et edd.* 2 res *ABTp:* per Christum res *A corr. m. 2 recenti et vulgo* 3 debeam *om. p* dixi *A:* iuraui *BTp* 4 inquit (quid *corr.*) amplius enim *A:* quid enim amplius *BTp* obtendebatur *B:* ostendebatur *ATp* 8 chrysti *T* esse *AB: om. Tp* 9 inaestimabilis *A 1 m.* arment *A* 10 dei *A:* Christi *BT et edd.* suo sceleri *p* 11 et *AB:* ut *Tp* uindex *om. T in lacuna* dicant *Tp* 12 et (*ante* de) *A:* sed *BTp* hostile *A 1 m.* 13 perierare *A 1 m. et sic deinceps in hoc verbo:* peierare *etc. vulgo* minori *BTp* ille *A 1 m.* 14 deum *A:* Christum *BT et edd.* res criminis *BTp* 15 mortuus est *BTp* qui *B corr. ex* per quem 16 hic (*ante* deus) *A:* nec *BTp* maxime sacramentis deieratio *A* est maxime *A 1 m.* 17 perieratio *sic A 1 m.* prope sacramentum nullum sit. constat *T* iuramentum *AB:* sacramentum *Tp* 18 periuratur *B 1 m.* peieretur *Tp* 20 haec *om. p* quoniam *B s. l.* 21 iterum] uerum *T* 27 dicto *B:* uno *ATp et vulgo* 29 potest esse rei praeuaricator *p* 30 esse *B s. l.* quantum *T* 31 nihil *A* · nihil est *BT et edd.* 35 nos *T*

phematur inter gentes. Cuius ergo criminis rei sint Christiani ex hoc uno intellegi potest, quia dei nomen infamant. Et cum scriptum sit nobis, ut omnia faciamus in gloriam dei, nos e diverso cuncta in dei facimus iniuriam. Cumque ipse salvator noster ad nos cotidie clamet: sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant filii hominum opera vestra bona, et magnificent patrem vestrum, qui est in caelis, nos ita vivimus e contrario, ut videant filii hominum opera nostra mala et blasphement patrem nostrum, qui est in caelis.

81 XVII. Quae cum ita sint, magna videlicet nobis praerogativa de nomine Christianitatis blandiri possumus, qui ita agimus ac vivimus, ut hoc ipsum, quod Christianus populus esse dicimur, obprobrium Christi esse videatur. At e diverso in paganis quid horum simile quae dicimus? Numquid dici de Chunis potest: ecce quales sunt, qui Christiani esse dicuntur? numquid de Saxonibus aut Francis: ecce quae faciunt, qui se adserunt Christi esse cultores? numquid propter Maurorum efferos mores lex sacrosancta culpatur? numquid Scytharum aut Gipidarum inhumanissimi ritus in maledic-
82 tum atque blasphemiam nomen domini salvatoris inducunt? Numquid dici de ullis istorum potest: ubi est lex catholica, quam credunt? ubi sunt pietatis et castitatis praecepta, quae discunt? Evangelia legunt et impudici sunt, apostolos audiunt et inebriantur, Christum sequuntur et rapiunt, vitam improbam agunt et probam legem habere se dicunt. Numquid haec de ulla istarum gentium dici queunt? non utique: de nobis quippe omnia ista dicuntur, in nobis Christus patitur obprobrium, in nobis patitur lex Christiana maledictum. De nobis enim dicitur illud, quod supra diximus: ecce
83 quales sunt, qui Christum colunt. Falsum plane illud est, quod aiunt se bona discere, quod iactant se sanctae legis praecepta retinere. Si enim bona discerent, boni essent. Talis profecto secta est quales et sectatores: hoc sunt absque dubio, quod docentur. Apparet itaque et prophetas, quos habent, impuritatem docere, et apostolos, quos legunt, nefaria sanxisse, et evangelia, quibus imbuuntur, haec quae ipsi faciunt prae-
84 dicare. Postremo sancta a Christianis fierent, si Christus sancta docuisset. Aestimari itaque de cultoribus suis potest ille, qui colitur. Quomodo enim bonus magister est, cuius tam malos videmus esse discipulos? Ex ipso enim Christiani sunt, ipsum audiunt, ipsum legunt. Promptum est omnibus Christi intellegere doctrinam. Vide Christiani
85 quid agant, et evidenter potes de Christo scire quid doceat. Denique quam prave ac nefarie pagani semper de sacris dominicis opinati sint, docent persecutorum immanium cruentissimae quaestiones, qui in sacrificiis christianis nihil aliud quam impura quaedam fieri atque abominanda credebant. Siquidem etiam initia ipsa nostrae religionis nonnisi a duobus maximis facinoribus oriri arbitrabantur, primum scilicet homicidio, deinde, quod homicidio est gravius, incestu, nec homicidio solum et incestu,

2) I Cor. 10. 4) Matth. 5, 16.

---

2 quia *Tp:* qui *AB* 3 cuncta in *BTp:* cunctam *A*, cuncta *A corr.* 4 clamat *BT* 4 *et* 5 nostra *T* 6 est in caelis *A:* in c. est *BT et edd.* nos ita . . est in caelis *om. B 1 m. suppleta sunt in marg.* e *om. A 1 m.* uideant filii (filii *B*) h. *ABT:* filii h. uideant *edd.* 9 blandire *A 1 m.* quia *T* ac *AB:* et *Tp* 10 uideatur *scripsi:* uideamur *libri* 11 chunos *A 1 m.* hunis *B*, hunnis *T*, his *p* 14 gipydarum *A*, gepidarum *BTp* immanissimi *Rittershusius* 16 catholica est lex *Tp* 17 legiunt *B* 20 in (*post* dicuntur) *om. A 1 m.*, pro *additum 2 m.* 21 dicitur *p habet post* diximus 22 dicere *BT* 24 tales *A 1 m.* docentur *BTp:* docent *A* 26 sancxisse *A*, sensisse *Tp* 27 aestimare *A 1 m.* 28 illis *A 1 m.* 29 malus uidimus *A 1 m.* 30 ipsum legunt *A:* ipsum audiunt (*sic iterum*) *B*, *om. Tp* christianis *A sed extrema* i *punctata*, christianos *BTp* 31 potest *A 1 m.* de ipso *p* quod *A 1 m.* denique ac quam *B* 32 persequutorum *B* 34 etiam *A: om. BTp* 35 orire *A 1 m.* arbitrabantur *A:* arbitrantur *BTp* 36 est homicidio *Tp*, est *om. B*[1] nec h. — incestu *om. B 1 m.*

sed, quod sceleratius quiddam est incestu ipso et homicidio, incestu matrum sacrosanctarum et homicidio innocentium parvulorum, quos non occidi tantum a Christianis, sed, quod magis abominandum est, etiam vorari existimabant: et haec omnia ad placandum deum, quasi ullo facinore magis posset offendi, ad purgandum piaculum, quasi ullum aliud maius esset, ad commendandum sacrificium, quasi ullam rem dominus magis posset horrere, ad promerendam vitam aeternam, quasi vero, etiamsi possit his rebus accipi, tanti esset ad eam per scelera tam immania pervenire.

XVIII. Intellegere ergo possumus, aut quales esse pagani crediderint Christianos, 86
qui talibus sacrificiis deum colerent, aut qualem sollicitent deum ipsum, qui haec sacra docuisset. Et hoc cur ita? cur utique nisi ob eos, qui Christiani esse dicuntur et non sunt, qui per flagitia ac turpitudines suas nomen religionis infamant, qui, ut scriptum est, fatentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominabiles et increduli, ad omne autem opus bonum reprobi; per quos, ut legimus, via veritatis blasphematur et sacrosanctum domini dei nomen sacrilegorum hominum maledictione
violatur. Quam gravis autem ac singularis piaculi malum sit, nomen divinitatis in blas- 87
phemiam gentium dare, etiam David beatissimi edocemur exemplo: qui cum suffragio iustitiarum suarum aeternam pro offensionibus suis poenam per unam tantum confessionem meruerit evadere, huius tamen criminis veniam nec per paenitentiam patrocinantem potuit impetrare. Nam cum ei errores proprios confitenti Natham propheta dixisset: transtulit deus peccatum tuum, non morieris, subdidit statim: verumtamen quia blasphemare fecisti inimicos domini propter verbum hoc, filius, qui ex te natus est, morietur. Et quid post haec? Deposito scilicet 88
diademate, proiectis gemmis, exutus purpuris, remoto omni splendore regiae dignitatis, cum pro his omnibus solitarius, gemens, clusus, sacco squalidus, fletu madidus, cinere sordidatus, vitam parvuli sui tot lamentationum suffragiis peteret et piissimum deum tanta precum ambitione pulsaret, sic rogans et obsecrans obtinere non potuit, cum tamen, quod fortissimum petentibus adiumentum est, impetraturum se quod sic a deo peteret credidisset. Ex quo intellegi potest, quod nullum penitus maioris pia- 89
culi crimen est, quam blasphemandi causam gentibus dare. Quicumque enim sine blasphemia aliorum graviter erraverit, sibi tantum adfert damnationem: qui autem blasphemare alios fecerit, multos secum praecipitat in mortem, et necesse erit ut sit pro tantis reus, quantos secum traxerit in reatum. Nec solum hoc, sed quicumque peccator ita peccat, ut alios tamen peccato suo blasphemare non faciat, peccatum suum ipsi obest tantummodo, qui peccaverit, sacrosanctum autem dei nomen sacrilega blasphemantium maledictione non laedit. Qui vero blasphemare alios peccans fecerit, necesse est peccatum huius supra criminis humani esse mensuram, quia per convicia plurimorum inaestimabilem deo facit iniuriam.

12) Tit. 1. 13) II Pet. 2. 20) II Reg. 12, 13.

---

1 quiddam *Bp:* quidam *A 1 m. T*, quidem *A corr.* 4 posset *nos:* possit *libri* 5 ullum alium *T* magis *BT* esset] peresset *T* rem magis deus *p* 6 posset *A corr. manu vetere:* possit *A¹BTp* 7 immaniam *A 1 m. BT* peruenire *A:* perueniri *BT et edd.* 8 ergo *AB: om. Tp* aut *AB:* autem *Tp* qualis *A 1 m.* 10 ita cur *om. p* 12 fatentur *ABT:* confitentur *p*, ore fatentur *vulgo* 14 nomen domini dei *Tp* 15 ac] et *T* 16 beatissime *A 1 m.* per suffragia *p* 18 meruerit *AB:* meruit *Tp* tamen] enim *T* 19 natham *AT:* Nathan *Bp et Vulgata* 20 subdit *T* 21 inimicos nomen domini *p* 23 exutus *AT:* exutis *Bp* remota *B* splendore — dignitatis *T:* splendoris — dignitate *ABp* 24 clusus *A:* clausus *BTp* 26 et obsecrans *B bis habet* 27 est *A:* et *B 1 m.* est et *B corr. Tp* 31 alios blasphemare *Tp* 32 traxit *A* 33 facit *A* 34 qui *Rittershusius:* quae *A*, quod *BTp* 35 laeditur *T corr.* 36 est *om. B*

90 XIX. Hoc autem, ut dixi, malum peculiariter tantum Christianorum est, quia per eos tantummodo blasphematur deus, qui bona discunt et mala faciunt, qui, ut scriptum est, deum verbis confitentur et factis negant, qui, ut idem apostolus ait, adquiescunt legi et sciunt voluntatem eius et probant, quae potiora sunt, qui habent formam scientiae et veritatis in lege, qui praedicant non furandum et furantur, qui legunt non moechandum et moechantur, qui in lege gloriantur et per praevaricationem legis deum in-
91 honorant. Et ideo hoc ipso Christiani deteriores sunt, qui meliores esse deberent; non enim probant quod profitentur et impugnant professionem suam moribus suis. Magis enim damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat, et reatus impii est pium nomen. Unde etiam salvator in Apocalypsi ad tepidum Christianum ait: utinam aut calidus esses aut frigidus: nunc autem, quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo. Omnem Christianum dominus fide ac spiritu iubet esse ferventem. Sic enim scriptum est: ut simus spiritu ferventes, do-
92 mino servientes. In hoc ergo fervore spiritus fidei religiosae ardor ostenditur: de quo ardore qui plurimum habet, fervens esse agnoscitur et fidelis: qui nihil omnino habet, frigidus esse intellegitur ac paganus; qui vero inter utrumque vel neutrum est, tepidus atque exosus est domino Christianus et ideo ad eum dicitur: utinam aut calidus esses aut frigidus: nunc autem, quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo. Hoc est dicere: utinam aut calorem et fidem haberes bonorum Christianorum, aut certe frigus et ignorantiam paganorum. Aut enim fides te calida deo insinuaret aut certe ad praesens adhuc legis ignorantia aliquatenus excusaret. Nunc autem quia Christum iam agnovisti et neglegis quem agnovisti, qui sus-
93 ceptus es quasi intra os dei per fidei agnitionem, proiceris per teporem. Quod quidem etiam beatus apostolus Petrus evidenter exposuit, dicens de vitiosis ac tepidis, id est male viventibus Christianis: melius erat illis non cognoscere veritatem quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi mandato. Contigit illis res veri proverbii: canis reversus ad suum vomitum aut sus lota in volutabro caeni. Quod, ut evidenter de his dictum intellegamus, qui sub Christiano nomine in sordibus mundi atque impuritatibus vivunt, audi, quid de isdem in eodem loco dicat: si enim, inquit, refugientes coinquinationes mundi in agnitionem domini nostri et conservatoris Iesu Christi his rursus impliciti superantur, facta sunt illis novissima peiora priori-
94 bus. Quod quidem et beatus apostolus Paulus in eundem modum dicit: circumcisio quidem prodest, si legem custodias: si autem praevaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. Circumcisionem autem Christianitatem intellegendam ipse evidentissime docet dicens: nos enim sumus circumcisio, qui spiritu deo servimus et non in carne confidimus. Ac per

3) Tit. 1. 3) Rom. 2. 10) Apoc. 3, 15. 13) Rom. 12, 11. 25) II Pet. 2, 21 sq. 30) ibid. v. 20. 33) Rom. 2, 25. 36) Phil. 3, 13.

---

3 est *B s. l.* 4 legis *A 1 m.* 5 et furantur *om. A* qui (*ante* legunt) *A:* et qui *Tp* 6 in legem *A 1 m.* 8 confitentur *B* 12 fidem *A 1 m.* 14 spiritus dei religiose *T* 16 frigidus *AB:* et frigidus *Tp* esse *om. T* ac *ABTp:* et *vulgo* 18 autem *AB: om. Tp* 19 et *A:* ac *p*, aut *BT* 20 frıdus *A 1 m.* frigidus *A corr. m. recenti* 22 susceptus es *A corr. m. 2 (recenti) ex* suscepıstı 23 dei] dm̄ *A*, *sed* m̄ *ex correctıone* proiceris *A:* proieceris *T*, proıcierıs (proji- *p*) *Bp et vulgo* 24 ıd est] idem *T* 27 aut *ABT:* et *edd.* 28 sues *B* uolutrabro *B* cęni *A:* luti *BTp et Vulgata* uidenter *A 1 m.* 29 quid *A corr. ex* qui, quod *B* 30 de *om. BTp* hisdem *A*, eisdem *BTp* 31 conseruatores *A 1 m.* 32 illis *om. T* 33 in eundem modum *A:* ın eodem modum *B*, eodem modo *Tp* 37 deo *AB:* dei *Tp*

hoc videmus, quod malos Christianos paganis comparat, nec comparat tantum, sed paene postponit dicens: si autem praeputium iustitias legis custodiat, nonne praeputium illius in circumcisione reputabitur, et iudicabit id, quod ex natura est praeputium, legem consummans, te, qui per litteram et circumcisionem praevaricator legis es? Ac per hoc intellegi- 95 mus, ut supra dixi, culpabiliores nos multo esse, qui legem dei habemus et spernimus, quam illos, qui nec habent omnino nec norunt; nemo enim ignota contemnit. Concupiscentiam quippe nesciebam, apostolus inquit, nisi lex diceret: non concupisces. Neque enim praevaricantur a lege, quam non habent, quia, ut scriptum est, ubi non est lex, nec praevaricatio. Ac per hoc, si non praevaricantur a lege, quam non habent, ergo nec contemnunt legis scita, quae non habent, quia nemo, ut dixi, potest despicere quod nescit. Nos ergo et contemptores pariter et praevaricatores sumus ac per hoc paganis deteriores, quia illi non norunt dei mandata, nos novimus· illi ea non habent, nos habemus: illi inaudita non faciunt, nos lecta calcamus. Et ideo apud illos ignorantia est, apud nos praevaricatio, quia minoris criminis reatus est legem nescire quam spernere.

LIBER V.

I. Scio infidelissimos quosque et veritatis divinae incapaces dicere adversum haec 1 posse, quae diximus, si tantus sit Christianorum infidelium reatus, ut plus peccent praetermittentes mandata domini, quae sciant, quam paganae gentes, quae nesciant, salubriorem his fuisse ignorantiam quam agnitionem, et contra eos esse admodum, quod agnoverint veritatem. Quibus hoc respondendum est, non veritatem his obesse, sed vitia, nec legem nocere, sed mores. Denique da mores bonos, et legis scita pro nobis sunt. tolle vitia, lex prodest. Scimus enim, inquit apostolus, quia lex bona est, si quis ea legitime utatur. Legitime itaque lege utere, et legem tibi bonam ipse fecisti. Scimus enim, inquit, quia lex bona est, si quis ea legitime utatur, sciens hoc, quod iusto lex non est posita. Ac per hoc 2 iustus esse incipe et eris liber a lege, quia non potest venire lex contra mores, quae iam habetur in moribus. Scimus enim, inquit, quia lex bona est, si quis ea legitime utatur, sciens hoc, quod iusto lex non est posita, sed iniustis, et non subditis, sed sceleratis et impiis et peccatoribus et si quod aliud sanae doctrinae adversatur. Ac per hoc non tam lex tibi, o homo, quam tu legi adversaris, nec lex contra te bene praecipiendo, sed tu contra legem

2) Rom. 2, 26. 8) Rom. 7, 7. 24) I Tim. 1, 8.

---

2 legis iustitias *Tp* 3 circumcisione *ABT:* circumcisionem *p et Vulgata* 4 id *om. ABT* 6 nos multo *AB:* multo plus nos *Tp* 8 apostolus nesciebam *ABTp* 11 nec *AB:* non *Tp* 14 inaudita] mandata *T* 16 spernere. Explicit liber quartus. Incipit liber quintus. *AB* 18 diuinitatis diuinae *T* 22 haec res pondendum *T* 23 denique da m. *Pithoeus:* denique quaedam m. *A*, denique clamores *B*, da *om. Tp* bonis *A corr. m. 2*, boni *Tp ex interpolatione* 24 bona est lex *BTp* 26 bona est *B:* bona est et *A*, est bona *Tp* 27 non est lex *BTp* 28 uenire lex *ABTp:* lex uenire *vulgo* 29 immoribus *A* enim *A:* ergo *BTp* legitime ea *T* 30 non est lex *BTp* 31 si quid *Vulgata* 32 tam non *BTp*

3 male vivendo agis. Immo illa pro te est, tu contra illam. Illa enim tibi consulit sancta dicendo, tu contra illam venis prava faciendo, nec contra illam tantum, sed etiam contra te; hoc ipso enim, quod contra illam, et contra te, quia in illa salus et vita tua est. Ac per hoc dum legem divinam deseris, salutem propriam derelinquis. Non aliter ergo nos de dominica lege querimur, quam queri de optimo medico impatiens aegrotus solet: qui cum ingravescere sibi morbos vitio suo fecerit, imperitiam medentis accusat. Quasi vero curare ullam infirmitatem praecepta possint, si eis non oboedierit infirmus, aut sanare quemquam observantia valeat, quam medicus ei
4 imperat, si eam sibi aegrotus ipse non praestat. Quid iuvant stomachum absinthia, si statim dulcia subsequantur? quid conferunt frenetico silentia circumstantium, quem suus clamor occidit? aut quid prodesse poterit antidotum, cui superfunditur venenum? Et nobis itaque lex est antidotum, sed vitiositas venenum. Sanare nos non potest legis antidotum, quos occidunt venena vitiorum. Sed iam de his et antea satis diximus et, si ita res postulaverit, etiam post haec iuvante domino aliqua dicemus.

5 II. Interim quia duo superius barbarorum genera vel sectas esse memoravimus, paganorum atque haereticorum: quia de paganis iam, ut arbitror, satis fecimus, de haereticis quoque, ut causa poscit, subiciamus. Potest enim quispiam dicere: etiamsi a paganis lex divina non exigat, ut mandata faciant, quae non sciunt, certe ab haereticis exigit, qui sciunt: eadem enim etiam illos legere, quae nos legimus, eosdem apud illos prophetas dei, eosdem apostolos, eosdem evangelistas esse, ac per hoc aut non minus ab illis legem neglegi quam a nobis, aut etiam multo magis, quia cum eadem legant scripta quae nostri, multo faciunt deteriora quam nostri. Utrumque ergo
6 videamus. Eadem, inquis, legunt illi, quae leguntur a nobis. Quomodo eadem, quae ab auctoribus quondam malis et male sunt interpolata et male tradita? ac per hoc iam non eadem, quia non possunt penitus dici ipsa, quae sunt in aliqua sui parte vitiata. Incolumitatem enim non habent, quae plenitudinem perdiderunt, nec statum suum omnino servant, quae sacramentorum virtute privata sunt. Nos ergo tantum scripturas sacras plenas, inviolatas, integras habemus, qui eas vel in fonte suo bibimus vel certe de purissimo fonte haustas per ministerium purae translationis haurimus:
7 nos tantummodo bene legimus. Atque utinam quam bene legimus, tam bene adimpleremus. Sed vereor, quod qui non bene observamus, nec bene lectitamus, quia minor reatus est sancta non legere quam lecta violare. Ceterae quippe nationes aut non habent legem dei aut debilem et convulneratam habent, ac per hoc, ut diximus, non habent, quae sic habent. Nam et si qui gentium barbararum sunt, qui in libris suis minus videantur scripturam sacram interpolatam habere vel dilaceratam, habent tamen veterum magistrorum traditione corruptam, ac per hoc traditionem potius quam scripturam habent, quia non hoc retinent, quod legis veritas suadet, sed quod pravi-
8 tas malae traditionis inseruit. Barbari quippe homines, Romanae, immo potius humanae eruditionis expertes, qui nihil omnino sciunt nisi quod a doctoribus suis audiunt,

---

1 tu *om.* *A* consulet *A 1 m.* 3 hoc ipso — contra te *om.* *p* 4 relinquis *p* 6 fecerit uitio suo *Tp* 7 ulla infirmitate *B* ei *T* 9 iuuant *A:* iuuat *BTp* absinthia *Baluzius:* abstinentia *ABTp* 10 phrenetico *p* quam suus *A*, quem statim suus *p* 13 quos] quod *T* 14 sic ita *T* res post.] repostulauerit *B* domino *A:* deo *BT et edd.* 18 non exit *T* ab *A corr. ex* ad 19 non exigit *T* nos *A corr. ex* non 20 dei *B s. l.* apostolos eosdem *B*, eosdem *om.* *T* 21 illos *A 1 m.* 22 multo *A:* multa *BT et edd.* 23 illi *AB: om.* *Tp* a nobis leguntur *p* 25 uitiata *om.* *T* 26 statim *A 1 m.* 27 sint *T* 30 non *p* tantomodo *A* impleremus *Tp* 31 lectitamus *ABT:* lectitemus *edd.* 33 et *A:* aut *BTp* ac — habent *om.* *B 1 m. suppletum in marg.* 35 delaceratam *A*, laceram *BTp*, laceratam *vulgo* 36 ueterem *A 1 m.* ueterorum *T* traditione *AB*, *ut divinavit Rittershusius:* traditionem *Tp* 37 non hoc *AB:* hoc non *T et edd.* legis ueritas *A:* ueritas legis *BT et edd.*

quod audiunt, hoc sequuntur, ac sic necesse est eos, qui totius litteraturae ac scientiae ignari sacramentum divinae legis doctrina magis quam lectione cognoscunt, doctrinam potius retinere quam legem. Itaque eis traditio magistrorum suorum et doctrina inveterata quasi lex est, quia hoc sciunt tantummodo quod docentur. Haeretici
5 ergo sunt, sed non scientes. Denique apud nos sunt haeretici, apud se non sunt; 9
nam in tantum se catholicos esse iudicant, ut nos ipsos titulo haereticae appellationis infament. Quod ergo illi nobis sunt, hoc nos illis. Nos eos iniuriam divinae generationi facere certi sumus, quod minorem patre filium dicant: illi nos iniuriosos patri existimant, quia aequales esse credamus. Veritas apud nos est, sed illi apud se esse
10 praesumunt. Honor dei apud nos est, sed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis esse,
quod credunt. Inofficiosi sunt, sed illis hoc est summum religionis officium: impii 10
sunt, sed hoc putant veram esse pietatem. Errant ergo, sed bono animo errant, non odio, sed affectu dei, honorare se dominum atque amare credentes. Quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam dei aestimant caritatem. Qualiter pro
15 hoc ipso falsae opinionis errore in die iudicii puniendi sint, nullus potest scire nisi
iudex. Interim idcirco eis, ut reor, patientiam deus commodat, quia videt eos etsi 11
non recte credere, affectu tamen piae opinionis errare, maxime cum sciat eos ea facere, quae nesciunt, nostros autem neglegere quod credunt, ac per hoc illos magistrorum peccare vitio, nostros suo, illos ignorantes, nostros scientes, illos id facere, quod
20 putent rectum, nostros quod sciant esse perversum. Et ideo iusto iudicio illos patientia dei sustinet, nos animadversione castigat, quia ignosci aliquatenus ignorantiae potest, contemptus veniam non meretur. Sic enim scriptum est: servus, qui nescit voluntatem domini sui, et non facit eam, vapulabit paucis: qui autem scit et non facit eam, vapulabit multis.

25 III. Non ergo miremur, quod multis caedimur, quia non inscientia, sed rebellione 12
peccamus. Scientes enim bona non bene agimus, et discretionem recti ac pravi intellegentes prava sectamur: legem legimus et legitima calcamus, et ad hoc tantum praeceptorum sacrorum scita cognoscimus, ut gravius post interdicta peccemus: deum colere nos dicimus et diabolo obtemperamus. Et post haec volumus, ut bona a deo 13
30 accipiamus, cum malis mala semper addamus: fieri voluntatem nostram a deo cupimus, cum dei nos facere nolimus. Quasi superiores nos deo agimus. Volumus ut voluntati nostrae deus iugiter pareat, cum omnes nos voluntati eius iugiter repugnemus. Sed ille iustus est, licet nos simus iniusti; castigat enim quos castigandos putat, patitur quos putat esse patiendos. Utrumque ad unam rem vult proficere, ut et
35 castigatio in catholicis peccandi refrenet libidinem, et quandoque haereticos patientia dei faciat plenam fidei noscere veritatem, maxime cum sciat eos forsitan catholica non indignos fide, quos videat catholicis vitae comparatione praestare. Omnes autem isti, 14

22) Luc. 12, 47 sq.

---

2 ignare *A 1 m.* 3 traditio eis *BTp* 4 quia *AB:* qui *Tp* 6 ipso *A rasura ex* ipsos 7 hoc nos *A:* et hoc nos *B*, hoc et nos *p*, et hec nos *T* generatione *A 1 m.* generationis *BT* 10 esse hoc quod *T* 11 est *om. T* 13 honorasse *T* deum *p* amasse *BT* 14 existimant *p*, extimant *T* 15 errorem *BT* in die — opinionis errare *om. A, sed suppleta sunt in marg. manu aequali* 19 illos (*post* suo) *om. A 1 m.* id *A et corr. B: om. B¹Tp* 21 dei sustinere *A*, substinet dei *T* nos *ABTp:* et nos *vulgo* non potest *T* 23 *et* 24 uapulauıt *A* 24 scit *A:* scıt eam *BT et edd.* eam *om. BTp* 25 qui *A rasura ex* quia 26 recte ac praue *A* 29 dicimus nos *p* 30 semper mala *p* 31 nolimus *p:* nolumus *ABT* nos superiores *BTp* deo essemus agimus *p* 32 uoluntate (*ante* nostrae) *A 1 m.* pugnemus *A 1 m.* 33 sumus *T* 35 hereticus *A 1 m.*

de quibus loquimur, aut Wandali sunt aut Gothi. Nam de Romanis haereticis, quorum innumera multitudo est, nihil dicimus, neque aut Romanis eos aut barbaris comparamus, quia et infidelitate Romanis sunt deteriores et foeditate vitae barbaris turpiores. Sed hoc nos non solum non iuvat, sed etiam supra id, quod a nobis ipsis gravamur, gravat, quia et ii, quos tales causamur esse, Romani sunt. Unde intellegere possumus, quid mereatur omnis Romana respublica, cum pars Romanorum offendat deum vita, pars et infidelitate pariter et vita, salvo eo, quod etiam ipsae quondam haereses barbarorum de Romani magisterii pravitate fluxerunt, ac perinde etiam hoc nostrum crimen est, quod populi barbarorum haeretici esse coeperunt.

15 IV. Porro autem quantum ad conversationem Gothorum aut Wandalorum pertinet, quid est in quo eis aut praeponere nos aut etiam comparare possimus? Ac primum ut de affectu et caritate dicam (quam praecipuam dominus docet esse virtutem et quam non solum per omnes scripturas sacras, sed etiam per se ipse commendat dicens: in hoc scietur, quod discipuli mei estis, si vos invicem diligatis) omnes se fere barbari, qui modo sunt unius gentis et regis, mutuo amant,
16 omnes paene Romani se mutuo persequuntur. Quis enim civis non invidet civi? quis plenam vicino exhibet caritatem? omnes quippe a se, etsi loco non absunt, affectu absunt, etsi habitatione iunguntur, mente disiuncti sunt. Atque utinam hoc, licet sit pessimum malum, utinam cives tantum atque vicini: illud est gravius, quod nec propinqui quidem propinquitatis iura conservant. Quis enim se proximis suis proximum reddit? quis solvit caritati, quod se agnoscit debere vel nomini? quis est hoc animo, quod vocatur? quis tam propinquus corde quam sanguine, in quo non luridus malivolentiae zelus ardet, cuius non sensum livor invasit, cui non prosperitas aliena supplicium est? quis non bonum alterius malum suum credit? cui ita sufficit felicitas sua, ut etiam alium velit esse felicem? Novum et inaestimabile nunc in plurimis ma-
17 lum est: parum alicui est, si ipse sit felix, nisi alter fuerit infelix. Iam vero illud quale, quam saevum, quam ex hac ipsa impietate descendens, quam alienum a barbaris, quam familiare Romanis, quod se invicem exactione proscribunt: immo non invicem; nam hoc tolerabilius ferme esset, si pateretur quisque, quod fecerat: illud est gravius, quod plurimi proscribuntur a paucis, quibus exactio publica peculiaris est praeda, qui fiscalis debiti titulos faciunt quaestus esse privatos, et hoc non summi
18 tantum, sed paene infimi, non iudices solum, sed etiam iudicibus obsequentes. Quae enim sunt non modo urbes, sed etiam municipia atque vici, ubi non quot curiales fuerint, tot tyranni sunt? Quamquam forte hoc nomine gratulentur, quia potens et honoratus esse videatur. Nam et latrones ferme omnes gaudent et gloriantur, si atrociores admodum quam sunt esse dicantur. Quis ergo, ut dixi, locus est, ubi non a

14) Joh. 13, 35.

---

3 turpiores — supra id quod *B in marg. habet* 4 haec — iuuant *Tp* 5 grauamen *T*, est grauamen *p* grauant *p* hii *AB*, hi *T* 6 quod *B* omnis *AB: om. Tp* 7 pariter uita *B* ipse (ipsa *corr.*) quondam heresis *A* 8 fluxer̃ *A 1 m. ut videtur*, fluxerit *A corr. m. 2* et *T* proinde *Rittershusius* 9 esse] etiam *T* 12 praecipue *T* 15 ferre *A 1 m.* qui] quod *A 1 m.* quo *A corr.* regies *A* (regi se *corr.*) 16 se *om. A 1 m.* persecuntur *B* quis (*post* ciui) *A:* quis enim *BTp* 21 caritate *A* cognoscit *Tp* nomine *A*, nomẽ *p* est hoc *A:* hoc est *BT et edd.* 22 quod] quo *p* luridus *AB, ut diuinavit Rittershusius:* liuidus *Tp* maleuolentiae *p* 23 cui *BTp:* cuius *A* 25 implurimis *A* 27 quam ex *AB:* ex *Tp* hac *B s. l.* 29 quisquis *T* est grauius *ABTp:* grauius est *vulgo* 30 scribuntur *A 1 m.* prescribuntur *T* 34 sunt *ABT:* sint *p, item A rasura* quanquam *A* gratulentur (*i. e.* gaudeant) *ABT:* sibi grat. *edd.* 35 honoratũ *A* uidetur *BTp*

principalibus civitatum viduarum et pupillorum viscera devorentur et cum his ferme sanctorum omnium? Nam et hos quasi viduas ac pupillos habent, quia tueri se aut pro studio professionis suae nolunt aut pro innocentia atque humilitate non possunt. Nemo itaque horum tutus est neque ulli admodum praeter summos a vastatione latro-
5 cinii populantis immunes, nisi qui ipsis latronibus pares. In hac condicione, immo in hoc scelus res devoluta est, ut nisi quis malus fuerit, salvus esse non possit.

V. Sed videlicet cum tot sint, qui bonos vastant, sunt fortasse aliqui, qui in hac 19
vastatione succurrant, qui, ut scriptum est, eripiant egenum et pauperem de manu peccatoris. Non est, qui faciat bonum, non est paene usque ad unum.
10 Ideo dixit 'paene usque ad unum', quia tanta est raritas bonorum, ut paene unus esse videatur. Quis enim vexatis atque laborantibus opem tribuat, cum improborum hominum violentiae etiam sacerdotes domini non resistant? Nam aut tacent plurimi 20
eorum aut similes sunt tacentibus, etiamsi loquantur, et hoc multi non inconstantia, sed consilio, ut putant, atque ratione. Exertam enim veritatem proferre nolunt, quia
15 eam aures improborum hominum sustinere non possunt, nec solum refugiunt, sed etiam oderunt et execrantur, et non modo auditam non reverentur aut metuunt, sed maiore etiam superbientis pervicaciae perduellione contemnunt. Et ideo tacent etiam, qui loqui possunt, dum ipsis interdum malis parcunt, nec volunt eis vim apertae promere veritatis, ne faciant eos ingesta acrius veritate peiores. Inter haec vastantur 21
20 pauperes, viduae gemunt, orfani proculcantur, in tantum ut multi eorum, et non obscuris natalibus editi et liberaliter instituti, ad hostes fugiant, ne persecutionis publicae adflictione moriantur, quaerentes scilicet apud barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non possunt. Et quamvis ab his, ad quos confugiunt, discrepent ritu, discrepent lingua, ipso etiam, ut ita dicam, cor-
25 porum atque induviarum barbaricarum foetore dissentiant, malunt tamen in barbaris pati cultum dissimilem quam in Romanis iniustitiam saevientem. Itaque passim vel 22
ad Gothos vel ad Bacaudas vel ad alios ubique dominantes barbaros migrant, et commigrasse non paenitet; malunt enim sub specie captivitatis vivere liberi quam sub specie libertatis esse captivi. Itaque nomen civium Romanorum, aliquando non solum
30 magno aestimatum, sed magno emptum, nunc ultro repudiatur ac fugitur, nec vile tantum, sed etiam abominabile paene habetur. Et quod esse maius testimonium Ro- 23
manae iniquitatis potest, quam quod plerique et honesti et nobiles et quibus Romanus status summo et splendori esse debuit et honori, ad hoc tamen Romanae iniquitatis crudelitate compulsi sunt, ut nolint esse Romani? Et hinc est, quod etiam hi, qui
35 ad barbaros non confugiunt, barbari tamen esse coguntur, scilicet ut est pars magna Hispanorum, et non minima Gallorum, omnes denique, quos per universum Romanum orbem fecit Romana iniquitas iam non esse Romanos.

9) Psal. 13, 3.

---

2 ac *AB:* et *Tp* 4 tutus horum *p* ullus *Tp* 5 immunis *BTp* qui *ABTp:* qui fuerint *A corr. m. recenti et vulgo* pares *A:* partes *B*, par est *Tp;* pares in hac conditione. immo *vulgo interpungitur fort.* in hanc condicionem 7 qui (*ante* in) *om. B*[1] 10 ideo — ad unum *om. T* dixit *A:* dixi *Bp* 11 uexatis adaborantibus *A* 13 loquatur *T* 14 exhertam *A ante rasuram,* exortam *T* 16 oderunt *AB:* odiunt *Tp* 17 superbientes peruigatiae *A* perduellionem *BT* 18 malis *A:* male *BTp* uim *om. T in lacuna* aperte *B*, aperte *AT* 19 iniesta *A 1 m.* 20 orphani *p* 21 fugiunt *B 1 m.* 24 discrepent ritu *om. A* 25 induriarum *A 1 m.* 27 bacaudas *A:* Abagaudas *B*, abagandas *T*, Baogandas *p et sic deinceps, nisi quod T in seqq. paulo rectius formam* bagandas *etc. habet* 28 cūmigrasse *A 1 m., sed* cū *m. 2 punctatum* (*cf.* cummendentur *p.* 61, 7), migrasse *B* maluit *A 1 m.* 32 et nobiles *AB: om. Tp* 33 splendore *A* 34 nolent *A 1 m.* et *A:* etiam *BT, om. p* etiam quod *p* hii *B* 36 et non *om. p*

24 VI. De Bacaudis nunc mihi sermo est, qui per malos iudices et cruentos spoliati, afflicti, necati, postquam ius Romanae libertatis amiserant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt. Et imputatur his infelicitas sua, imputamus his nomen calamitatis suae, imputamus nomen, quod ipsi fecimus: vocamus rebelles, vocamus per-
25 ditos, quos esse compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus Bacaudae facti sunt nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatibus iudicum, nisi eorum proscriptionibus et rapinis, qui exactionis publicae nomen in quaestus proprii emolumenta verterunt et indictiones tributarias praedas suas esse fecerunt? qui in similitudinem immanium bestiarum non rexerunt traditos sibi, sed devorarunt, nec spoliis tantum hominum, ut plerique latrones solent, sed laceratione et iam, ut ita dicam, sanguine pascebantur.
26 Ac sic actum est, ut latrociniis iudicum strangulati homines et necati inciperent esse quasi barbari, quia non permittebantur esse Romani. Adquieverunt enim esse quod non erant, quia non permittebantur esse quod fuerant, coactique sunt vitam saltim defendere, quia se iam libertatem videbant penitus perdidisse. Aut quid aliud etiam nunc agitur, quam tunc actum est, id est, ut qui adhuc Bacaudae non sunt, esse cogantur? Quantum enim ad vim atque iniurias pertinet, compelluntur ut velint esse, sed imbecillitate impediuntur ut non sint. Sic sunt ergo quasi captivi iugo hostium pressi: tolerant supplicium necessitate, non voto; animo desiderant libertatem, sed summam sustinent servitutem.

27 VII. Ita ergo et cum omnibus ferme humilioribus agitur: una enim re ad duas diversissimas coartantur. Vis summa exigit, ut adspirare in libertatem velint, sed eadem vis posse non sinit, quae velle compellit. Sed imputari his potest forsitan, quod hoc velint homines, qui nihil magis cuperent, quam ne cogerentur hoc velle; summa enim infelicitas est quod volunt. Nam cum his multo melius agebatur, si non
28 compellerentur hoc velle. Sed quid possunt aliud velle miseri, qui adsiduum, immo continuum exactionis publicae patiuntur excidium, quibus imminet semper gravis et indefessa proscriptio, qui domus suas deserunt, ne in ipsis domibus torqueantur, exilia petunt, ne supplicia sustineant? Leniores his hostes quam exactores sunt. Et res ipsa hoc indicat: ad hostes fugiunt, ut vim exactionis evadant. Et quidem ipsum hoc, quamvis durum et inhumanum, minus tamen grave atque acerbum erat, si omnes aequaliter atque in commune tolerarent. Illud indignius ac poenalius, quod omnium onus non omnes sustinent, immo quod pauperculos homines tributa divitum premunt, et infirmiores ferunt sarcinas fortiorum. Nec alia causa est, quod sustinere non pos-
29 sunt, nisi quia maior est miserorum sarcina quam facultas. Res diversissimas dissimillimasque patiuntur, invidiam et egestatem. Invidia enim est in solutione, egestas in facultate. Si respicias quod dependunt, abundare arbitreris: si respicias quod ha-

---

1 bacgaudis *B*, *etiam infra* bacgaudae cruentis *A 1 m.* 2 afflicti *om. A 1 m.* 3 perdiderant *p* 4 fecimus *ABTp:* fecimus. Et *vulgo* 7 exactiones *A 1 m.* uerterant *p* 8 tributaritas *B* esse *A, item B, sed s. l.:* etiam *Tp* 9 deuorarent *A 1 m.* deuorauerunt *T* nec] ne dum *p* tantum *om. p* 10 et iam] etiam *A*, etiam et *BTp* 11 ac si *T* iudicium *BT* homines *B s. l.* 13 *verba* quod fuerant coactique sunt *A habet ante* quod non erant uitam saltim *A:* saltem (saltim *B*) uitam *BTp* 14 iam se *BT*, se *om. p* 15 coguntur *BT*, agantur *A* 16 compelluntur et uolunt *T* 20 ferme] sermo *T* 21 in *ABT:* ad *edd.* 22 sinet *A 1 m.* imputare *A* potest *AB:* posset *Tp* 23 hoc quod *T* quam *p: om. ABT* 24 multo cum his *BTp* 25 uelle (*ante* miseri) *A:* fieri *BTp* 27 domus *BT:* domos *Ap, sed A* os *corr. m. 2* 28 leuiores *p, item A ut videtur* 29 indicant *A 1 m.* ut *A corr. ex* et exactiones *A 1 m.* ipsum hoc *A:* hoc ipsum *BT et edd.* 30 graue tamen *Tp* 31 indigniusq. et p. *T* paenalius *A* omnium onus] omnia *p* 32 sustineant *Tp* premant *Tp* 33 fortiorum *AB:* fortium *Tp* 34 sarcinam *B* dissimilissimasque *A haud scio an recte* 35 enim est *A:* est enim *BT et edd.* 36 defendunt *BTp*, dependunt — respicias quod *om. A in extrema pagina, supplevit manus 2, sed admodum antiqua* (*lectionem* dependunt *coniectura assecutus est Rittershusius*)

bent, egere reperies. Quis aestimare rem huius iniquitatis potest? solutionem sustinent divitum et indigentiam mendicorum. Plus multo est, quod dicturus sum. Adiectiones tributarias ipsi interdum divites faciunt, pro quibus pauperes solvunt. Sed 30
dicis: cum ipsorum maximus census sit et ipsorum maximae pensiones, quomodo fieri id potest, ut ipsi sibi augere debitum velint? Neque ego id dico, quod sibi augeant; nam et ideo augent, quia non sibi augent. Dicam quomodo. Veniunt plerumque novi nuntii, novi epistolarii a summis sublimitatibus missi, qui commendantur inlustribus paucis ad exitia plurimorum. Decernuntur his nova munera, decernuntur novae indictiones. Decernunt potentes quod solvant pauperes, decernit gratia divitum quod pendat turba miserorum; ipsi enim in nullo sentiunt, quod decernunt. Sed non 31
possunt, inquis, non honorari et liberalius accipi, qui fuerint a maioribus missi. Estote ergo, divites, primi in conferendo, qui estis primi in decernendo: estote primi in largitate rerum, qui primi estis in liberalitate verborum. Qui das de meo, da et de tuo. Tametsi rectissime, quisquis ille es, qui solus capere vis gratiam, solus patereris expensam. Sed acquiescimus pauperes vestrae, divites, voluntati. Quod pauci iubetis, solvamus omnes: quid tam iustum, quid tam humanum? Gravant nos novis debitis decreta vestra: facite saltim debitum ipsum vobis nobiscum esse commune. Quid enim iniquius esse aut quid indignius potest, quam ut soli sitis immunes a debito, qui cunctos facitis debitores? Et quidem miserrimi pauperes sic totum hoc, quod di- 32
ximus, solvunt, quod qua re vel qua ratione solvant, penitus ignorant. Cui enim licet discutere cur solvat, aut cui permittitur explorare quid debeat? Sed tunc id evidentissime proditur, cum invicem sibi divites irascuntur, cum indignantur aliqui eorum, quod sine consilio ac tractatu suo aliqua decreta sint. Tunc a quibusdam eorum 33
audias dici: o facinus indignum! duo aut tres statuunt, quod multos necet, a paucis potentibus decernitur, quod a multis miseris dependatur. Honori enim suo unusquisque divitum praestat, ut nolit aliquid se absente decerni, non iustitiae, ut iniqua nolit se praesente constitui. Denique quod in aliis reprehenderent, ipsi postea aut pro contemptus praeteriti ultione aut pro potestatis praesumptione constituunt. Ac per hoc infelicissimi pauperes sic sunt quasi inter concertantes procellas in medio mari positi: nunc istorum scilicet, nunc illorum fluctibus obruuntur.

VIII. Sed videlicet qui in hac parte iniqui sunt, in alia moderati inveniuntur et 34
iusti, ac pravitatem unius rei alterius probitate conpensant. Nam sicut in onere novarum indictionum pauperes gravant, ita in novorum remediorum opitulatione sustentant: sicut tributis novis minores maxime deprimuntur, sic remediis novis maxime sublevantur. Immo par est iniquitas in utroque. Nam sicut sunt in adgravatione pauperes primi, ita in relevatione postremi. Si quando enim, ut nuper factum est, con- 35
sulendum defectis urbibus aut minuendas in aliquo tributarias functiones potestates

---

1 repperies *ABT* existimare *p*, ex *cum lacuna T* rem] uim *Rittershusius* sustinunt *B* 2 indigentia *BT* 4 dicas *p* fieri id *A:* id fieri *BT et edd.* 5 ipse *B* augeri *Tp* uellent *A 1 m.* 7 nouarum epistolarum *p* cummendantur *A* 10 pendat *Rittershusius:* perdat *ABTp* 11 inquis] in quibus *T* 12 diuites *A·* uos diuites *BT et edd.* estis *A corr. ex* etes 14 capere uis *AB:* uis capere *T et edd.* patereris *BTp:* pateris *A* 15 uoluntate *A·1 m.* 16 omnes *om. A 1 m.* 17 uobis *AB: om. Tp* 18 aut quid *A:* quid *om. BTp* 19 quidam *B corr. ex* quidem 20 soluunt paenitus *A 1 m.* 21 soluatur *Tp* quid *AB:* quod *Tp* 24 nocet *T* 25 suo *Ap:* quisque suo *BT* unusquisque *om. T* 26 absentē *A* iniustitiae *T* 27 presentē *A* reprehenderent *A:* reprehenderunt *B*, reprehendunt *Tp*, reprehenderant *A corr. manu admodum recenti et vulgo* 28 praesumptionis *A 1 m.* 31 modo rati *A 1 m.* 32 hac prauitate *A* 33 indictionem *A 1 m.* 34 minoris m. depremuntur *A 1 m.* 35 primi pauperes *BTp* 36 releuitatione *A* consulendum *A: om. BTp et edd.* 37 aut *ABT: om. edd.* minuendas *A corr. m. 1 B:* minuendis A^1T, imminuendas *p* potentes summe existimauerunt *p*

summae existimaverint, ilico remedium cunctis datum soli inter se divites partiuntur. Quis tunc pauperum meminit? quis ad communionem beneficii humiles et egestuosos vocat? quis eum, qui primus est semper in sarcina, vel ultimo esse loco patitur in medela? Et quid plura? Tributarii omnino pauperes non putantur, nisi cum iis tributi cumulus imponitur: extra numerum autem tributariorum sunt, cum remedia divi-
36 duntur. Et putamus, quod poena divinae severitatis indigni simus, cum sic nos semper pauperes puniamus, aut credimus, cum iniqui nos iugiter simus, quod deus iustus in nos omnino esse non debeat? Ubi enim aut in quibus sunt nisi in Romanis tantum haec mala? quorum iniustitia tanta nisi nostra? Franci enim hoc scelus nesciunt: Chuni ab his sceleribus immunes sunt: nihil horum est apud Wandalos, nihil horum apud Gothos. Tam longe enim est, ut haec inter Gothos barbari tolerent, ut ne Ro-
37 mani quidem, qui inter eos vivunt, ista patiantur. Itaque unum illic Romanorum omnium votum est, ne umquam eos necesse sit in ius transire Romanum. Una et consentiens illic Romanae plebis oratio, ut liceat eis vitam, quam agunt, agere cum barbaris. Et miramur, si non vincuntur a nostris partibus Gothi, cum malint apud hos esse quam apud nos Romani. Itaque non solum transfugere ab eis ad nos fratres
38 nostri omnino nolunt, sed ut ad eos confugiant, nos relinquunt. Et quidem mirari possim, quod hoc non omnes omnino facerent tributarii pauperes et egestuosi, nisi quod una tantum causa est, qua non faciunt, quia transferre illuc resculas atque habitatiunculas suas familiasque non possunt. Nam cum plerique eorum agellos ac tabernacula sua deserant, ut vim exactionis evadant, quomodo non quae compelluntur deserere vellent, sed secum, si possibilitas pateretur, auferrent? Ergo quia hoc non valent, quod forte mallent, faciunt quod unum valent. Tradunt se ad tuendum protegendumque maioribus, dediticios se divitum faciunt et quasi in ius eorum dicionem-
39 que trascendunt. Nec tamen grave hoc aut indignum arbitrarer, immo potius gratularer hanc potentum magnitudinem, quibus se pauperes dedunt, si patrocinia ista non venderent, si quod se dicunt humiles defensare, humanitati tribuerent, non cupiditati. Illud grave ac peracerbum est, quod hac lege tueri pauperes videntur, ut spolient, hac lege defendunt miseros, ut miseriores faciant defendendo. Omnes enim hi, qui defendi videntur, defensoribus suis omnem fere substantiam suam prius quam defendantur addicunt, ac sic, ut patres habeant defensionem, perdunt filii hereditatem. Tuitio
40 parentum mendicitate pignorum comparatur. Ecce quae sunt auxilia ac patrocinia maiorum: nihil susceptis tribuunt, sed sibi. Hoc enim pacto aliquid parentibus temporarie attribuitur, ut in futuro totum filiis auferatur. Vendunt itaque, et quidem gravissimo pretio vendunt maiores quidam cuncta, quae praestant. Et quod dixi vendunt, utinam venderent usitato more atque communi: aliquid forsitan remaneret emptoribus.

---

1 ilico *Tp* 2 quid ad *T* 3 ultima *A 1 m.* 6 indignissimos *A 1 m.* indignissimus *T*, indigni sumus *Bp et vulgo, at v. statim post:* credimus . . quod deus . . debeat? 7 sumus *T* 8 debeat *ABT:* debet *p* 9 tanta *A:* tantum *BTp* uestra *p* 10 Huni *B*, Hunni *p*, Hunni enim *T* 13 romanum *ABTp:* Romanorum *vulgo* 15 uincuntur *A* · uincantur *BTp* hos esse eos *A* (*sed* eos *vetere m. punct.*), eos esse *BTp et vulgo* (apud eos *B s. l.*) 16 nos (*ante* Romani) *om. A* romanos *A m. 2 corr. ex* romani (apud nos? Romani itaque *B*) transfugire *A 1 m.* 17 uolunt *T* confugiunt *A* 18 omnis *T* faciunt *p* 19 causa tantum *BT* qua *BTp:* quē *A*, quare *A corr. m. recenti et vulgo* quia *A corr. ex* quae, quae *B* reculas *p* 21 exactiones *A 1 m.* 22 hec *T* 23 ad *om. A* 24 et dedititios *p* 25 transcendunt *BTp* hoc *AB:* hoc esse *p*, hoc est *T* 26 hac (hanc *corr. m. 2*) p. magnitudinē *A*, *fort.* hac p. magnitudine, *cum* gratularer *idem sit quod* gauderem *cf. p.* 58, 34 potentium *B* 27 humanitate tribuerint *A 1 m.* 28 quod in hac *T* legit ueri *A 1 m.* 29 hii *B* 31 abdicunt *T* 33 enim] etiam *p* a parentibus *p* 34 itaque *A:* utique *BTp* 35 quid d. uendunt? *p* 36 commune *A* remanere temporibus *A 1 m.*

Novum quippe hoc genus venditionis et emptionis est. Venditor nihil tradit et totum 41
accipit: emptor nihil accipit et totum penitus amittit. Cumque omnis ferme contractus
hoc in se habeat, ut invidia penes emptorem, inopia penes venditorem esse videatur,
quia emptor ad hoc emit, ut substantiam suam augeat, venditor ad hoc vendit, ut
5 minuat, inauditum hoc commercii genus est: venditoribus crescit facultas, emptoribus
nihil remanet nisi sola mendicitas. Nam illud quale, quam non ferendum atque mon- 42
striferum, et quod non dicam pati humanae mentes, sed quod audire vix possint, quod
plerique pauperculorum atque miserorum spoliati resculis suis et exterminati agellis
suis, cum rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur; cum possessio ab
10 his recesserit, capitatio non recedit: proprietatibus carent et vectigalibus obruuntur.
Quis aestimare hoc malum possit? Rebus eorum incubant pervasores et tributa miseri 43
pro pervasoribus solvunt. Post mortem patris nati obsequiis iuris sui agellos non ha-
bent et agrorum muniis enecantur. Ac per hoc quid aliud sceleribus tantis agitur,
nisi ut qui privata pervasione nudati sunt, publica adflictione moriantur, et quibus
15 rem depraedatio tulit, vitam tollat exactio? Itaque nonnulli eorum, de quibus loqui-
mur, qui aut consultiores sunt aut quos consultos necessitas fecit, cum domicilia atque
agellos suos aut pervasionibus perdunt aut fugati ab exactoribus deserunt, quia tenere
non possunt, fundos maiorum expetunt et coloni divitum fiunt. Ac sicut solent aut 44
hi, qui hostium terrore compulsi ad castella se conferunt, aut hi, qui perdito ingenuae
20 incolumitatis statu ad asylum aliquod desperatione confugiunt, ita et isti, quia tueri
amplius vel sedem vel dignitatem suorum natalium non queunt, iugo se inquilinae
abiectionis addicunt, in hanc necessitatem redacti ut extorres non facultatis tantum,
sed etiam condicionis suae atque exulantes non a rebus tantum suis, sed etiam a se
ipsis ac perdentes secum omnia sua, et rerum proprietate careant et ius libertatis
25 amittant.

IX. Et quidem, quia ita infelix necessitas cogit, ferenda utcumque erat extrema 45
haec sors eorum, si non esset aliquid extremius. Illud gravius et acerbius, quod ad-
ditur huic malo saevius malum. Nam suscipiuntur ut advenae, fiunt praeiudicio ha-
bitationis indigenae, et exemplo quondam illius maleficae praepotentis, quae transferre
30 homines in bestias dicebatur, ita et isti omnes, qui intra fundos divitum recipiuntur,
quasi Circaei poculi transfiguratione mutantur. Nam quos suscipiunt ut extraneos et
alienos, incipiunt habere quasi proprios: quos esse constat ingenuos, vertuntur in ser-
vos. Et miramur, si nos barbari capiunt, cum fratres nostros faciamus esse cap- 46
tivos? Nil ergo mirum est, quod vastationes sunt atque excidia civitatum. Diu id

---

2 paenitus *A* ferme omnis *Tp* 4 emit ad hoc *BTp* 6 atque monstr. *om. p* monstriferum *scripsi:* monstrirerum *A*, monstri rerum *T*, monstrireum *B*, monstrigerum *A corr. manu recenti et vulgo; nota est frequens confusio* f *et* r *litterarum* 7 sed qua (quae *corr.*) *A* possint *AB:* possunt *T et edd.* 8 reculis *p* 9 petuntur *p* 10 proprietatibus non carent *B* 11 incombant *T*, incumbunt *p* inuasores *B* 12 post . . obseq. iuris *om. B 1 m.* obsequii* *A* iuris sui *A* · iuris posthumi iuris sui *BTp* 13 et ad agrorum *p* muniis *A* (*distincte*): munus *BTp*, munere *vulgo* onerarentur *T* quid *BTp: om. A*, nil *A s. l. m. 2 et vulgo* 15 depraecatio *A 1 m. fort.* tollit (*i. e.* sustulit) *v. ad p.* 50, 29; *cf. tamen Ind. III s. v.* tulit 16 quorum consultus *A* 17 suis aut peruasoribus *p* 18 fundus *A 1 m.* maiorum] uiarum *p* ac *A:* aut *BTp* aut *om. p* 19 hii *B*, *item infra* hi (*post* aut) *om. p* qui *om. A* ingenuo *A 1 m.* 20 ita *A*, *sed* it *m. 2 in rasura* istae (isti *corr.*) *A* quia tueri *scripsi:* qui harueri *A*, qui habere *BT et edd.* 22 abdicunt *T* in hac necessitate *A* redacti sunt ut *B* exactores *p* facultates . . conditiones *A 1 m.* 24 sua *om. T* 26 quidam *A 1 m.* qui *A 1 m. T* utrunque *T* 27 haec *A: om. BTp* aditur *A 1 m.* abditur *T* 28 seruilius *p* ut *om. p* 29 indiginae *A 1 m.* et *om. p* quondam *ABT:* quodam *edd.* potentis *p* 31 circaei *A:* circei *BTp* 32 quos *Ap:* quod *BT* uertunt *p* 33 faciamus *A*. nos faciamus *BTp* 34 quod] tot *p* sunt *om. p*

plurimorum oppressione elaboravimus, ut captivando alios etiam ipsi inciperemus esse captivi. Sentimus enim, etsi tardius multo quam merebamur, sentimus tandem illa, quae fecimus, et iuxta sermonem sacrum labores manuum nostrarum manducamus ac
47 iusto iudice deo solvimus quae debemus. Miserti quippe exulum non sumus, ecce ipsi exules sumus: peregrinos fraude cepimus, ecce ipsi peregrinamur atque fraudamur: praeiudiciis temporum ingenui status homines circumvenimus, ecce ipsi nuper quidem in alieno solo vivere coepimus, sed praeiudicia iam timemus. Et o quanta est infidelis malarum mentium caecitas! damnationem perferimus iudicantis dei et
48 necdum nos agnoscimus iudicari. Et mirantur sanctorum aliqui, quod exemplo nostro ceteri non emendentur. Nihil adhuc tale tolerarunt, cum tormentis nostrarum iniquitatum ne ipsi quidem, qui iam a deo plectimur, corrigamur. O superbiam non ferendam! Plurimi poenas peccatorum suorum perferunt, et intellegere causas poenarum
49 nemo dignatur. Sed est causa evidens, quae hanc superbiam facit, scilicet quia etsi aliqua iam patimur, nondum tamen patimur quae meremur. Tanta est enim misericordia dei, ut, etsi nos pati vult aliqua de piaculis nostris, nolit tamen cuncta tolerare: quia castigat malos, non reddit mala, et agnoscere nos peccata nostra vult quam sustinere, scilicet ut piis ac salubribus flagellis ostendat nobis quae ferre mereamur, sed tamen non inferat quae meremur, iuxta illud scilicet beati apostoli dictum, quo ait: ignoras quoniam bonitas dei ad paenitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in
50 die irae. Et vere ita agimus, ut dicit apostolus. Deus enim nos vocat ad paenitentiam, sed nos thesaurizamus iram: deus nos invitat ad veniam, sed nos cotidie cumulamus offensam. Vim deo facimus iniquitatibus nostris, ipsi in nos iram divinitatis armamus: cogimus ad ulciscendas criminum nostrorum immanitates nolentem deum, prope est ut eum non permittamus ut parcat. Nam cum in eum nullum umquam iniustitiae signum cadere aut apparere possit, sic agimus, ut si enormitates nostrorum scelerum non ulciscitur, iniustus esse videatur.

51 X. Sed videlicet peccator fuit aliquando aliquis, fortasse iam non est, aut est ullus criminum modus et non prius est ut de vita homines quam de iniquitate discedant. Quis enim non cum ipsis iniquitatibus suis moritur et cum ipsis admodum atque in ipsis sceleribus sepelitur? ut vere de his propheticum illud rectissime dici possit: sepulchra eorum domus eorum in aeternum, et comparati sunt iumentis insipientibus et similes facti sunt illis. Atque utinam iumentis! melius quippe fuerat beluina imprudentia deviasse. Illud peius et criminosius, quia
52 non ignorantia dei, sed despectione peccarunt. Atque hoc videlicet laici tantummodo, non quidam etiam clericorum, saeculares tantummodo, non multi etiam religiosi, immo sub specie religionis vitiis saecularibus mancipati: qui scilicet post veterum flagitiorum probra et crimina titulo sibimet sanctitatis inscripto non conversatione alii, sed

32) Psal. 48, 12

---

2 tamen *p* 5 coepimus *A* atque fraudamur *AB: om. Tp* 6 ingenuii *A* hominis *A 1 m.* 8 inf. malarum] infidelissimarum *p* 9 iudicare *A 1 m.* sanct. aliqui *A:* aliqui sanct. *BT et edd.* 10 Nihil *A:* qui nihil *BT et edd.* 11 ne *ABT* nec *p et vulgo* 14 iam patiamur *p* quae] qualia *p* 15 uult pati *Tp* 16 redit *T* et *om. p* uult *A:* mauult *BTp, cf 4, 10* 17 ut et piis *p* 19 abducit *T* 20 duritiam *ABTp:* duritiem *vulgo* autem *A: om. BTp* (autem *item Vulgata habet*) cor inpenitens *A*, inpoenitens (impenites *T*) cor *BTp* 21 apostolus dicit *BT* uocat nos *Tp* 25 eum (*ante* non) *om. T* 28 aut *ABTp:* an *Rittershusius, coniectura non opus esse videtur in sententia ironica* 31 proph. illud de his *Tp* 32 sepulcra *T* 33 facti *A: om. BTp* 35 dispectione *A 1 m.* 36 religiosae *A 1 m.* 37 mancipat *T* 38 proba *A 1 m.* probrosa (*sine* et) *p* sanctitatis sibimet *BTp* alis *A ante rasuram T*

professione nomen tantum demutavere, non vitam, et summam divini cultus habitum magis quam actum existimantes, vestem tantummodo exuere, non mentem. Unde illi 53
se minore invidia criminosos putant, qui cum paenitentiam quasi egisse dicantur, sicut mores pristinos, ita etiam habitum non relinquunt. Nam taliter ferme omnia agunt,
5 ut eos non tam putes antea paenitentiam criminum egisse quam postea ipsius paenitentiae paenitere, nec tam prius paenituisse, quod male vixerint, quam postea, quod se promiserint bene esse victuros. Sciunt me verum loqui et testimonium mihi etiam conscientia sua dicunt, cum multi alii, tum praecipue illi novorum honorum religiosi ambitores et post acceptum paenitentiae nomen amplissimae ac prius non habitae po-
10 testatis emptores. Adeo non saeculares tantum, sed plus etiam quam saeculares esse 54
voluerunt, ut non sufficeret eis quod ante fuerant, nisi plus essent postea quam fuissent. Quomodo igitur tales isti paenitentiam se egisse non paenitent, sicut etiam illi de conversione ac deo aliquid cogitasse, qui a coniugibus propriis abstinentes a rerum alienarum pervasione non abstinent, et cum profiteantur continentiam corporum,
15 incontinentia debacchantur animorum. Novum prorsus conversionis genus. Licita non 55
faciunt et inlicita committunt: temperant a concubitu et non temperant a rapina. Quid agis, stulta persuasio? Peccata interdixit deus, non matrimonia. Non conveniunt vestris studiis facta vestra: non debetis esse amici criminum, qui dicitis vos adfectatores esse virtutum. Praeposterum est quod agitis: non est hoc conversio, sed aver-
20 sio. Qui iam pridem, ut fama est, opus etiam honesti matrimonii reliquistis, tandem a scelere cessate. Et quidem iustum est ut ab omni scelere, sed tamen, si non ab omni, quia hoc fortasse durum et impossibile esse creditis, certe vel a maximo et prodigioso. Esto iuxta te, quicumque ille es, vicini stare non valeant, esto pauperes 56
habitare non possint, esto sis persecutor multorum inopum vastatorque miserorum, esto
25 adflictor omnium, dummodo extraneorum: tandem, quaeso, vel tuis parce, et si non omnibus tuis, quia etiam hoc forsitan onerosum tibi et grave iudicas, si tuis omnibus parcas, parce saltim vel illis tuis, qui te non affinibus tantum aliis aut propinquis, sed personis etiam devinctissimis et pignoribus carissimis praetulerunt. Et quid dicam pignoribus ac filiis? praetulerunt te etiam animabus paene ac spebus suis, non
30 quidem laudabiliter, et errorem suum, qui ita egit, ipse cognoscit. Sed quid ad te tamen, cui hoc ipsum praestitit, quod erravit? Hoc enim plus ei debes, quia dilectionis tuae nimietate peccavit. Caecus quidem factus est affectu tuo et notatur a cunctis atque reprehenditur: sed tamen tu hoc magis ei obnoxius factus es, quia se ab omnibus fecit pro tuo amore culpari.

35 XI. Quid ergo simile apud barbaros Gothos? quis eorum amantibus nocet, quis 57
diligentem insequitur, quis cari sui mucrone iugulatur? Tu amantes persequeris, tu

---

1 professionis *T* denotauere *BT* summam *Bp:* sumā *A 1 m.* summum *T*, sumant *A corr. m. 2, ut perperam edidit Baluzius in ed. I.* 5 poenitencia *B* 6 quam male *T* 7 esse *om. p* 8 cum *B s. l.* tum] cum *T* bonorum *BT* 9 potestates *A 1 m.* 11 quam postea *T*, postea *om. p* 12 istos — poenitet *p* illos *p* 13 coniug. suis propriis *T* 14 se non abstinuerunt *p* 15 incontinentia *AB:* in (*om. T*) incontinentiam *Tp* debacchabantur *A 1 m.* prorsus *AB:* prorsus est *Tp* 16 et (*ante* inlicita) *om. p* 17 peruasio *T* 18 nostris — nostra *T* uos *om. T* adfectatores *A:* affectatores *B*, effectores *Tp*, sectatores *vulgo* 19 hoc *A: om. BTp* 20 qui *Ap:* quia *BT et vulgo* 21 a *om. A 1 m. BT* 22 a *om. BTp* 23 uicini stare] boni manere *p* 24 inhabitare *BT* sis] si *BT* inopium *T* esto sis *p* 26 onerosus *A 1 m.* si *om. A 1 m.* tuis omnibus *A:* omnibus tuis *BTp* 27 afinibus *A 1 m.* aut aliis *p*, aliis ut *T* 28 etiam clementissimis *p* praetulerunt . . pignoribus *B s. l.* 29 pignoribus *ABTp:* de pignoribus *ed. Baluz.* spebus *p et corr. A:* specibus *A 1 m.* speciebus *BT* 30 quid a te *A 1 m.* 31 tamen] tum *T* hoc ipsum *A:* ipsum hoc *BT et edd.* 32 est *A corr. ex* es 33 tu tamen *Tp* 34 amare *A 1 m.*

offerentibus munera manus amputas, tu diligentes proximos necas: et non metuis, non expavescis? Quid faceres, si iudicium dei praesens non etiam proxima flagellatione sensisses? Addis insuper et adiungis malis prioribus nova crimina. Considera, quae te maneant graviora facientem, cum minora soleant etiam per daemones vindicari.
58 Contentus esto iam, quaesumus, amicorum tuorum et sodalium latrociniis, sufficiat vexatos fuisse pauperes, sufficiat spoliatos a te fuisse mendicos: paene nullus iuxta te intrepidus, nullus potest esse securus. Facilius praecipitati Alpina rupe torrentes aut incendia ventis exagitata tolerantur. Non sic pereuntes, ut ita dixerim, nautae
59 Charybdis voracitate aut Scyllaeis, ut aiunt, canibus devorantur. Exturbas possessiunculis suis vicinos tuos, habitatione ac facultate proximos tuos. Numquid, ut scriptum est, super terram solus habitabis? hoc unum quippe est, quod obtinere non poteris. Quamlibet enim cuncta occupes, quamlibet cuncta pervadas, vicinum semper invenies. Respice quaeso alios, quos velis nolis, et ipse suspicis: respice alios, quos velis nolis, etiam ipse miraris. Altiores sunt ceteris dignitate et aequales dignatione, maiores sunt potestate et minores humilitate. Scis profecto etiam ipse, ad quem nunc loquimur, de quo loquamur, et idem, de quo nunc querimur, debes agnoscere, quem hac
60 laude veneremur. Atque utinam multi essent, qui laudarentur: salubritas esset omnium generositas plurimorum. Sed esto tu nolis esse laudabilis: cur velis, quaeso, esse damnabilis? cur tibi iniustitia nil amicius, cur avaritia nil iucundius, cur rapacitate nil carius? cur nil iudicas pretiosius quam nequitiam, cur nil praestantius quam rapinam? Disce vel a pagano homine verum bonum: caritate enim, inquit, et benivolentia saeptum oportet esse, non armis. Fallunt te itaque opiniones tuae, fallit pravae et caecae mentis improbitas. Si vis probus, si vis potens, si vis
61 magnus esse, honestate debes ceteros, non malignitate superare. Legi quondam in quodam loco: nemo malus nisi stultus: si enim saperet, bonus esse mallet. Et tu ergo, si tamen redire adhuc ad sanitatem potes, exue nequitiam, si vis habere sapientiam. Si enim optas vel sapiens omnino esse vel sanus, exuendus tibi omnino et commutandus es. Abdicare itaque a te ipso, ne abdiceris a Christo: repudia te, ut recipiaris a Christo: perde te ipse, ne pereas. Qui enim, inquit salvator, perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Dilige itaque hanc tam salubrem perditionem, ut adsequaris veram salutem. Liberandus enim a deo ipso omnino non eris, nisi te ipse damnaveris.

10) Isa. 5. 21) Plin. Paneg. c. 49. 29) Luc. 9, 24.

---

1 et *A: om. BTp* 2 quid] qui id *A corr. m. 2* feceris *A* non *ABT:* in *p*, nec *A s. l. m. 2* etiam *AB: om. Tp* 3 addes — adiunges *A 1 m.* 4 uindicare *A* 5 contemptus *B* esto iam *A corr. ex* est uiam et *A et Rittershusius: om. BTp* 6 iuxta te nullus *BTp* 7 ex alpina *p* 8 agitata *Tp* 9 scylleis *ABTp* 11 super terram solus super terram habitabis (habitacionis *1 m.*) *B* 12 qualibet *T utroque loco* cuncta occupes quaml. *om. p* 13 respice quaeso — suscipis *om. A* 14 et aequales — potestate *om. p* 15 profectu *A 1 m.* nunc *om. B 1 m.* loquimur (loquitur *1 m.*) hunc de *B* 17 ueneremur *AB:* ueneramur *Tp* utinam *B s. l.* 18 nobilis esse *A 1 m.* nobis ille sit *p* uelis] tu uis *p* esse quaeso *Tp* 19 tibi iniustitia] inimicitia *p* nihil amicius *A.* iocundius *ABTp* 21 uerum *A:* uirum *BTp* beneuolentia *p* 22 septum *ABp*, sceptum *T*, septum te *A corr. 2 m.* 23 si uis improbitas. si uis impotens *A 1 m. B* 26 malit *A 1 m.* si red. tamen *p*, tamen si r. *BT* exue — uis *in A evanuerunt, item* tibi *v.* 28, eam *v.* 30 27 exuenddum *B* 28 *fort.* Abdica te ne abdicis *B* 29 perde te *A corr. ex* perdite saluator inquit *BTp* 32 ipso *BTp*, *in A litterae post* deo *initio novi versus fere prorsus evanuerunt, sed videtur in eo scriptum fuisse* omnino ipso non (*Baluzius notavit* ipso *in A deesse*) ipse prius d. *p* *A hanc subscriptionem habet:* EXPLICIT LIBER QUINTUS. INCIPIT LIBER SEXTUS. FELIX LEGE PECULIARES DOMINICAS ET PROSEQUERE USQUE AD FINEM HUIUS SEXTI LIBELLI SENTENTIAS.

LIBER VI.

I. Personaliter diu locuti sumus et excessisse videmur regulam disputandi. Co- 1
gitat enim absque dubio is qui legit (si fuerit tamen aliquis, qui haec Christi amore
conscripta ob Christum legat), cogitat de me forte vel dicit: cum causa generalis sit,
5 quam exsequitur, quid negotio huic contulit, quod in personam unius tanta congessit?
Esto; putaveris enim ille, de quo locutus est, talis sit. Sed numquid officit bonitati
unius crimen alterius, aut, quod fortius multo est, numquid laeditur scelere personali
causa cunctorum? Possum quidem evidentibus testimoniis adprobare, quia laeditur. 2
Achar enim quondam de anathemate quippiam furto abstulit, et crimen unius hominis
10 plaga omnium fuit. David numerari plebem Israheliticam iussit, et errorem illius do-
minus clade totius populi vindicavit. Rapsaces locutus quaedam est in contumeliam
dei, et centum octoginta quinque hominum milia strage perculit, quod unius profani
hominis procax lingua maledixit. Et ideo non immerito etiam beatus apostolus Pau-
lus eici de ecclesia pestilentem iubet, et cur iubeat ostendit dicens: quia modi-
15 cum fermentum totam massam corrumpat. Unde evidenter agnoscimus etiam
unum saepissime malum hominem perditionem esse multorum. Nec iniuria: intelle- 3
gere is quicumque legerit debet non superflue me superius de uno malo aliqua dixisse,
cum scilicet frequentissime divinae maiestatis iracundia etiam per unum legatur ac-
censa. Sed ego non ago hac destrictione qua dico. Neque enim necesse est ut unum
20 obesse omnibus putemus, cum omnes mutuo sibi obsint: non convenit ut per unum
cunctos periclitari putemus, cum per se cuncti periclitentur. Omnes enim admodum
in perditionem ruunt aut certe, ut aliquid dicam lenius, paene omnes. Unde enim 4
hoc bonum populo Christiano, ut aut minor aut certe vel idem esset malorum nume-
rus qui bonorum? O miseriam lacrimabilem! o miseriam luctuosam! Quam dissi-
25 milis est nunc a se ipso populus Christianus, id est ab eo, qui fuit quondam! Tunc
princeps apostolorum Petrus Ananiam et Safiram, quia mentiti essent, morte multavit.
Beatissimus quoque Paulus etiam unum de ecclesia malum expulit, ne contactu suo
plurimos inquinaret. Nunc nos etiam pari utriusque partis numero contenti sumus. 5
Et quid contenti dicam? Exultare nos potius ac tripudiare gaudio conveniret, si pa-
30 rilitas nobis ista contingeret. Ecce in quid recidimus, ecce in quid post illam Chri-
stiani populi puritatem, qua omnes quondam immaculati erant, ecce in quid redacti

9) Josue 7. 10) II Reg. 24. 11) Isa. 36. 14) I Cor. 5, 6. 25) Act. 5. 27) I Cor. 5.

---

3 amore *om. T* 4 forte *ABTp:* forsitan *vulgo* uel] ille *p* 5 impersonam *A* 6 putaueris (putauerit *corr. m.* 2) — talis sit *A:* est (*om. p*) — talis *BTp* 7 laeditur *A corr. m. 2 ex* letet 9 Acham *A corr.* (Achar *1 m.*), achor *T* 10 Israeliticam *p* 11 Rapsaces *ABT:* Rabsaces *p et vulgo* 12 hominum milia *A:* m. hom. *BT et edd.* stragem pertulerunt *p* prophani *p* 14 cur] cui *A 1 m.* iubet *BT* 15 corrumpat *A:* corrumpit *BT et edd.* unde *A et Rittershusius:* Inde *BTp* 16 perditorem *p* 17 his *B* legeret *A 1 m.* dixisse. et cum *A* 19 destrictione (*i. e. severitate*) *nos:* districtione *AB*, discriptione *T*, descriptione *p* qua *AB:* quia *T*, id quod *p* 20 putemus *scripsi:* putem *ATp* obsunt *T* 21 putemus *A:* putem *BT et edd.* 22 im perditionem *A* aliquid *A et Rittershusius:* aliud *BTp* leuius *p* 23 minor *AB, ut coniecit Rittershusius:* certe minor *Tp* 25 quondam fuit *Tp* 26 annaniam *A* safiram *A:* saphiram *BT*, Sapphyram *vulgo* (Ἀνανίας σὺν Σαπφείρῃ *textus graecus*) 27 unum *om. p* 28 partes *A 1 m.* contepti *B* 29 paruitas *T* 30 nobis ista *ABTp:* ista nobis *vulgo* 30 *et* 31 in quid *p:* inquit *ABT et sic ter* recedimus *ABT* 31 imm. sunt *BT*

sumus, ut beatam fore ecclesiam iudicemus, si vel tantum in se boni habeat quantum mali. Nam quomodo non beatam arbitraremur, si mediam plebis partem habe-
6 ret innoxiam, quam paene totam nunc esse plangimus criminosam? Unde superflue, cum hoc ita sit, superflue dudum de uno malo locuti sumus, superflue unius scelera deflevimus; aut omnes enim aut paene omnes flendi atque lugendi sunt. Nam aut plurimi tales sunt aut certe, quod non minus criminosum est, cupiunt tales esse et laborant actu malorum operum non impares videri; ac per hoc, etiamsi minora mala faciunt, quia minus possunt, non minus tamen mali sunt, quia nolint minus esse, si
7 possint. Denique, quod unum possunt, vel voto tales sunt ac voluntate non cedunt, et in quantum facultas suppetit, superare contendunt. Est enim, licet in dissimillimis rebus, haec illorum aemulatio quae bonorum, ut sicut boni optant cunctos honestate mentium vincere, sic mali cupiant pravitate superare. Nam sicut haec bonorum gloria est ut cotidie meliores sint, sic malorum omnium ut deteriores, et sicut optimi cupiunt virtutum universarum culmen ascendere, sic pessimi optant palmas sibi universorum
8 scelerum vindicare. Et hoc utique in malum nostrum maxime nostri, hoc est, maxime Christiani, qui scilicet, ut iam diximus, malitiam sapientiam putant, et de quibus specialiter deus dicit: perdam sapientiam sapientium et intellectum prudentium reprobabo. Cumque apostolus clamet, 'si quis videtur sapiens, stultus fiat ut sit sapiens', hoc est dicere 'si quis vult esse sapiens, sit bonus, quia nemo vere sapiens nisi vere bonus': nos e diverso malarum mentium vitio, et, ut divinitas ait, reprobo sensu, bonitatem pro stultitia repudiantes et nequitiam pro sapientia diligentes tanto cotidie prudentiores esse nos credimus, quanto peiores sumus.
9 II. Et quae tandem, rogo, spes emendationis in nobis est, qui non errore opinionis ad malum ducimur, sed studio malae voluntatis adnitimur, ut semper peiores esse videamur. Et hinc est, quod dudum questus sum deteriores nos multo esse quam barbaros, quia illos ignorantia legis excusat, nos scientia accusat. Illi per imperitiam veritatis, quia quae sint bona nesciunt, mala pro bonis diligunt: nos cum scientiam
10 veritatis habeamus, quae sint bona optime novimus * * modis. Primum, quod nihil ferme vel criminum vel flagitiorum est, quod in spectaculis non sit: ubi summum deliciarum genus est mori homines aut, quod est morte gravius acerbiusque, lacerari, expleri ferarum alvos humanis carnibus, comedi homines cum circumstantium laetitia, conspicientium voluptate, hoc est non minus paene hominum aspectibus quam bestiarum dentibus devorari. Atque ut hoc fiat, orbis impendium est; magna enim cura id agitur et elaboratur. Adeuntur etiam loca abdita, lustrantur invii saltus, peragrantur silvae inexplicabiles, conscenduntur nubiferae Alpes, penetrantur inferae valles,

17) I Cor. 1. 19. 18) I Cor. 3, 18. 21) Rom. 1.

---

2 beatam non *p* arbitraremur *A:* arbitraremus *B*, arbitremur *T et edd.* 3 superflue — sit *om. p* 4 scelere *A* 5 omnes pene aut omnes enim flendi *B*, omnes e. a. paene *om. T* omnis *T* 8 nolint *A:* nollent *p*, nolunt *BT et vulgo* 9 possint *AB:* possent *p*, possunt *T* sunt *om. A 1 m.* 10 dissimillimis *ABTp:* dissimilibus *vulgo* 12 cupiunt *A* 14 pessimo *A 1 m.* 15 uendicare *Tp* hoc est maxime *A:* hoc est *BTp* 16 spec. deus *A:* deus spec. *BT et edd.* 17 dixit *BTp* sapientium *AB:* sapientum *T et edd.* probantium *T* 18 cum *T* 20 sapiens est *p* malorum *A* 21 reprobabo *A 1 m.* 27 sint *AB:* sunt *T et edd. cf. v.* 28 28 sint *AB:* sunt *Tp* *ante* modis *additum in marg. B:* deest hic aliquod; *quaedam intercidisse priores quoque editores viderunt* (et hoc multis modis *p ex interpolatione*); *possis apte supplere:* sed diligere nos mala multis ostendimus modis 29 dilitiarum *A 1 m.* 31 commedi *B* circumstancia *B* 34 etiam *AB:* et *T*, enim *p* inuiis altis *A* 35 nibifere *T* inferae *A:* uinifere *T*, niuiferae *Bp et vulgo*, inferae ualles *rectius opponuntur superis s. altis Alpibus quam niviferae nubiferis; quo accedit quod adiectivum* inferae *verbo* penetrantur *magis convenit*

et ut devorari possint a feris viscera hominum, non licet naturam rerum aliquid habere secretum. Sed haec, inquis, non semper fiunt. Certum est. Et praeclara erroris est 11
excusatio, quia non semper fiunt: quasi vero umquam fieri debeant quae deum laedant, aut ideo quae mala sunt bene fiant, quia non iugiter fiant. Nam et homicidae homines non semper occidunt, et homicidae tamen sunt, etiam quando non occidunt, quia interdum polluuntur homicidio. Et latrones omnes non semper latrocinantur, sed latrones tamen esse non desinunt, quia etiam cum rebus ipsis latrocinia non agunt, animis tamen a latrocinio non recedunt. Sic utique omnes hi, qui spectaculis istiusmodi delectantur, etiam quando non spectant, innoxii tamen a spectaculorum piaculis mente non sunt, quia semper velint spectare, si possint. Nec solum hoc, sed sunt 12
alia maiora. Quid enim? numquid non consulibus et pulli adhuc gentilium sacrilegiorum more pascuntur et volantis pinnae auguria quaeruntur ac paene omnia fiunt, quae etiam illi quondam pagani veteres frivula atque inridenda duxerunt? Et cum haec omnia ipsi agant, qui annis nomina tribuunt et a quibus anni ipsi exordium sumunt, credimus nobis bene annos posse procedere, qui a rebus talibus ordiuntur? Atque 13
utinam sicut haec propter consules tantum fiunt, ita illos tantum incestarent, propter quos fiunt. Illud est feralissimum et gravissimum, quod dum consensu publico aguntur, honor paucissimorum fit crimen omnium ac sic, ut singulis annis bini inaugurentur, prope est ut in omni mundo nullus evadat.

III. Sed de his putemus hoc satis esse, quod dictum est, quae, ut ipsi excusatis, 14
non semper fiunt. De cotidianis tamen obscenitatibus loquamur: quas tales ac tam innumeras legiones daemonum excogitaverunt, ut etiam honestae ac probae mentes, etsi nonnullas earum spernere et calcare possunt, omnes tamen penitus superare vix possint. Sicut enim exercitus pugnaturi ea loca, per quae venturas hostium turmas sciunt, aut foveis intercidere aut sudibus praefigere aut tribulis infestare dicuntur, scilicet ut etiamsi non in omnia ea quispiam incidat, nullus tamen penitus evadat, ita etiam daemones tam multas in vita ista humano generi inlecebrarum insidias praetenderunt, ut etsi plurimas earum aliquis effugiat, tamen quacumque capiatur. Et 15
quidem quia longum est nunc de omnibus dicere, amphitheatris scilicet, odiis, lusoriis, pompis, athletis, petaminariis, pantomimis ceterisque portentis, quae piget dicere, quia piget malum tale vel nosse, de solis circorum ac theatrorum impuritatibus dico. Talia enim sunt, quae illic fiunt, ut ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis sine pollutione non possit. Alia quippe crimina singulas sibi ferme in nobis vindi- 16
cant portiones, ut cogitationes sordidae animos, ut impudici aspectus oculos, ut audi-

---

1 et ut — non licet *om. T* 2 certum est . . . semper fiunt *Bp: om. AT* 3 nunquam *T* 5 homines non semper non occidunt quia *B 1 m. suppleta sunt in schedula adiecta verba* et homicidae t. sunt etiam q. non occidunt 6 quia] et *T* 7 esse non *Rittershusius:* non esse *ABTp* 8 hii *B* qui *om. T* huiusmodi *Tp* 9 ab *A* 10 uelint *A:* uellent *BT et edd.* possint *A 1 m.* possent *A corr. BTp* 11 consulibus — pascuntur et *om. p* 12 pinnae *A 1 m.* pennae A^2BTp 13 illi *AB: om. Tp* friuula *A:* friuola *BTp, cf. ad 1, 25* 15 qui a rebus omnibus potius quam a deo ordiantur *p* 18 sit *T* sic, ut *nos* · sicut *ABT*, si ex *p* annis *AB: om. Tp* 20 putamus *p* satis — est *A:* satis dictum esse quod est *B*, satis dictum esse est *T*, satis dictum esse quod ea *p* quae] quoque *p* 21 tamen] tantum *B*, iam *Rittershusius* 23 et *AB:* ac *T et edd.* possint *p* paenitus *A* 24 possunt *T* 25 interdicere *T*, intercludere *p* 26 etiam *B s. l.* incedat *A* 27 multa tam *BT* 28 quacumque] ab aliqua *p* et quidem — de omnibus dicere *AB:* equidem — dicere de omnibus *T et edd.* 29 odiis *A:* odeis *p*, odinis *BT*, odis *A post rasuram* 30 atlethis *B* petaminatrius *T* ceteris *T* quae p. d. quia piget *AB:* que quia (quiaque *p*) piget dicere *Tp* 31 nosce *T*, noscere *p* 32 recordare *A* 33 uendicant *Tp* 34 animos *Tp:* animus *AB*, animum *A corr. m. 2 et vulgo; cf. p* 70, 2

tus improbi aures, ita ut, cum ex his unum aliquod erraverit, reliqua possint carere peccatis. In theatris vero nihil horum reatu vacat, quia et concupiscentiis animi et auditu aures et aspectu oculi polluuntur: quae quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut
17 etiam explicare ea quispiam atque eloqui salvo pudore non valeat. Quis enim integro verecundiae statu dicere queat illas rerum turpium imitationes, illas vocum ac verborum obscenitates, illas motuum turpitudines, illas gestuum foeditates? quae quanti sint criminis vel hinc intellegi potest, quod et relationem sui interdicunt. Nonnulla quippe etiam maxima scelera incolumi honestate referentis et nominari et argui possunt, ut homicidium, latrocinium, adulterium, sacrilegium ceteraque in hunc modum:
18 solae theatrorum impuritates sunt, quae honeste non possunt vel accusari. Ita nova in coarguenda harum turpitudinum probrositate res evenit arguenti, ut cum absque dubio honestus sit qui accusare ea velit, honestate tamen integra eloqui et accusare non possit. Alia quoque omnia mala agentes polluunt, non videntes vel audientes, siquidem etsi blasphemum quempiam audias, sacrilegio non pollueris, quia mente
19 dissentis, et si intervenias latrocinio, non inquinaris actu, quia abhorres animo. Solae spectaculorum impuritates sunt, quae unum admodum faciant et agentium et aspicientium crimen. Nam dum spectantes haec comprobant ac libenter vident, omnes ea visu atque adsensu agunt. Ut vere in eos apostolicum illud peculiariter cadat, quia digni sunt morte non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Itaque in illis imaginibus fornicationum omnis omnino plebs animo fornicatur, et qui forte ad spectaculum puri venerant, de theatro adulteri revertuntur. Non enim tunc tantummodo, quando redeunt, sed etiam, quando veniunt, fornicantur; nam hoc ipso quod aliquis rem obscenam cupit, dum ad immunda properat, immundus est.

20 IV. Quae cum ita sint, ecce qualia aut omnes aut paene omnes Romani agunt. Et cum haec ita sint, qui talia agimus, neglegi nos a divinitate causamur, relinqui nos a domino nostro dicimus, cum ipsi dominum relinquamus. Fingamus enim, quod respicere nos dominus noster velit etiam non merentes: videamus si potest. Ecce innumera Christianorum milia in spectaculis cotidie rerum turpium commorantur. Potest ergo ad illos deus respicere, qui tales sunt? potest ad eos respicere, qui bacchantur
21 in circis, qui moechantur in theatris? An forte hoc volumus et hoc dignum putamus ut, cum in circis nos et in theatris deus videat, ea quae nos aspicimus aspiciat quoque ipse nobiscum, et turpitudines, quas nos cernimus, cernat etiam ipse nobiscum? Alterutrum enim fieri necesse est, quia, si nos videre dignatur, consequens est ut etiam illa ubi nos videat, aut si ab illis, quod non dubium est, avertit oculos, etiam a nobis, qui illic sumus, pariter avertat. Et cum haec ita sint, facimus haec tamen
22 ac sine cessatione quae dixi. An forte in morem veterum paganorum theatrorum et circorum nos deum habere arbitramur? Faciebant enim haec illi quondam, quia has

18) Rom. 1.

---

1 aliquid *BTp* erraverint *T* carere *om. T* 2 uocat *B* animi *A:* animus *BT et edd.* 5 uerecunde *A 1 m.* ulla rerum *A 1 m.* 7 quod religionem *p* 8 scelere incolomi *A 1 m.* referentis *B:* referentes *AT*, referuntur *p* 10 sunt impuritates *BTp* 11 in coarguenda *B:* in quo arguenda *A*, in ea arguenda *T*, in arguenda *p* 12 integra eloqui *nos:* integre aloqui *A 1 m.* integra ea loqui *A corr. BTp, cf. supra v.* 4 14 etsi *B corr. ex* et quendam *p* 15 abhorris *A 1 m.* 16 quae *om. T* faciant *A:* faciunt *BT et edd.* 18 uisi *A rasura ex* uisu atque adsensu *AB:* atque auditu *T*, audituque *p* 24 qualia ut omnes aut p. omnis *T* 29 ad illos deus resp. *A:* illos deus resp. *B*, deus illos resp *p*, deus resp. illos *T* 31 quoque *BTp:* quod *A* 32 et *om. A* quos *A 1 m.* etiam *AB:* et *Tp* 33 quod si *p* uideri *A* 34 nos *A:* nos sumus *BT et edd. Sententia est: ut ipse quoque illa ibi videat, ubi nos videmus* 36 immorem *A* 37 arbitremur *B 1 m.*

idolorum suorum delicias esse credebant. Nos quomodo haec facimus, qui odisse deum nostrum haec certi sumus? Aut certe, si placere has turpitudines deo novimus, non prohibeo quin sine cessatione faciamus. Sin vero in conscientia nostra hoc est, quod 23
haec deus horret, quod execratur, quod sicut in his sit pastus diaboli, ita offensio
5 dei, quomodo nos in ecclesia colere deum dicimus, qui in obscenitate ludorum semper diabolo deservimus, et hoc gnari ac scientes, de consilio et industria? Et quae nobis, quaeso, spes erit apud deum, qui non casu aut imprudentia deum laedimus, sed exemplo illorum quondam gigantum, quos insanis conatibus superna temptasse et quasi in nubes gradum tulisse legimus? Sic nos per iniurias, quas in omni mundo 24
10 deo semper inferimus, quasi consensu publico caelum oppugnamus. Christo ergo, o amentia monstruosa! Christo circenses offerimus et mimos, et tunc hoc maxime, cum ab eo aliquid boni capimus, cum prosperitatis ab eo aliquid adtribuitur aut victoria de hostibus a divinitate praestatur. Et quid aliud hac re facere videmur, quam si qui homini beneficium largienti iniuriosus sit aut blandientem conviciis caedat aut
15 osculantis vultum mucrone transfigat? Interrogo enim omnes potentes ac divites mundi 25
huius, cuius piaculi reus sit servus ille, qui bono ac pio domino malum cogitet, qui bene merenti convicium faciat et pro libertate, quam accepit, contumeliam reddat. Absque dubio maximi criminis reus creditur, qui malum pro bono reddit, cui etiam malum pro malo reddere non liceret. Hoc ergo etiam nos, qui Christiani dicimur,
20 facimus: inritamus in nos misericordem deum impuritatibus nostris, propitiantem sordibus laedimus, blandientem iniuriis verberamus.

V. Christo ergo, o amentia monstruosa! Christo circenses offerimus et mimos, 26
Christo pro beneficiis suis theatrorum obscena reddimus, Christo ludicrorum turpissimorum hostias immolamus. Videlicet hoc nos pro nobis in carne natus salvator noster
25 edocuit: hoc vel per se ipsum vel per apostolos praedicavit. Propter hoc humanae nativitatis verecundiam subiit et contumeliosa terreni ortus principalia suscepit: propter hoc in praesepio iacuit, cui servierunt angeli, cum iaceret: propter hoc involvi se pannorum crepundiis voluit, qui caelum regebat in pannis: propter hoc in patibulo pependit, quem pendentem mundus expavit. Qui propter nos, inquit apostolus, 27
30 pauper factus est, cum dives esset, ut illius inopia vos honestaremini. Et cum in forma, inquit, dei esset, humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. Hoc nos videlicet Christus imbuit, cum pro nobis ista toleraret: praeclaram passioni eius vicissitudinem reddimus, qui, cum morte ipsius redemptionem acceperimus, vitam ei turpissimam repensamus. Apparuit
35 enim, inquit beatissimus Paulus, gratia domini nostri Iesu Christi, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie

29) II Cor. 8, 9. 31) Phil. 2, 8. 34) Tit. 2, 11.

---

3 prohibebo *T* sin *AB:* si *Tp* 4 haec *A: om. BT et edd.* sicut *Tp: om. AB* 5 ecclesia *ABTp:* ecclesia dei *vulgo* deum colere *Tp* 6 haec *Tp* ignari *A ante rasuram*, generaliter *p* 7 spes *A:* quae spes *BTp* 8 gygancium *B* tentasse *p* 10 o *B s. l.* 11 offerrimus *A*, *item v.* 22 et tunc *p:* tunc et *ABT* 12 aliquid ab eo (*ante* adtribuitur) *BTp* 13 praestetur *B 1 m.* uidetur *B 1 m.* qua *B* 14 qui *AB* · quis *T et edd.* cum uiciis *B* 15 tranfigat *B* enim *A s. l. 2 manu* omnes *B s. l.* 16 pio ac dom. bono *T*, probo ac pio d. *p* cogitat *Tp* 17 merente *A 1 m.* accipit *libri* reddit *T*, redit *B* 18 reddat *B* 20 propiciantem *A* 24 saluator mundi noster *p* 25 uel se *BT* 26 principalia *A:* principia *A m. 2 corr. BT et edd.* 28 crepondiis *A 1 m.* 29 expiauit *p* nos *ABTp:* uos *Vulgata* 31 dei inquit *Tp* 32 hoc *AB:* haec *T*, iis *p* Christus *B s. l.* 33 reddimus uicissitudinem *Tp* 34 ei *A corr. m. 2 ex* et. *om. BTp* 36 ut *B s. l.*

et iuste et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et adventum gloriae magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.
28 Ubi sunt qui haec faciant, propter quae venisse Christum apostolus dicit? ubi sunt qui desideria saeculi fugiant, ubi qui vitam pie ac iuste agant, ubi qui sperare se spem beatam bonis operibus ostendant et immaculatam vitam agentes, hoc ipso se probent regnum dei exspectare, quia merentur accipere? Venit, inquit, dominus Iesus Christus, ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum
29 operum. Ubi est populus ille mundus, ubi populus acceptabilis, ubi populus boni operis, ubi populus sanctitatis? Christus, inquit scriptura, pro nobis passus est, exemplum nobis relinquens ut sequamur vestigia eius. Videlicet vestigia salvatoris sequimur in circis, vestigia salvatoris sequimur in theatris. Tale nobis scilicet Christus reliquit exemplum, quem flevisse legimus, risisse non legimus. Et hoc utrumque pro nobis, quia fletus compunctio est animae, risus corruptio disciplinae. Et ideo dicebat: vae vobis, qui ridetis, quoniam flebitis. Et: beati, qui fletis, quoniam ridebitis. Nobis autem ridere et gaudere non sufficit, nisi cum peccato atque insania gaudeamus, nisi risus noster impuritatibus, nisi flagitiis misceatur.
30 VI. Qui, rogo, hic error est, quae stultitia? Numquid laetari assidue et ridere non possumus, nisi risum nostrum atque laetitiam scelus esse faciamus? An forte infructuosum putamus gaudium simplex nec delectat ridere sine crimine? Quod, rogo, hoc malum est aut qui furor? Rideamus, quaeso, quamlibet inmensuratim, laetemur quamlibet iugiter, dummodo innocenter. Quae vecordia est et amentia, ut non putemus risum et gaudium tanti esse, nisi in se dei habuerit iniuriam? iniuriam utique et qui-
31 dem maximam. In spectaculis enim apostatatio quaedam fidei est et a symboli ipsius et caelestibus sacramentis letalis praevaricatio. Quae est enim in baptismo salutari Christianorum prima confessio? quae scilicet nisi ut renuntiare se diabolo ac pompis eius et spectaculis atque operibus protestentur? Ergo spectacula et pompae etiam
32 iuxta nostram professionem opera sunt diaboli. Quomodo igitur, o Christiane, spectacula post baptismum sequeris, quae opus esse diaboli confiteris? Renuntiasti semel diabolo et spectaculis eius, ac per hoc necesse est ut prudens et sciens, dum ad spectacula remeas, ad diabolum te redire cognoscas. Utrique enim rei simul renuntiasti et unum utrumque esse dixisti. Si ad unum reverteris, ad utrumque remeasti. Abrenuntio enim, inquis, diabolo, pompis, spectaculis et operibus eius. Et quid postea?
33 credo, inquis, in deum patrem omnipotentem et in Iesum Christum filium eius. Ergo primum renuntiatur diabolo, ut credatur deo, quia qui non renuntiat diabolo, non cre-

11) I Pet. 2, 21. 16) Luc. 6, 25.

---

1 et iuste et pie *AB:* ac iuste ac pie *Tp*, et pie et iuste *vulgo* 2 gloriae *A:* gloriae domini *T*, domini gloriae *Bp* Christi *om. T* 4 populum sibi *Tp* 5 quae *om. A 1 m.* 6 qui non desideria seculi faciant *p*, qui desideria populi stigiant *T* 8 probent *A*, *ut sagaciter divinavit Rittershusius:* perhibent *BT et edd. vitiose* qui m. *T* Christus Iesus *B* 12 exemplum nobis *A:* nobis ex. *BTp* 14 reliquid *B* 18 atque in insania *A* 20 qui *A:* quis *BT et edd. cf. infra v.* 23 laetare *A* 22 quid *BT* 23 qui *ABT:* quis *edd.* quaeso quantumlibet *Tp* 25 dei in se *Tp* quidam *A 1 m. om. p* 26 enim] quidem *T* appostatatio quaedam *A*, quaedam apostatatio *BTp*, quaedam apostasia *vulgo* symboli *ABT:* symbolis *edd. cf. infra p.* 73, 3 symboli sacramenta 27 laetalis *A* babtismo *B* 28 prima] preuia *T* 29 et spect. atque op. *A* atque spect. (exspectaculis *B*) et op. *BT et edd.* ergo] nam *p* 30 igitur *ATp:* ergo *B*, *om. ed. Pithoeana et posteriores* 32 eius *om. T* ut *om. p* 33 redire te *p* 36 credis *BT* 37 credant *T*

dit deo, et ideo qui revertitur ad diabolum, relinquit deum. Diabolus autem in spectaculis est pompis suis, ac per hoc, cum redimus ad spectacula diaboli, relinquimus fidem Christi. Hoc itaque modo omnia symboli sacramenta solvuntur, et totum quod in symbolo sequitur, labefactatur et nutat; nihil enim sequens stat, si principale non
5 steterit. Dic igitur tu, Christiane, quomodo tenere te sequentia symboli putas, cuius 34
principia perdidisti? Membra sine capite nil prosunt et ad exordium sui cuncta respiciunt: quae utique, si perierint, omnia pessum trahunt, siquidem stirpe sublata aut non sunt reliqua aut, si sunt, sine emolumento sunt, quia sine capite nil constat. Si cui itaque leve spectaculorum crimen videtur, respiciat cuncta ista quae diximus, et
10 videbit in spectaculis non voluptatem esse, sed mortem. Quid est autem aliud quam mortem incurrere vitae originem perdidisse? ubi enim fundamentum symboli evertitur, vita ipsa iugulatur.

VII. Rursum ergo necesse est redeamus ad illud, quod saepe diximus: quid si- 35
mile apud barbaros? ubi apud illos circenses, ubi theatra, ubi scelus diversarum im-
15 puritatum, hoc est spei nostrae ac salutis excidium? quibus illi etsi, utpote pagani, uterentur, minore tamen culpa sacrae offensionis errabant, quia, etsi esset impuritas visionis, praevaricatio tamen non erat sacramenti. Nos vero quid respondere pro no- 36
bis possumus? Tenemus symbolum et evertimus, confitemur munus salutis pariter et negamus. Ac per hoc ubi est christianitas nostra, qui ad hoc tantummodo sacramen-
20 tum salutis accipimus, ut maiore postea praevaricationis scelere peccemus? Nos ecclesiis dei ludicra anteponimus, nos altaria spernimus et theatra honoramus, omnia denique amamus, omnia colimus: solus nobis in comparatione omnium deus vilis est. Denique praeter alia, quae id probant, indicat hoc etiam haec res ipsa quam dico. 37
Si quando enim evenerit, quod scilicet saepe evenit, ut eodem die et festivitas eccle-
25 siastica et ludi publici agantur, quaero ab omnium conscientia, quis locus maiores Christianorum virorum copias habeat, cavea ludi publici an atrium dei, et templum omnes magis sectentur an theatrum, dicta evangeliorum magis diligant an thymelicorum, verba vitae an verba mortis, verba Christi an verba mimi? Non est dubium 38
quin illud magis amemus, quod anteponimus. Omni enim feralium ludicrorum die,
30 quaelibet ecclesiae festa fuerint, non solum ad ecclesiam non veniunt, qui Christianos se esse dicunt, sed si qui inscii forte venerint, dum in ipsa ecclesia sunt, si ludos agi audiunt, ecclesiam derelinquunt. Spernitur dei templum, ut curratur ad theatrum: ecclesia vacuatur, circus impletur: Christum in altario dimittimus, ut adulterantes visu impurissimo oculos ludicrorum turpium fornicatione pascamus. Et ideo rectissime ad

---

1 est in spectaculis *BTp* 2 pompis *ABTp:* et pompis *vulgo* ad spectaculum *BTp* diaboli *A: om. BT et edd.* 3 quid *T* 4 notat *A 1 m.* inquinatur *p* 5 igitur *AB:* mihi *Tp* 6 *et* 8 nil *A:* nihil *BTp* 6 exordia *p* 8 si (*ante* sunt) *B s. l.* 9 lene itaque *T* 10 uidebit *p:* uidet *ABT* quid enim est *p* 15 uestrae *p* 16 quia *AB: om. Tp* 17 praeuaricatione *BT* 18 confitemur *p:* et confitemur *ABT* 23 etiam hoc *p*, hoc *om. T* haec *om. p* 24 uenerit *ABT*, usu uenerit *p* (euenerit *Rittershusius pro* enim uenerit) uenit *A 1 m.* eodem *p:* eo *ABT* 25 *et* 26 publice *A 1 m.* 25 maiorum *T* 26 cauea *ABT:* caueane *p* 27 omnes] homines *Rittershusius* euangelicorum *T* thimellicorum *A 1 m. BT*, themelicorum *A corr.* 30 quaelibet *ABT:* quamlibet *p*, si quaelibet *vulgo perperam, cf. p.* 75, 25 festauerint *T* 31 uenerunt *p* 32 curratur *A:* concurratur *Tp*, concurrantur *B* 34 *post* pascamus *sequitur in libris:* postea sed uidelicet qui (sed uid. qui postea *p*) corrumpimur rebus prosperis faciendum aliquid in principio (in princ. putamus *p*) *haec verba delenda esse intellexit Baluzius; idem in exemplo Pithoeano, quod exstat in bibliotheca Monacensi, bene monuit verba* sed uidelicet — prosperis *repetita aut praecepta esse ex loco inferiore cap. 12 in. Quod autem attinet ad verba* postea *et* faciendum aliquid in principio, *quae ibi non leguntur, illo* postea *aliquis in marg. videtur adnotasse, verba de quibus agitur iterum legi; difficilius est statuere quid sibi velint verba* fac. a. in principio; *item videntur adnotatio marginalis, qua quis monuit* in principio, *i. e. priore loco quo exstant* aliquid faciendum, *i. e. supplendum aut corrigendum esse*

nos dominus deus dicit: propter spurcitiam exterminati estis exterminio. Et rursum 'exterminabuntur' inquit 'arae huius risus'.

39 VIII. Sed videlicet responderi hoc potest, non in omnibus haec Romanorum urbibus agi. Verum est: etiam plus ego addo, ne illic quidem nunc agi, ubi semper acta sunt antea. Non enim hoc agitur iam in Mogontiacensium civitate, sed quia excisa atque deleta est: non agitur Agrippinae, sed quia hostibus plena: non agitur Treverorum urbe excellentissima, sed quia quadruplici est eversione prostrata: non agitur
40 denique in plurimis Galliarum urbibus et Hispaniarum. Et ideo vae nobis atque iniquitatibus nostris, vae nobis atque impuritatibus nostris. Quae spes Christianis plebibus ante deum est, quandoquidem ex illo in urbibus Romanis haec mala non sunt, ex quo in barbarorum iure esse coeperunt? Ac per hoc vitiositas et impuritas quasi germanitas quaedam est hominum Romanorum et quasi mens atque natura, quia ibi
41 praecipue vitia ubicumque Romani. Sed gravis sit forsitan haec atque iniqua conquestio, gravis profecto, si falsa. At quomodo, inquis, quomodo non falsa, cum in paucis nunc ferme Romanis urbibus fiant ista, quae diximus? plurimas autem iam harum impuritatum labe non pollui, ubi licet sint loca ipsa ac domicilia erroris antiqui, nequa-
42 quam tamen agantur illa, quae prius acta sunt. Considerandum ergo utrumque est, id est, quid sit quod adhuc loca ipsa ac diversoria ludicrorum sint, ludicra autem esse cessaverint. Loca enim et habitacula turpitudinum idcirco adhuc sunt, quia illic impura omnia prius acta sunt. Nunc autem ludicra ipsa ideo non aguntur, quia agi iam prae miseria temporis atque egestate non possunt. Et ideo, quod prius actum
43 est, vitiositatis fuit, quod nunc non agitur, necessitatis. Calamitas enim fisci et mendicitas iam Romani aerarii non sinit ut ubique in res nugatorias perditae profundantur expensae. Pereant adhuc quamlibet multa et quasi in caenum proiciantur, sed tamen perire iam tanta non queunt, quia non sunt tanta, quae pereant. Nam quantum ad votum nostrae libidinis atque impurissimae voluptatis, optaremus profecto vel ad hoc
44 tantummodo plus habere, ut possemus in hoc turpitudinis lutum plura convertere. Et res probat quanta prodigere vellemus, si opulentes essemus ac splendidi, cum prodigamus tanta mendici. Ea est enim labes praesentium morum atque perditio, ut cum iam non habeat paupertas, quod possit perdere, adhuc tamen velit vitiositas plus perire. Non est ergo, quod blandiri nobis aliquid in hac parte possimus, ut dicamus,
45 non in omnibus nunc urbibus agi illa, quae prius acta sunt. Ideo enim non in om-

---

1 spurtitiam *A* extermino *BT* 3 uedelicet respondere *A 1 m.* ad haec *p* haec] hoc *Tp* 4 illic] illud *T* sunt acta *Tp* 5 iam *om. T* maguntiacensium *BT*, Massyliensium *p* excissa *T haud scio an recte* 6 atque *AB:* et *Tp* agitur (*ante* Agr.) *A:* enim *BTp* qui *A 1 m.* agitur *ABTp:* agitur in *vulgo* Treuirorum *p* 7 quadr. uastatione est p. *p* 8 implurimis *A*, in pluribus *Tp* urbibus galliarum *BTp* uae] ne *T* iniquitatibus — impuritatibus *AB:* impuritatibus — iniquitatibus *T et edd.* 9 atque *B s. l.* christianorum *Tp* plebibus est (*B s. l.*) ante deum *BTp* 10 ex illo *ABT:* ex illo tempore *edd.* 11 barbarum *A 1 m.* et iniquitas *T* 12 est quaedam *Tp* hominum rom. *A:* hominum *om. T*, Rom. hominum *Bp et vulgo* natura *A s. l. m. 2 sed vetere* 13 sit *AB: om. Tp*, est *vulgo* atque *B s. l.* 14 profecto *A: om. BTp* at *AB:* An *p*, at — non falsa *om. T* 15 iam autem *Tp* impuritatis *Tp*, inpuritate *B* 16 pollui] *videtur verbum deesse, unde oratio obliqua pendeat, velut* uideamus antique *A 1 m.* 17 agantur *A 1 m. BT:* aguntur *A corr. m. 2, p et vulgo* 19 cessauerunt *Tp* adhuc *B s. l.* 22 uitiositate *p* mendacitas *B* 23 romani iam *T* perfundantur *T* 24 caeuum *T* sed tamen *AB:* sed modo tamen *Tp* 26 atq. *A corr. ex* at uoluptatis attinet *p* 27 possimus *A 1 m.* in *om. B* 28 uelimus *A 1 m.* opulentes *ABT:* opulenti *edd.* 29 labis *A 1 m.* 30 plus uitiositas *p* 31 est ergo *A:* ergo *BTp* quod *AB:* quidem *Tp* possimus *A:* possumus *BTp*

nibus iam aguntur, quia urbes, ubi agebantur illa, iam non sunt, et ubi siquidem diu acta sunt, quae id efficerent, ut, ubi illa agebantur, esse non possint: sicut ipse ad peccatores deus locutus est per prophetam, quia horum recordatus est dominus, et ascendit, inquit, super cor eius, et non poterat dominus ultra portare propter malitiam studiorum vestrorum et propter abominationes, quas fecistis, et facta est terra vestra in desolationem et stuporem et in maledictum. Per haec ergo iam factum est, ut maior pars Romani orbis in desolationem esset et in stuporem et in maledictum.

IX. Atque utinam acta tantummodo prius essent et agere haec Romana vitiositas 46
aliquando cessaret: forsitan, ut scriptum est, propitiaretur deus peccatis nostris. Sed nequaquam ita agimus, ut propitietur. Mala enim incessabiliter malis addimus et peccatis peccata cumulamus, et cum maxima nostri pars iam perierit, id agimus, ut pereamus omnes. Quis, rogo, interfici alterum iuxta se videt et ipse non metuit? quis 47
domum vicini sui ardere cernit et non efficere omnibus modis nititur, ne ipse incendio concremetur? Nos non vicinos nostros tantum ardere vidimus, sed ipsi iam ex maxima nostrorum corporum parte arsimus. Et quid hoc, pro nefas, mali est? Arsimus, arsimus, et tamen flammas, quibus iam arsimus, non timemus. Nam quod non ubique, 48
ut dixi, aguntur quae prius acta sunt, miseriae est beneficium, non disciplinae. Denique facile hoc probo. Da enim prioris temporis statum, et statim ubique sunt quae fuerunt. Plus addo: quantum ad vota hominum pertinet, etsi iam non ubique sunt, ubique adhuc sunt, quia ubique ea populus velit esse Romanus. Cum enim ab homine mala res sola necessitate non agitur, ipsa turpis rei cupiditas pro actione damnatur. Nam si, ut dixi, iuxta domini nostri dictum qui mulierem viderit ad concupi- 49
scendum, reus est adulterii corde concepti, intellegere possumus quod, etiamsi res turpes atque damnabiles necessitate non agimus, pro ipsa tamen rerum turpium voluntate damnamur. Et quid dicam de voluntate? omnes haec ferme, cum possunt, agunt. Denique cuiuslibet civitatis incolae Ravennam aut Romam venerint, pars sunt Romanae plebis in circo, pars sunt populi Ravennatis in theatro. Ac per hoc nemo se loco aut absentia excusatum putet. Omnes turpitudine rerum unum sunt, qui sibi rerum turpium voluntate sociantur. Et blandimur nobis insuper de probitate morum, blandimur de turpitudinum raritate. Ego amplius dico, non solum agi nunc 50
illas ludicrorum infamium labes, quae prius actae sunt, sed criminosius multo agi quam prius actae sunt. Tunc enim integra Romani orbis membra florebant, angusta esse horrea publicae opes fecerant, cunctarum urbium cives divitiis ac deliciis affluebant, vix poterat religionis auctoritas inter tantam rerum exuberantiam morum tenere

3) Jerem. 44, 21. 23) Matth. 5, 28.

---

1 et ubi siquidem diu acta sunt (acta sunt diu *BT*) quae id efficerent *ABT:* et ubi quidem acta sunt, id effecerunt *p;* et *ante* ubi *delendum videtur, nisi gravius vitium latet in loco obscuro* 2 diu esse non possent *p* ad pecc. deus *A:* deus ad pecc. *BT et edd.* 4 et (*ante* ascendit) *om. p* inquit *om. A 1 m. haud scio an recte* ultra dominus *p* 5 nostrorum *p* 6 nostra *p* 7 per haec — maledictum *om. T* 8 desolatione *Bp* 10 propiciaretur *AB, item infra* propicietur 11 malis incessabiliter *Tp* 12 pars nostri *BTp* perierat *A 1 m.* 15 uidemus *A* ex *om. B* 16 parte n. corporum *p* pro *AB:* proh *Tp* nefas mali nefas est *B* arsimus arsimur *B,* arsimus *semel habent Tp* 18 aguntur *A: om. BT,* agantur *edd. sed p habet post* acta sunt 19 hoc facile *Tp* 20 non obque (ob hoc que *corr. 2 m.*) *A* 21 adhuc *p:* ad hoc *ABT* uelit *A:* uellet *BT et edd.* 22 turpis rei *A:* rei turpis *BT et edd.* 23 si, ut *Rittershusius:* sicut *libri; an* si, sicut? 25 atque *B s. l.* 26 omnes *AB:* per omnes *Tp* 27 aguntur *B* 29 se putet *T* 31 blandimur *A:* blandimur nobis *BT et edd.* 32 acta *T* sed — actae sunt *om. T* 33 romanis B^1T urbis *A* 34 publica *p* 35 exuberantium *B*

51 censuram. Pascebantur quidem tunc passim in locis plurimis actores turpium voluptatum, sed plena ac referta omnia erant: nemo sumptus rei publicae cogitabat, nemo dispendia, quia non sentiebatur expensa. Quaerebat quodammodo ipsa res publica ubi perderet, quod penitus iam recipere vix posset. Et ideo cumulus divitiarum, qui iam
52 fere modum excesserat, etiam in res nugatorias redundabat. Nunc autem quid dici potest? Recesserunt a nobis copiae veteres, recesserunt priorum temporum facultates, miseri iam sumus et necdum nugaces esse cessamus. Cumque etiam pupillis prodigis soleat subvenire paupertas, simulque ut destiterint esse divites, desinunt quoque esse vitiosi, nos tantum novum genus pupillorum ac perditorum sumus, in quibus opulentia esse desiit, sed nequitia perdurat. Adeo nos non ut alii homines causas corruptelarum in inlecebris, sed in cordibus habemus, et vitiositas nostra mens nostra est, ut ad emendandos nos non facultatum ablatione * *, sed malarum rerum amore peccamus.

53 X. Quanta autem vitia Romanorum sint, quibus barbarae gentes non inquinantur, licet hactenus satis dixerim, addam tamen multa, quae desunt. Sed illud admoneo tamen ante quam dico, ne ullum penitus culpae genus, quod ad contumeliam dei pertinet, cuiquam leve esse videatur. Si enim inlustrem ac praepotentem virum nequaquam exhonorari a quoquam licet et, si quisquam exhonoraverit, decretis legalibus reus sistitur et iniuriarum auctor iure damnatur, quanto utique maioris piaculi crimen est iniuriosum quempiam deo esse? Semper enim per dignitatem iniuriam perferentis crescit culpa facientis, quia necesse est, quanto maior est persona eius, qui contume-
54 liam patitur, tanto maior sit noxa eius, qui facit. Et hinc est, quod legimus in lege, etiam eos, qui videntur contra mandatum sacrum levia fecisse, severissime tamen esse punitos: ut intellegeremus scilicet nihil ad deum pertinens leve esse ducendum, quia etiam quod videbatur exiguum esse culpa, grande hoc faciebat divinitatis iniuria. Denique Oza ille levites dei quid contra mandatum caeleste fecit, quod vacillantem arcam domini sustinere temptavit? nihil enim hinc erat lege praeceptum. Et tamen statim dum sustinebat, extinctus est, non quia, ut videtur, ad speciem contumaci aliquid aut inofficiosa saltim mente commiserit, sed ipso officio inofficiosus fuit, quia iniussa prae-
55 sumpsit. Homo Israheliticae plebis cum ligna sabbatis collegisset, occisus est, et hoc iudicio ac iussu dei, piissimi scilicet ac misericordissimi iudicis et qui parcere absque dubio quam occidere maluisset, nisi rationem misericordiae severitatis ratio vicisset. Unus enim incautior periit, ne multi per incautelam postea deperirent. Et quid de
56 singulis dicam? Universa gens Hebraeorum, cum per heremum iter ageret, quia consuetudinarias carnes desideravit, partem suae plebis amisit. Et quidem interdictum

21) Exod. 31. Num. 20. 24) II Reg. 6. 29) Num. 15. 33) Num. 11.

---

1 tunc quidem *Tp* actores *A:* auctores *BT et edd.* 2 omnia erant *ABTp:* erant o. *vulgo* 3 res ipsa p. *BTp* 4 penitus qui *ABT*, penus *p et vulgo inepte; illud* qui *ex sequentibus invectum est, ut codicis A scriptura docet* iam recip. uix possit *A*, posset (possit *BT*) iam uix rec. *BT et edd.* qui *om. A* 7 nedum *T* esse] etiam *T* prodigis *Baluzius:* prodigis (-giis *A 1 m.*) uel prodigiosis *ABTp* 8 *fort.* desinant 10 corruptellarum *A 1 m.* 12 oblatione *T; signum lacunae posuimus, cum verbum aliquod* (*velut* conuertamur, deducamur *etc.*) *deesse appareat* peccamus *AB:* peccemus *T et edd.* (*hoc membrum ab* ut *pendere non posse manifestum videtur*) 13 sunt *T* inquinantur *A:* coinquinantur *BT et edd.* 14 desint *BTp* admoneo tamen anteque *T* 15 dico *ABTp:* dicam *vulgo* 18 sistitur *A:* existitur *BT*, existit *p* auctor *AB:* actor *Tp* 19 perferentes *A 1 m.* 20 persona est *Tp* eius *om. Tp* quae *p* 21 sit] est *A* 23 nil *p* dicendum *p* 25 Ozias *p*, ozia *T* quid *AB:* qui *Tp* 26 tentauit *p* tamen *A: om. BT et edd.* 27 tenebat *BTp* percussus est *p* 28 quia *AB:* qui *T et edd.* 29 sabatis *T* colligisset *B* ociosus *T* 30 iussu et iudicio *BTp* 32 unus enim inc *om. p* incautior *BT:* incautor *A*, incautus *A 2 m. recentiore corr.* deperirent *A corr. 1 m. ex* perirent 33 agerent *T*

necdum fuerat ne desideraret, sed legali, ut reor, observantiae proficere deus voluit, ut rebellem concupiscentiam coerceret: quo facilius scilicet cunctus populus agnosceret, quantum evitare deberet, quae deus scriptis caelestibus interdiceret, quando etiam illa eum admissa laederent, quae necdum lege vetuisset. Laborem quoque se sustinere 57
5 idem populus ingemuit et propter hoc plagis caelestibus verberabatur, non quia laboranti gemere non liceat, sed ingratus scilicet fuit gemitus deum quasi auctorem immoderati laboris accusans. Ex quo intellegi convenit quantum placere deo debeat, qui rerum iucundarum beatitudine fruitur, quando etiam de his queri non licet, quae ingrata videantur.

10 XI. Quaeritur forsitan quorsum ista pertineant? quorsum absque dubio nisi ut ni- 58
hil leve existimetur, quo deus laeditur? De ludis enim publicis dicimus, ludibriis scilicet spei nostrae, ludibriis vitae nostrae. Nam dum in theatris et circis ludimus, deperimus secundum illud utique dictum sermonis sacri: stultus per risum operatur scelus. Et nos itaque, dum inter turpia ac dedecorosa ridemus, scelera
15 committimus, et quidem scelera non minima, sed hoc ipso poenaliora, quia cum videantur specie esse parva, rebus sunt exitiosis pestilentissima. Nam cum duo sint 59
maxima mala, id est, si homo aut se ipsum perimat aut deum laedat, hoc utrumque in ludis publicis agitur; nam per turpitudines criminosas aeterna illic salus Christianae plebis extinguitur et per sacrilegas superstitiones maiestas divina violatur. Dubium 60
20 enim non est, quod laedunt deum, utpote idolis consecratae. Colitur namque et honoratur Minerva in gymnasiis, Venus in theatris, Neptunus in circis, Mars in harenis, Mercurius in palaestris, et ideo pro qualitate auctorum cultus est superstitionum. Quicquid inmunditiarum est, hoc exercetur in theatris, quicquid luxuriarum, in palaestris, quicquid immoderationis, in circis, quicquid furoris, in caveis. Alibi est impudicitia, 61
25 alibi lascivia, alibi intemperantia, alibi insania, ubique daemon, immo per singula ludicrorum loca universa daemonum monstra; praesident enim sedibus suo cultui dedicatis. Ac per hoc in spectaculis istiusmodi non sola est inlecebra nec sola vitiositas. Admisceri enim huic Christianum hominem superstitioni genus est sacrilegii, quia eorum cultibus communicat, quorum festivitatibus delectatur. Quod quidem licet sem- 62
30 per admodum grave sit, tunc tamen magis intolerabile, cum praeter consuetudinarium vitae usum hoc vel adversa nostra faciunt criminosius vel secunda, quia et magis placandus est in adversis deus et minus laedendus in prosperis: placari quippe debet, cum irascitur, laedi non debet, cum propitiatur; adversa enim nobis per iracundiam dei veniunt, secunda per gratiam. Nos autem e diverso omnia agimus. Dicis, quo- 63
35 modo? accipe. Ac primum. si quando exoratus sua ipsa misericordia deus (neque enim umquam nos ita vivimus, ut exorare mereamur), sed si quando, ut dixi, a se ipso exoratus pacificos nobis dies, proventus uberes, divitem bonis omnibus tranquilli-

4) Exod. 10. 13) Prov. 10, 23.

---

1 nondum *p* 2 scilicet *AB: om. Tp* agi|nosceret *A* 5 uerberatur *ABTp* 6 deum *AB:* dominum *p*, domini *T* immaculati *p* 7 intelligi *hic A quoque* 8 iocundarum *ATp* 10 forsitam *A* quo rursum absque *B* 11 existimetur *ABTp:* aestimetur *vulgo* quod deus *B* 12 scilicet] enim scilicet *B*, *sed* enim *expunctum*, enim *T* ludimus] ludibus *A 1 m.* 15 hoc *A:* ad hoc *BT*, in hoc *p et vulgo* 16 parua *AB:* praua *T*, proba *p et edd. recentiores miro errore* 17 id est *om. p.* aut si homo *p* ipsum *om. Tp* 19 diuini *A 1 m.* 20 consecrate *A*, *fort.* consecrati 21 Neptunus *BTp:* deus neptunus *A* harenus *A 1 m.*, arenis *Tp* 22 auctorum *ABTp:* actorum *A corr. m. 2* 23 qui luxuriarum *T* 24 immoderationes *A 1 m.* immoderacionis est *B* 25 lasciua *T* immo] ideo *T* 26 cultu *T* 27 huiusmodi *Tp* 30 ammodum *A* scit *A 1 m.* 33 propiciatur *A*, placatur *Tp*, *item B*, *sed cum rasura ante* plac. 34 ueniant *A* 35 neque *B corr. ex* nequã 36 exorare *A:* exorari *BTp* 37 pacificus *A*

tatem et abundantiam dederit super vota crescentem, tanta secundarum rerum prosperitate corrumpimur, tanta morum insolescentium pravitate vitiamur, ut et dei penitus
64 obliviscamur et nostri. Et cum omnem fructum datae a deo pacis in hoc consistere apostolus dicat, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate, ad hoc tantum data a deo quiete utimur, ut in ebrietate, ut in luxuria, ut in flagitiis, ut in rapinis, ut in omni scelere atque improbitate vivamus. Quasi vero beneficium datae pacis vacatio sit probrositatis et ad hoc inducias tranquillitatis
65 deo donante capiamus, ut licentius securiusque peccemus. Indigni itaque caelestibus donis sumus, qui beneficiis dei non bene utimur, et facimus rem operum bonorum materiam tantum esse vitiorum: quo fit ut ipsa pax contra nos sit, quae sic agitur a nobis, nec expediat rem accipere, qua deteriores sumus. Quis hoc credere queat? mutamus naturam rerum iniquitatibus nostris, et quae deus bona fecit munere pietatis suae, ea nos nobis facimus mala esse moribus malis.

66 XII. Sed videlicet qui corrumpimur rebus prosperis, corrigimur adversis, et quos intemperantes pax longa fecit, turbatio facit esse moderatos. Numquid populi civitatum, qui impudici rebus prosperis fuerant, asperis casti esse coeperunt? numquid ebrietas, quae in tranquillitate et abundantia creverat, hostili saltim depopulatione
67 cessavit? Vastata est Italia tot iam cladibus: ergo Italorum vitia destiterunt? Obsessa est urbs Roma et expugnata: ergo desierunt blasphemi ac furiosi esse Romani? Inundarunt Gallias gentes barbarae: ergo, quantum ad mores perditos spectat, non eadem sunt Gallorum crimina quae fuerunt? Transcenderunt in Hispaniae terras populi Wan-
68 dalorum: mutata quidem est sors Hispanorum, sed non mutata vitiositas. Postremo, ne qua pars mundi exitialibus malis esset immunis, navigare per fluctus bella coeperunt: quae vastatis urbibus mari clausis et eversis Sardinia ac Sicilia, id est fiscalibus horreis, atque abcisis velut vitalibus venis, Africam ipsam, id est quasi animam captivavere reipublicae. Et quid? ingressis terram illam gentibus barbaris forsitan vel metu vitia cessarunt? aut, sicut corrigi ad praesens etiam nequissimi quique ser-
69 vorum solent, modestiam saltim ac disciplinam terror extorsit? Quis aestimare hoc malum possit? Circumsonabant armis muros Cirtae atque Carthaginis populi barbarorum, et ecclesia Carthaginensis insaniebat in circis, luxuriabat in theatris. Alii foris iugulabantur, alii intus fornicabantur: pars plebis erat foris captiva hostium, pars
70 intus captiva vitiorum. Cuius sors peior fuerit incertum est. Illi quidem erant extrinsecus carne, sed isti intus mente captivi, et ex duobus letalibus malis levius, ut reor, est captivitatem corporis Christianum quam captivitatem animae sustinere, secundum illud, quod docet salvator ipse in evangelio, gravius multo animarum mortem esse quam corporum. An credimus forte, quod captivus animis populus ille non fuerit, qui laetus tunc in suorum captivitatibus fuit? Captivus corde et sensu non erat,

4) I Tim. 2, 2.

---

2 insolescentium *AB:* insolentium *Tp* 3 cum *B s. l.* datae] dare *T*, *item v.* 7 5 a deo data *Tp* 8 atque securius *BTp* 9 operum bonorum *ABTp:* bonorum operum *vulgo* 10 sit *om. T* quia sic a. a nobis, ne *p* 12 naturam *B s. l.* 14 corrumpitur *B* 17 in *ABTp: om. vulgo* 19 ac *AB* · et *Tp* 23 ab exitialibus *p* 24 uastis *BT* 25 atque *A:* absque *BT*, *om p* abcisis *ABT* · abscissis *edd.* 26 cepere *p* et quid *ABT:* Ecquid *p et vulgo* barbaris gentibus terram illam (ipsam *T*) *BTp* 27 quique *A* · quiquam *BT*, quidam *p* 28 modestiam *om. T* existimare *T* 30 cartaginensis *B*, carthaginis *A* luxuriebat *T* 31 hostium] hominum *p* 32 fuerit captiuitas incertum *p* quidam *B* 33 loetalibus *A* ut reor leuius *p* 34 Christianum *om. p* 35 docet *om. T* grauius *ABT* · grauiorem *edd.* 36 quod saluator captiuus *B*, *sed* saluator *expunctum* animus *B 1 m.*

qui inter suorum supplicia ridebat, qui iugulari se in suorum iugulis non intellegebat, qui mori se in suorum mortibus non putabat? Fragor, ut ita dixerim, extra muros 71
et infra muros proeliorum et ludicrorum, confundebatur vox morientium voxque bacchantium, ac vix discerni forsitan poterat plebis heiulatio, quae cadebat in bello, et sonus populi, qui clamabat in circo. Et cum haec omnia fierent, quid aliud talis populus agebat, nisi ut cum eum deus perdere adhuc fortasse nollet, tamen ipse exigeret ut periret?

XIII. Sed quid ego loquor de longe positis et quasi in alio orbe submotis, cum 72
sciam etiam in solo patrio atque in civitatibus Gallicanis omnes ferme praecelsiores viros calamitatibus suis factos fuisse peiores. Vidi siquidem ego Treviros ipse, homines domi nobiles, dignitate sublimes, licet iam spoliatos atque vastatos, minus eversos tamen rebus fuisse quam moribus: quamvis enim depopulatis iam atque nudatis aliquid supererat de substantia, nihil autem de disciplina. Adeo graviores in semet hostes externis hostibus erant, ut licet a barbaris iam eversi essent, a se tamen magis everterentur. Lugubre est referre quae vidimus, senes honoratos, decrepitos Chri- 73
stianos, imminente admodum iam excidio civitatis, gulae ac lasciviae servientes. Quid primum hic accusandum est? quod honorati an quod senes an quod Christiani an quod periclitantes? Quis enim hoc fieri posse credat vel in securitate a senibus vel in discrimine a pueris vel umquam a Christianis? Iacebant in conviviis obliti honoris, ob- 74
liti aetatis, obliti professionis, obliti nominis sui principes civitatis cibo conferti, vinolentia dissoluti, clamoribus rabidi, bacchatione furiosi, nihil minus quam sensus sui, immo, quia prope iugiter tales, nihil magis quam sensus sui. Sed cum haec ita essent, plus multo est, quod dicturus sum: finem perditioni huic nec civitatum excidia fecerunt. Denique expugnata est quater urbs Gallorum opulentissima. Promptum est de qua 75
dicam. Sufficere utique debuerat emendationi prima captivitas, ut instauratio peccatorum non instaurasset excidium. Sed quid plura? incredibile est, quod loquor. Ad- 76
siduitas illic calamitatum augmentum illic criminum fuit. Sicut enim anguinum illud monstrum, ut fabulae ferunt, quod multiplicabat occisio, ita etiam in Gallorum excellentissima urbe his ipsis quibus coercebantur plagis scelera crescebant, ut putares poenam ipsorum criminum quasi matrem esse vitiorum. Et quid plura? Ad hoc malorum cotidie pullulantium multiplicatione perventum est, ut facilius esset urbem illam sine habitatore quam ullum paene habitatorum esse sine crimine. Igitur hoc in illa. Quid in alia non longe, sed prope eiusdem magnificentiae civitate? nonne eadem et 77
rerum ruina pariter et morum? Nam praeter cetera, cum duobus illic praecipuis et generalibus malis avaritia et ebrietate omnia concidissent, ad hoc postremo rabida vini aviditate perventum est, ut principes urbis ipsius ne tunc quidem de conviviis surgerent, cum iam urbem hostis intraret. Adeo etiam deus ipsis evidenter, ut credo,

---

2 se in suorum mori *p* 4 heiulatio *A:* eiulatio *BTp* 9 omnes *B s. l.* praecelsiores *AB:* praecellentiores *Tp* 10 siquidem ego treueros ipse (ipsi *A*) *AB:* ego siquidem treueros ipse *T*, ego ipse siquidem Treueros *p*, *fort.* siquidem ego, Treuir ipse, homines homines *AB: om. T et edd.* 11 dominabiles *A* euersos tamen *AB:* tamen e. *T et edd.* 12 fuisse *AB: om. Tp* 13 autem *ABT:* tamen *edd.* 14 hostes *om. p* erat *A* iam a barb. B^1p, iam a barb. iam B^2T 16 iam admodum *Tp* 17 hic *AB: om. Tp* 20 confecti, in uinol. *p* 21 rapidi *BT* 22 immo — sensus sui *om. T* 23 quod] quam *T* perdictoni *A 1 m.* 24 Galloium] *adiecta est in libris glossa* treuer *A* (treuir *BT*, Treueris *p*) qua *A:* quo *BTp* 25 ut] et *p* 26 extaurasset *T* 28 quod *ABTp: om. ed. Baluz. est leve anacoluthon in orationis compositione* 29 his i. quibus *A:* his quibus ipsis *B*, quibus ipsis his *T*, quibus ipsis *p* plagis *om. p* scelera iis *p* 30 quasi] non aliud quam *p* quotidie malorum *Tp* 32 tore (*in* habitatore) *A m. 2 in rasura* poena *A 1 m.* habitatorum *ABT:* habitatorem *edd.* 34 cetaera *A* 36 princeps *T* 37 ipsi *B*

manifestare voluit cur perirent, cum per quam rem ad perditionem ultimam venerant,
78 eam ipsam agerent cum perirent. Vidi ego illic res lacrimabiles, nihil scilicet inter pueros differre et senes. Una erat scurrilitas, una levitas; simul omnia, luxus, potationes, perditiones; cuncta omnes pariter agebant, ludebant, ebriabantur, moechabantur: lasciviebant in conviviis vetuli et honorati, ad vivendum prope iam inbecilli, ad vinum praevalidissimi, infirmi ad ambulandum, robusti ad bibendum, ad gressum nu-
79 tabundi, ad saltandum expediti. Et quid plura? In hoc per cuncta illa, quae diximus, devoluti sunt, ut compleretur in eis dictum illud sermonis sacri: vinum et mulieres apostatare faciunt a deo. Nam dum bibunt, ludunt, moechantur, insaniunt, Christum negare coeperunt. Et miramur post ista omnia, si ruinam rerum suarum passi sunt, qui tanto ante mentibus conruerunt. Nemo itaque urbem illam in excidio suo tantum perisse credat: ubi enim talia acta sunt, prius iam perierant quam perirent.

80 XIV. Dixi de urbibus praeclarissimis. Quid reliquae in diversis Galliarum partibus civitates? numquid non consimilibus habitatorum suorum vitiis conciderunt? Nam ita cunctos crimina sua presserant, ut nec metuerent periculum suum: praenoscebatur captivitas nec formidabatur. Ablatus quippe erat a peccatoribus timor, ne posset esse cautela. Itaque barbaris paene in conspectu omnium sitis nullus erat metus hominum, non custodia civitatum. Tanta animorum vel tanta potius peccatorum caecitas fuit,
81 ut cum absque dubio nullus perire vellet, nullus tamen id ageret ne periret. Totum incuria et segnities, totum neglegentia et gula, totum ebrietas et somnolentia possidebant, secundum illud scilicet, quod de talibus scriptum est: quia sopor domini inruerat super eos. Sopor quippe infunditur, ut perditio subsequatur. Cum enim, ut scriptum est, completis iniquitatibus suis peccator quis meretur ut pereat, providentia ab eo tollitur, ne periturus evadat. Sed haec hactenus. Satis enim, ut arbitror, quod proposui evidenter ostendi, ne in summo quidem rerum discrimine cessasse umquam vitia civium usque ad excidia civitatum.

82 XV. Atque haec fuerunt fortasse, iam non sunt, aut umquam esse cessabunt. Videlicet, si qua adhuc hodie aut civitas aut provincia vel plagis caelestibus caeditur vel hostili populatione vastatur, humiliatur, convertitur, emendatur, et non cunctos ferme Romani nominis populos prius est interire quam corrigi, non prius ipsos quam in ipsis vitia non esse. Denique breviter id probari potest excisa ter continuatis eversionibus summa urbe Gallorum, cum omnis civitas combusta esset, malis et post ex-
83 cidia crescentibus. Nam quos hostis in excidio non occiderat, post excidium calamitas obruebat, cum id, quod in excidio evaserat morti, post excidium non superesset calamitati. Alios enim inpressa altius vulnera longis mortibus necabant, alios ambustos hostium flammis etiam post flammas poena torquebat. Alii interibant fame, alii nuditate, alii tabescentes, alii rigentes, ac sic in unum exitum mortis per diversa moriendi

8) Eccles. 19, 2. 22) I Reg. 26, 12. 24) Gen. 15.

---

1 cum per — cum perirent *om. T* 3 differret senes *B*, et *om. T* 4 moechabantur *Mommsen:* enecabantur *libri cf. v.* 9 5 inbecilli *ABTp* · imbecilles *vulgo* 8 deuoluta *BT* 9 apostare *T* 10 omnia ista *p* ruina *T* 11 in excidio *ABT:* excidio *edd. illud est: dum excidium patitur* 15 nam *AB:* non *Tp* 17 possit *A* 18 metus erat *BTp* 19 uel tanta *AB:* uel *Tp* 22 quia *A: om. BTp* 23 quippe *AB* · quidem *Tp* 25 ut periturus non e. *p* enim *om. p* 26 quae *T* 27 excidium *B* 28 cessabant *A 1 m.* 29 prouintia *A* caeditur *ABT:* afficitur *p* 30 conuertetur *A 1 m.* 31 interiri *B* 32 breuiter id *AB:* id br. *T et edd.* excissa *T haud scio an recte* 33 combusta *A:* bustum *BT et edd.* 35 non *om. p* 36 ambustos *BTp:* combustos *A* 38 moriendi *AB* · *om. Tp*

genera conruebant. Et quid plura? Excidio unius urbis adfligebantur quoque aliae 84
civitates. Iacebant siquidem passim, quod ipse vidi atque sustinui, utriusque sexus
cadavera nuda, lacera, urbis oculos incestantia, avibus canibusque laniata. Lues erat
viventium, foetor funereus mortuorum: mors de morte exalabatur. Ac sic etiam qui
5 excidiis supradictae urbis non interfuerant, mala alieni excidii perferebant. Et quid 85
post haec, inquam, quid post haec omnia? quis aestimare hoc amentiae genus possit?
Pauci nobiles, qui excidio superfuerant, quasi pro summo deletae urbis remedio cir-
censes ab imperatoribus postulabant. Vellem mihi hoc loco ad exequendam rerum
indignitatem parem negotio eloquentiam dari, scilicet ut tantum virtutis esset in queri-
10 monia quantum doloris in causa. Quis enim aestimare possit, quid primum in his, de 86
quibus diximus, accusandum sit, inreligiositas an stultitia an luxuria an amentia?
totum quippe in illis est. Quid enim aut inreligiosius quam petere aliquid in iniuriam
dei? aut quid stultius quam quid petas non considerare? aut quid tam perditi luxus
quam in luctu res desiderare luxuriae? aut quid amentius quam in malis esse et ma-
15 lorum intellegentiam non habere? Quamquam in his omnibus nulla res minus culpanda
est quam amentia, quia voluntas crimen non habet, ubi furore peccatur. Quo magis 87
hi, de quibus loquimur, accusandi sunt, quia sani insaniebant. Circenses ergo, Tre-
veri, desideratis, et hoc vastati, hoc expugnati, post cladem, post sanguinem, post
supplicia, post captivitatem, post tot eversae urbis excidia? Quid lacrimabilius hac
20 stultitia, quid luctuosius hac amentia? Fateor, miserrimos esse vos credidi, cum ex-
cidia passi estis, sed miseriores vos video, cum spectacula postulatis. Putabam enim
vos in excidiis rem tantum atque substantiam, nesciebam etiam sensum atque intelle-
gentiam perdidisse. Theatra igitur quaeritis, circum a principibus postulatis? cui 88
quaeso statui, cui populo, cui civitati? Urbi exustae et perditae, plebi captivae et
25 interemptae, quae aut periit aut luget: de qua etiam si quid superest, totum calami-
tatis est; quae cuncta aut maestitudine est anxia aut lacrimis exhausta aut orbitate
prostrata, in qua nescias paene cuius sit sors peior ac durior, interfectorum an viven-
tium. Tantae enim sunt miseriae superstitum, ut infelicitatem vicerint mortuorum.
Ludicra ergo publica, Trever, petis? ubi quaeso exercenda? an super bustum et cine- 89
30 res, super ossa et sanguinem peremptorum? Quae enim urbis pars his malis omnibus
vacat? ubi non cruor fusus, ubi non strata corpora, ubi non concisorum membra la-
cerata? Ubique facies captae urbis, ubique horror captivitatis, ubique imago mortis.
Iacent reliquiae infelicissimae plebis super tumulos defunctorum suorum, et tu circen-
ses rogas: nigra est incendio civitas, et tu vultum festivitatis usurpas: lugent cuncta,
35 tu laetus es. Insuper etiam inlecebris flagitiosissimis deum provocas et superstitionibus
pessimis iram divinitatis inritas. Non miror plane, non miror evenisse mala tibi, quae
consecuta sunt; nam quia te tria excidia non correxerant, quarto perire meruisti.

XVI. Haec autem omnia ideo copiosius paulo prolata sunt, ut probaremus scilicet 90

---

1 unius excidio *Tp* aliae quoque *p* 2 passim *B s. l.* uideat quae *A 1 m.* 3 orbis *A 1 m.* incessantia *A* 4 exhalabatur *p* 5 urbes *A 1 m.* aliene *A 1 m.* 6 existimare *T* 7 urbes *A 1 m.* 8 in hoc l. ad exequendum *Tp* ad *om. B* 9 dare *A* 10 existimare *p*, extimare *T* 12 enim aut *ABTp:* enim *vulgo* in iniuria *A*, iniuria *BTp* 13 petas *A et corr. T:* pietas *BT 1 m. p* 14 luxurire *A 1 m.* quid tam a. *T* 15 quanquam *Ap* iis *p* 17 hii *B* 20 uos esse *Tp* 21 expectacula *A 1 m.* exspectacula *B*, et spectacula *Tp, sed T ex corr.* 24 populi *B* et perd. *ABTp:* ac perd. *vulgo* 27 cuius *B s. l.* durior *AB:* deterior *Tp* an *AB:* aut *Tp* 28 miseriae sunt *BTp* 29 Treuir *B corr. Tp* super bustum *Tp:* super bustam *B*, superbos tam *A*, super busta *vulgo* 30 enim *om. T* 32 terror *p* 33 defunctorum *A:* mortuorum *BTp* tu *B s. l.* 34 et tumultum *T* 36 euenisse mala tibi *A:* tibi euenisse mala *BT et edd.* 37 te tria *AB:* tria *T*, tua te *p* correxerunt *BTp*

omnia quae pertulimus non inprovidentia nos dei atque neglectu, sed iustitia, sed iudicio, sed aequissima dispensatione et dignissima retributione tolerasse, neque ullam penitus Romani orbis aut Romani nominis portionem, quamlibet graviter plagis caelestibus caesam, umquam fuisse correctam. Et ideo nequaquam uti meremur prosperis, quia non corrigimur adversis. Quamvis nobis etiam indignis interdum tribuantur bona, quia bonus dominus quasi indulgentissimus pater, etsi nos nonnumquam sinit pro peccatis nostris humiliari, non diu tamen patitur adfligi, et ideo nunc asperis rebus
91 castigat suos pro disciplina, nunc tranquillis fovet pro indulgentia. Sicut enim optimi ac peritissimi medici dissimilibus morbis curas dispares praestant atque aliis per dulcia medicamina, aliis per amara succurrunt, et quosdam curant cauteriorum adustione, quosdam malagmatum placabilitate, aliis adhibent duram ferri prosectionem, aliis blandam infundunt olei lenitatem, et tamen diversissimis licet curis eadem salus quaeritur: ita etiam deus noster, si quando nos plagis austerioribus coercet, quasi cauteriis ac sectionibus curat, quando autem rebus prosperis refovet, quasi oleo ac malagmatibus consolatur; per diversam enim medicaminum opem ad unam vult nos perducere sani-
92 tatem. Solent quippe etiam nequissimos servos, quos supplicia non correxerint, blandimenta corrigere, et quos dominis suis verbera non summiserint, beneficia summittunt. Infantes quoque et omnes fere parvulos contumaces, quos morigeros minae ac ferulae non efficiunt, interdum panchresta atque blanditiae ad oboedientiam trahunt. Unde intellegere debemus nos et servis nequissimis nequiores et insipientibus parvulis stultiores esse, quos nec quasi malos servos tormenta corrigunt nec quasi infantulos blandimenta convertunt.

93 XVII. Et quidem quemadmodum nullam Romani nominis partem poena correxerit, satis, ut arbitror, iam probavimus: superest ut quemadmodum nec munera nec blandimenta nos dei corrigant comprobemus. Munera autem dei et blandimenta quae sunt? quae scilicet nisi pax nostra et quies nostra et famulantes votis ac voluntatibus nostris rerum secundarum tranquillitates? Aliquid ergo, quia res exigit, etiam speciale dicamus. Igitur quotiens in metu, in angustiis, in periculis sumus, cum aut civitates ab hostibus obsidentur aut provinciae populatione vastantur aut quibuscumque rerum adversitatibus rei publicae membra caeduntur et opem caelestis manus votis precamur, si quo sacrae miserationis auxilio aut salvatae urbes fuerint aut finita populatio aut hostiles exercitus fusi et metus omnis dono divinitatis ablatus, quid statim post haec
94 omnia facimus? Compensare, credo, domino deo nostro cultu, honore, reverentia beneficia, quae ab eo acceperimus, adnitimur; hoc enim est consequens atque id etiam usus vitae humanae habet, ut referatur gratia faeneratoribus gratiarum et recipiant vicem munerum munerantes. Ita nos ergo forsitan facimus atque humanis saltim cum deo nostro retributionibus agentes, cum ab eo bona accipimus, bona reddimus. Ad domus videlicet dominicas statim currimus, corpora humi sternimus, mixtis cum fletu gaudiis supplicamus, inlustramus donariis sacra limina, aras muneribus implemus et,

---

1 prouidentia *A 1 m. B* nos dei *om. T* 2 aequissima et dignissima dispensatione tolerasse *p* 3 urbes *A 1 m.* 4 mereremur *AB, sed* re *in A punctata,* merentur *T* 8 fouit *A 1 m.* 11 prosectionem *AB:* sectionem *p,* profectionem *T* 13 et *p* 15 medicaminum *AB: om. Tp* uult nos *A:* nos uult *BT et edd.* 16 correxerunt *Tp* 17 summiserint *Tp:* summiserant *AB* 19 pancrestra *T* 25 quae sunt *A:* quaenam sunt *p et vulgo,* quaedam sunt *BT* 26 uoluntatibus *nos:* uoluptatibus *libri* 27 specialem *A 1 m.* spirituale *T* 28 quoties *ABp, item p.* 83, 10 impericulis *A* 29 prouintiae *Ap* 31 seruatae *p* depopulatio *T* 32 hostilis *A 1 m.* hostili *B* 34 accepimus *BTp* 36 nos ergo *A:* ergo nos *BT et edd.* 37 accipimus *AB:* accepimus *T et edd.* reddamus *T* 38 domus *A 1 m. BT:* domos *A corr. p* scilicet *T* statim dominicas *Tp* 39 implemus *om. p*

quia ipsi dono illius festi sumus, templis quoque ipsius vultum nostrae festivitatis induimus, aut certe, quod ei non minus cordi est, prioribus vitae vitiis renuntiamus, operum bonorum victimas caedimus et pro gaudiis novis novae conversionis hostias immolamus, omnibus denique immunditiis bellum sanctum indicimus, circorum insanias fugimus, foeditates theatralium ludorum execramur, vovemus domino novam vitam et ad obtinendam eius perpetuo protectionem nosmetipsos deo sacrificamus.

XVIII. Cum haec ergo, quae diximus, pro recentibus beneficiis dei debeant fieri, 95
videamus, quae fiant. Ad ludos protinus curritur, ad insanias convolatur, in theatris populus diffunditur, in circis plebs tota bacchatur. Ille nobis ad hoc bona praestat, ut boni simus, nos e diverso, quotiens bona accipimus, mala nostra cumulamus: ille nos beneficiis suis vocat ad probitatem, nos ruimus in improbitatem: ille nos beneficiis suis provocat ad compunctionem, nos ruimus in dissolutionem: vocat ille ad castitatem, nos ruimus in impuritatem. Praeclare videlicet sacris muneribus respondemus, prae- 96
clare dona eius vel agnoscimus vel honoramus, qui quantum ab eo beneficii accipimus, tantum ei iniuriarum repensamus. Aut iniuria dei hoc forte non est aut esse indignior potest, * * multis ac magnis opus sit? Sed quia inveterata in nobis malorum omnium labe aliter iam non vitiosi esse non possumus, nisi ut omnino non simus, quae in nobis, rogo, spes bonae frugis est? Qui ignorantia peccant, errore agnito corriguntur: 97
qui religionis expertes sunt, cum mutaverunt sectam, mutare incipiunt disciplinam: postremum, ut dixi, qui aut abundantia nimia aut securitate vitiantur, desinunt esse perditi, cum destiterint esse securi. Nos nec ignorantia labimur nec religionis expertes sumus nec prosperitate rerum ac securitate corrumpimur: omnia siquidem e diverso sunt. Religionem novimus, ignorantia non excusamur, pacem et divitias priorum tem- 98
porum non habemus, omnia, quae fuerunt, aut ablata aut immutata sunt: sola tantum vitia creverunt. Nihil nobis de pace et prosperitate pristina reliquum est nisi sola omnino crimina, quae prosperitatem non esse fecerunt. Ubi namque sunt antiquae Romanorum opes ac dignitates? Fortissimi quondam Romani erant, nunc sine viribus: timebantur Romani veteres, nos timemus: vectigalia illis solvebant populi barbarorum, nos vectigales barbaris sumus. Vendunt nobis hostes lucis usuram, tota admodum salus nostra commercium est. O infelicitates nostras! ad quid devenimus! Et pro 99
hoc gratias barbaris agimus, a quibus nos ipsos pretio comparamus. Quid potest esse nobis vel abiectius vel miserius? Et vivere nos post ista credimus, quibus vita sic consistat! Insuper etiam ridiculos ipsi esse nos facimus: aurum, quod pendimus, munera vocamus. Dicimus donum esse, quod pretium est, et quidem pretium condicionis durissimae ac miserrimae. Omnes quippe captivi, cum semel redempti fuerint, libertate potiuntur: nos semper redimimur, et numquam liberi sumus. Illorum more dominorum nobiscum barbari agunt, qui mancipia obsequiis suis non necessaria mer-

---

2 est prioribus cordi *B*, est cordi (*om.* prioribus) *T* (minus est prioribus ex ipso corde uitiis *p*) 3 conuersionis *A*: conuersationis *BT et vulgo*, conseruationis *p* 5 foeditatis *A 1 m.* execramus *T* 6 optinendam *A* 10 accepimus *Tp*, *item v.* 14 13 respondimus *A 1 m.* 15 iniuriarum *p*: iniuriam *A*, iniurias *BT* 16 multis *ABT*, aut multis *p ex interpolatione* sed animarum. quia inueterata *A*, sed inuet. quia animarum *BT; locum corruptum esse manifestum est* 17 labi *A 1 m.* 18 fruges *A 1 m.* *verba* errore agnito corriguntur. qui religionis expertes sunt *in A post vv.* e diuerso sunt (*v.* 22) *leguntur* 19 sunt *om. p* cum mut.] commutauerunt *ABTp* 20 postremum *A*: postremo *BT et edd.* desimus *T* esse — destiterint *om. T* 27 ac *AB*: et *Tp* 28 terrebant R. *p* soluebantur *A* 29 simus *B* 30 nostras *A*: nostrae *BTp* 32 abiecitos uel miserios *A 1 m.* 33 consistat *A* (*corr. ex* consistant): constat *BT et edd.* esse *AB*: *om. Tp* pendemus *B* 36 redemimur *A 1 m.* 37 obsequis *B*

cedibus dependendis locant. Similiter enim nos numquam ab hac sumus liberi functione, quam pendemus: ad hoc quippe mercedes iugiter solvimus, ut sine cessatione solvamus.

LIBER VII.

1 I. Cum in conclusione libelli huius, qui nunc finitus est, de infirmitate ac miseria Romanorum nonnulla dixerim, contraria forsitan negotio, quod nunc agimus, dixisse videamur. Scio enim posse hoc loco subici, hinc maxime probari, quod non respiciat res humanas deus, quia, cum Romani quondam pagani et vicerint et regnaverint, nunc Christiani et vincantur et serviant. Sufficere quidem ad confutationem obiectionis istius poterant illa, quae dudum de cunctis fere paganis gentibus dicta sunt, id est, magis
2 peccare eos, qui scientes neglegant legem dei quam qui non faciant nescientes. Sed tamen, si deus annuit, cum ad eam negotii partem accesserimus, ut de veteribus Romanis aliqua dicantur, evidenter divino munere adprobabimus, tam iustum tunc erga illos fuisse domini favorem quam nunc erga nos iustam severitatem, et tam dignum illud fuisse, quod Romanos tunc deus auxilio suo extulit, quam nunc dignum esse,
3 quod punimur. Atque utinam poena ipsa prodesset! Illud gravius multo ac luctuosius, quod post poenam nulla correctio est. Curare nos vult castigationibus suis dominus, sed curam remedia non secuntur. Quid hoc mali est? Iumenta ac pecudes sectione curantur, et putrefacta mulorum, asinorum, porcorum viscera, cum adusta cauteriis fuerint, munus medicae adustionis agnoscunt, statimque, ubi aut cremata aut desecta fuerit vitiatorum corporum labes, in locum demortuae carnis viva succedit.
4 Nos et urimur et secamur, sed nec ferri desectione nec cauteriorum adustione sanamur, immo, quod est gravius, cura ipsa deteriores sumus. Et ideo non frustra nobis evenit, quod evenire pecudibus et iumentis solet, quae inremediabiles morbos ferunt. Nam in omnibus partibus mundi, quia curis medicantibus non corrigimur, morte atque occi-
5 sione finimur. Ecce enim, ut non repetam quae multo ante iam dixi, hoc ipsum quale est, quod paulo ante memoravi, scilicet quia et miseri pariter et luxuriosi sumus? Esto enim sint vitia ista felicium (quamvis nemo idem et probrosus esse possit et felix, quia ubi non est vera honestas, non est vera felicitas), sed tamen, ut supra dixi, esto sint vitia ista et longae pacis et opulentae securitatis. Cur, quaeso, illic sunt, ubi iam nulla pax, ubi nulla securitas? in omni enim ferme orbe Romano et pax et se-
6 curitas non sunt. Cur sola tantum vitia perdurant? Quis, rogo, ferre possit in homine

---

1 dispendendis *T*, promerendis *p* nos numquam *AB:* non unquam *Tp* 2 pendemus *BT:* pendimus *Ap* mercedis *A 1 m.* 3 *sequitur in A subscriptio:* EXPLICIT LIB. SEXTUS. INCIPIT LIBER SEPTIMUS LEGE FELICITER, *item in B sed sine* lege felic. 5 in conclusione *BT:* INCLUSIONE *A*, Cum autem de infirmitate (*mediis omissis*) *p* 6 nonnulli *A 1 m.* 7 uidebimur *p* hoc loco posse *T* probare *A* 8 humanas res *BTp* cum *om. T* 11 negligunt *T* faciunt *BTp, item A 1 m. sed eadem corr.* 12 si *om. BT* annuit *ABp:* auuit *T*, annuerit *vulgo* 13 adprobamus (app. *T*) *BT* 14 et *ABTp: om. vulgo* 16 punimur *A:* puniuntur *BTp* ac luctuosius multo *BTp* 17 correptio *T* 18 non remedia *Tp* 20 crementa *A 1 m.* 25 quia *A corr. ex* qui, *item v.* 29 meditantibus *B* 26 iam] eam *B* 28 idem *A:* quidem *BTp* et (*ante* probrosus) *om. p* possit esse *BTp* 29 tamen *AB:* modo *Tp* 30 ista] *sequuntur in p verba* flagitiis suis *p.* 86, 15 *usque ad* in domo autem sua *cap.* 4, *p.* 87, 24 et longae *om. p* opulentiae (epul- *T*) securitas *Tp* 31 urbe *A 1 m. BTp* romana *BTp* et pax *A:* pax *BT et edd.* et (*ante* securitas) *B s. l.* 32 uitia tantum *BTp*

egestuoso esse lasciviam? Criminosior quippe est luxuriosa paupertas et maioris invidiae miser nugas. Totus Romanus orbis et miser est et luxuriosus. Quis, quaeso, pauper et nugas, quis captivitatem expectans de circo cogitat, quis mortem metuit et ridet? Nos et in metu captivitatis ludimus et positi in mortis timore ridemus. Sardonicis quodammodo herbis omnem Romanum populum putes esse saturatum: moritur et ridet. Et ideo in omnibus fere partibus mundi risus nostros lacrimae consequuntur, ac venit etiam in praesenti super nos illud domini nostri dictum: vae vobis, qui ridetis, quoniam flebitis.

II. Sed forsitan, cum de ludicris ac foeditatibus publicis diutissime dixerimus, in 7
hoc tantum deteriores esse nos putes barbaris, quia illi haec non agant, nos agamus, ceterum ipsos carnalis libidinis scelere et fornicationis funestae caeno non ita pollui. Comparemus, si placet, ceteris nationibus etiam in hac parte Romanos. Et quidem nescio an ullis rectius comparentur quam his, quos deus in medio rei publicae sinu positos possessores fecit ac dominos soli esse Romani. Unde quamvis nihil disputari de iudicio dei possit, tamen cum ablatam nobis iuris nostri optimam partem barbaris dederit, videamus, an id, quod nobis tulit et illis tradidit, iusto iudicio tradidisse videatur. Nemini dubium est Aquitanos ac Novempopulos medullam fere omnium 8
Galliarum et uber totius fecunditatis habuisse, nec solum fecunditatis, sed, quae praeponi interdum fecunditati solent, iucunditatis, pulchritudinis, voluptatis. Adeo illic omnis admodum regio aut intertexta vineis aut florulenta pratis aut distincta culturis aut condita pomis aut amoenata lucis aut inrigua fontibus aut interfusa fluminibus aut crinita messibus fuit, ut vere possessores ac domini terrae illius non tam soli istius portionem quam paradisi imaginem possedisse videantur. Quid ergo post ista omnia? 9
Officiosiores absque dubio deo esse debuerant, quos peculiariter deus abundantissima beneficiorum suorum dote ditaverat. Quid enim rectius aut quid dignius, quam ut quibus per munera sua dominus quasi specialiter videbatur placere voluisse, idem quoque specialius domino cultu ac religione placuissent, praesertim cum a nobis deus nil onerosum, nil grave exigat. Non enim nos ad aratra aut ad ligones vocat, non ad scindendas terras neque ad vineas pastinandas, non denique illa exigit a servis suis, quae nos exigimus a nostris. Quid namque ait? Venite ad me omnes, qui la- 10
boratis et onerati estis, et ego vos reficiam: tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et in-

30) Matth. 11, 28.

---

1 maiores *A 1 m. BT*, maioris est *p* inuidias *BT* 2 nugas *ABT:* nugator *p*, nugax *vulgo; formam* nugas *satis firmant vetera glossaria* totus — nugas *om. Tp* orbis *AB corr. ex* urbis 3 nugas *AB:* nugax *edd.* mortem metuit *A:* metuit mortem *BT et edd.* (qui captiuitatem — qui mortem *ed. Baluzii invitis libris*) et *B s. l.* 4 ridit *A 1 m.* (*item paulo post*), irridet *Bp* et (*ante* positi) *in B erasum* immortis *A* ridimus *A 1 m.* 5 populum romanum *T* esse *om. p* 7 ac uenit *A 1 m. BTp:* aduenit *A corr. m. 2 et hinc vulgo* impraesenti *A* 10 putes *p:* putet *ABT*, tantum quis . . putat *vulgo* agant *AB:* agunt *T et edd.* agamus *A:* agimus *BT et edd.* 11 ipsos *A:* ipso *BT et edd.* carnales libidines *A* 13 sinu] suae *p* 16 *fort.* tollit *cf. ad 5, 43* 17 est *B s. l.* ac nouem *AB:* et nouem *T*, omnes *p* 19 fecunditate *A 1 m.* uoluptatis iocund. pulchrit. *Tp* addo *A* 20 ammodum *A*, admodo *B 1 m.* interserta *T* ueneis *A 1 m.* uiuens *T* cultoris *A 1 m.* 21 condita *ABT:* consita *A corr. m. 2 et edd. illud est nostrum: gewürzt durch den Duft der Obstbäume* inrigua *A:* inrigata *B*, irrigata *Tp* 22 circumdata messibus *p* ac *AB:* et *Tp* domine — sole *A 1 m.* 24 officiores *A 1 m.* peculiariter *A:* specialiter *BTp* 25 dictauerat *A 1 m.* 26 idem *AB:* iidem *Tp* 27 diuino (*ex corr.*) cultu *T* nihil honerosum *B* 28 uos ad aratra ut ad *T* 29 suis seruis *BT* 31 honorati *A 1 m.* reficiam uos *Tp*

venietis requiem animabus vestris; iugum enim meum suave est et onus meum leve est. Non ergo nos ad laborem vocat dominus, sed ad refectionem. Quid namque a nobis exigit, quid praestari sibi a nobis iubet, nisi solam tantummodo fidem, castitatem, humilitatem, sobrietatem, misericordiam, sanctitatem? quae
11 utique omnia non onerant nos, sed ornant. Nec solum hoc, sed ideo vitam praesentem ornant, ut futuram ornare plus possint. O bonum, o pium, o inaestimabilis misericordiae dominum! qui ad hoc nobis in praesenti religionis munera tribuit, ut ipsa in nobis postea quae nunc dat munera muneretur. Tales igitur etiam omnes absque dubio Aquitani esse debuerant, et quidem, ut diximus, specialius tales, quia
12 specialia dei munera possidebant. Et quid post haec omnia? quid secundum est? quid nisi cuncta quae e diverso sunt? In omnibus quippe Galliis, sicut divitiis primi fuere, sic vitiis; nusquam enim improbior voluptas, nusquam inquinatior vita, nusquam corruptior disciplina. Hanc pro muneribus sacris dederunt domino retributionem, ut in quantum eos beneficiis suis ille ad se inlexerat ad propitiandum, in tantum illi flagitiis suis laboraverint ad exacerbandum.

13 III. An forte falsum est et invidiose potius quam vere ista dicuntur? Non utar ea probatione, qua uti alii in causis solent, ut producam quoscumque ad probandum, aut paucos aut extraneos aut minus idoneos testes: ipsos interrogemus, a quibus acta sunt. Falsum diximus, si negarint. Fatentur enim et quidem, quod est gravius, sic fatentur, ut in ipsa confessione non doleant. Idem enim nunc est animus in fatentibus qui in agentibus fuit. Sicut tunc non puduit flagitia committere, sic nunc omnino
14 non paenitet flagitiosa fecisse. Exceptis tamen perpaucis ferme sanctis atque insignibus viris, qui, ut quidam de numero ipsorum ait, sparsis redemerunt crimina nummis, exceptis, inquam, his loquor, quos utique etiam in illa tunc generali admodum conluvione vitiorum recte minorum criminum reos fuisse credimus, qui corrigi a divinitate meruerunt. Non penitus enim dominum suum laedit, cui propitiatio reservatur. Et quid plura? Puto, quod semper deum et in ipso errore respexerit, a quo
15 hoc obtinere potuit, ne diutius erraret. Ceteri autem et plurimi ferme ac nobilissimi prope idem omnes: paene unus gurges omnium gula, paene unum lupanar omnium vita. Et quid dicam de lupanaribus? minoris quippe esse criminis etiam lupanar puto. Meretrices enim, quae illic sunt, foedus conubiale non norunt ac per hoc non maculant quod ignorant: impudicitiae quidem piaculo sunt obnoxiae, sed reatu tamen adulterii non tenentur. Adde huc, quod et pauca ferme sunt lupanaria et paucae, quae in his
16 vitam infelicissimam adamavere meretrices. Apud Aquitanicas vero quae civitas in locupletissima ac nobilissima sui parte non quasi lupanar fuit? Quis potentum ac divitum non in luto libidinis vixit? quis non se barathro sordidissimae conluvionis in-

---

1 est *om. p* 2 leue est *AB:* leue *T et edd.* ad laborem nos *T* 3 praestare *A* 6 plus ornare *B* o bonum *AB: om. Tp* 7 quia hoc *A 1 m.* 8 munerentur *T* talis *A 1 m.* 10 secundum est (*i. e.* sequitur) *AB:* secutum est *A corr. m. 2 Tp* 11 e diuersa *T*, diuersa *p* 14 illeserat *T* illi felicium et longe flagitiosius (*om.* suis) *p*, *cf. ad p.* 84, 30 15 laborauerunt *Tp* 16 odiose *p*, odiosum *BT* non utar ea *scripsi:* non ut scire|a *A*, non ut ore a *B*, non oratoria *Tp et vulgo ex interpolatione* 17 solent *ABTp:* solent, utar *vulgo* 18 ad (*pro* aut) paucos *B* 19 falsum *A:* falsum ut *BT*, falsum sit quod *p* negarint *A corr. BTp:* negarent *A 1 m.* negauerint *vulgo* fatemur *T* enim] etiam *p* sic] et *T* 20 in fantibus *T* 21 puduit *BTp:* potuit *A 1 m.* poenituit *A 2 m. corr.* 23 ait] erat *T* 24 loquor quos *A:* quos loquor *BTp*, quos loquor, quos *vulgo verborum structura non perspecta* 26 laedit (ludit B^1) suum *Bp*, dedit suum *T* 27 deum *om. p* 30 quippe esse *AB: om. Tp* etiam criminis *Tp* delupanar (-ari *corr.*) *A* 31 norant *B* 32 quidem *A:* enim *BTp* 33 huc *AB et Rittershusius:* huic *Tp* 34 adamauere *scripsi:* damnauere *ABT* (uiuunt. Damnauere meretrices apud Aquitanos: at ubi ea ciuitas *p*) meritricis *A 1 m.* aquitanicas *A 1 m. BT:* aquitanicos *A corr. et vulgo* in *punctatum in A* 36 baratro *AB*

mersit? quis coniugi coniugii fidem reddidit? immo, quantum ad passivitatem libidinis pertinet, quis non coniugem in numerum ancillarum redegit et ad hoc venerabilis conubii sacramenta deiecit, ut nulla in domo eius vilior videretur maritali despectione quam quae erat princeps matrimonii dignitate?

IV. Cogitat forte aliquis non ita ad plenum esse ut loquor: habuisse enim illic 17
matres familias ius suum et dominarum honorem potestatemque tenuisse. Verum est. Habuerunt quidem multae integrum ius dominii, sed nulla ferme impollutum ius matrimonii. Et nos modo non quaerimus, quae mulierum potestas, sed quam corrupta virorum fuerit disciplina. Quamvis nec potestatem quidem illic matres familias integram habuisse dicam, quia quaecumque ius conubii inviolatum ac salvum non habet, nec dominii salvum habet. Haud multo enim matrona abest a vilitate servarum, ubi pater familias ancillarum maritus est. Quis autem Aquitanorum divitum non hoc fuit? 18
quem non sibi ancillae impudicissimae aut adulterum aut maritum iure duxerunt? Equi enim emissarii, ut propheta ait, in feminas facti erant: unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Atque illi, de quibus haec scripta legimus, et minore fortasse crimine et minore, ut reor, numero criminum ac passivitate peccabant. Hi autem vere ut emissarii equi non ad paucas tantum, sed paene ad omnes vernulas suas, id est quasi ad greges proprios hinniebant, et in morem eorum pecudum, qui mariti gregum appellantur, fervidae libidinis debacchatione grassantes, in quamcumque eos primum feminam ardens impudicitiae furor traxerat, inruebant. Hic iam quaero a sapientibus, cum haec ita essent, quales putent fuisse illic familias, 19
ubi tales erant patres familias? quantam servorum illic corruptelam, ubi dominorum tanta corruptio? Morbido enim capite nil sanum est, neque ullum omnino membrum officio suo fungitur, ubi quod est principale non constat. In domo autem sua dominus quasi corporis sui caput est et vita eius cunctis norma vivendi. Pessimumque hoc est in hoc negotio, quod libentius omnes deteriora sectantur, et facilius mala institutio depravat bonos quam bona emendat malos. Porro autem cum etiam boni atque honesti 20
patres familias famulos bonos facere non possint, quantam illic putamus fuisse labem familiarum, ubi domini erant impuritatis exemplum? quamvis non exemplum illic tantummodo malum fuerit, sed vis ac necessitas quaedam, quia parere impudicissimis dominis famulae cogebantur invitae et libido dominantium necessitas subiectarum erat. Ex quo intellegi potest quantum caenum impudicarum sordium fuerit, ubi sub impurissimis dominis castas esse, etiamsi voluissent, feminas non licebat.

V. Sed videlicet difficile hoc probari potest et nulla omnino extant praeteritarum 21
turpitudinum flagitiorumque vestigia. Ecce etiam nunc multi ex eis, licet patria careant et in comparatione praeteritarum opum pauperes vivant, peiores ferme sunt quam

14) Jerem. 5, 8.

---

1 coniugi coniugii *Pithoeus:* coniugi coniugi *AB*, coniugi *T et corr. m. 2 A*, coniugii *p* 2 redigit *A 1 m. T* 3 deicit *A 1 m.* maritali *A:* in maritali *BT et edd.* 4 quam qui *A 1 m.* 5 loquar *A 1 m.* 6 matris *A* ius suum *BTp:* suum *A* 7 habent *B 1 m.* domini *AB* 8 et] at *Rittershusius* uirorum corrupta *Tp* 9 matris familiae *A* 11 dominium *p* haud *A corr. ex* aut, haut *B* multo *ABT:* multum *edd.* abest a *BTp:* ab ista *A* 12 pater familiae *A* 13 duxerunt *A:* dixerunt *BT et edd.* 14 amissarii *A, item v.* 17 erant *AB:* fuerunt *T*, sunt *edd.* 15 ad *A:* enim ad *BT et edd.* uxores *Tp* 15 iniebat *T* 18 iniebant *T* 22 quantam — corruptelam *A:* quanta — corruptela *BT et edd.* 25 norma *AB:* quasi norma *Tp* est hoc *BTp* 27 deprauat *AB:* damnat *Tp* emendet *B* 28 patris familiae *A* 30 malum *om. p* 32 sordidum *A* 36 comparationem *BT* patriarum *T*

fuerunt. Peiores autem non uno modo, quia etsi eadem faciunt, quae ante faciebant, hoc ipso tamen deteriores sunt, quia a scelere non cessant. Siquidem facinora eorum, etsi genere ipso maiora non sint, attamen plura sunt, ac per hoc etsi criminum novi-
22 tate non crescant, pluralitate cumulantur. Adde autem quod haec, ut dixi, faciunt iam senes, adde quod pauperes; utrumque enim sceleris augmentum est. Minus si- 5 quidem prodigiosum est peccare iuvenes, peccare locupletes. Quae autem in iis spes aut remedium est, qui ab usitata impuritate nec miseriarum egestate nec vitae extremitate revocantur? Esto enim quosdam aut stulta praesumptio longae vitae aut spes quandoque agendae paenitentiae consoletur: nonne novum hoc monstri genus est, esse aliquos etiam in morte vitiosos? Quae cum ita sint, numquid est aliquid, quod dici 10 amplius possit? Sed adhuc tamen addimus, scilicet quod multi haec agunt hodie etiam inter hostes siti et cotidiano discrimine ac timore captivi, cumque ob impurissimam vitam traditi a deo barbaris fuerint, impuritates tamen ipsas etiam inter barbaros non relinquunt.

23 VI. Sed tales forte hostes sunt, inter quos agunt, ut eos ista delectent et offen- 15 dantur gravissime, si, cum ipsi impudici sint, videant castos esse Romanos. Quod si ita esset, nequaquam tamen facere nos improbos improbitas deberet aliena, quia quemlibet hominum magis sibi praestare convenit ut sit bonus, quam alteri ut sit malus, et plus id laborandum est, ut placeamus deo per honestatem quam ut hominibus per impuritatem; ac perinde, etiamsi inter impudicos quis barbaros vivat, magis tamen 20 pudicitiam sequi debet, quae sibi expedit, quam impudicitiam, quae impuris hostibus
24 placet. Sed quid accedit insuper ad mala nostra? Inter pudicos barbaros impudici sumus. Plus adhuc dico: offenduntur barbari ipsi impuritatibus nostris. Esse inter Gothos non licet scortatorem Gothum: soli inter eos praeiudicio nationis ac nominis permittuntur impuri esse Romani. Et quae nobis, rogo, spes ante deum est? Impudi- 25 citiam nos diligimus, Gothi execrantur: puritatem nos fugimus, illi amant: fornicatio
25 apud illos crimen atque discrimen est, apud nos decus. Et putamus nos ante deum posse consistere, putamus posse nos salvos esse, quando omne impuritatis scelus, omnis impudicitiae turpitudo a Romanis admittitur et a barbaris vindicatur? Hic nunc illos requiro, qui meliores nos putant esse quam barbaros: dicant quid horum vel pau- 30 cissimi Gothi faciant, vel quid non horum Romani omnes vel paene omnes? Et miramur, si terrae vel Aquitanorum vel nostrorum omnium a deo barbaris datae sunt, cum eas, quas Romani polluerunt fornicatione, nunc mundent barbari castitate?

26 VII. Sed forte hoc in Aquitanis tantum. Transeamus etiam ad alias mundi partes, ne de solis tantummodo Galliis dixisse videamur. Quid? Hispanias nonne vel 35 eadem vel maiora forsitan vitia perdiderunt? quas quidem caelestis ira etiamsi aliis quibuslibet barbaris tradidisset, digna flagitiorum tormenta toleraverant puritatis inimici. Sed accessit huc ad manifestandam illic impudicitiae damnationem, ut Wanda-
27 lis potissimum, id est pudicis barbaris traderentur. Dupliciter in illa Hispanorum captivitate ostendere deus voluit, quantum et odisset carnis libidinem et diligeret 40

---

3 genere ipso *om. p* sint *AB:* sunt *Tp* actamen *T* 4 crescant *A:* crescunt *BTp* 6 his *B* 8 longeuitate *BT* 10 quae *om. A 1 m.* 11 addamus *p* hodie *om. T* 15 inter *Bp:* in *A, om. T* 19 quam hominibus *B 1 m.* 20 proinde *Rittershusius* pudicos quis barbarus *A* 21 pudiciam *B* sequi debet] amet siquidem *p* 22 accedit *B et Rittershusius:* accidit *ATp* 24 iudicio praeiudicio *BT* 28 nos posse *Tp* 31 faciunt *BTp* penes *A 1 m. T* 32 nostrum *BTp* 33 polluerunt *A:* polluerant *BT et edd.* 34 Aquitanis *scripsi:* aquitanos *A,* aquitanicis *BTp et vulgo* 35 Galliis *ABT:* Gallis *edd.* spanias *A 1 m.* 37 digna tamen flag. *p* tolerauerunt *p* 38 huc *ABT:* hoc *edd.* manifestandam *BTp* · manifestandum *A* 39 pudissimum *A* pudicis *AB:* publicis *Tp* 40 carnis] acrius *p*

castitatem, cum et Wandalos ob solam maxime pudicitiam superponeret et Hispanos ob solam vel maxime impudicitiam subiugaret. Quid enim? numquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hispaniae traderentur? Multi absque dubio, immo, ni fallor, omnes. Sed ideo ille infirmissimis hostibus cuncta tradidit, 28
5 ut ostenderet scilicet non vires valere, sed causam, neque nos tunc ignavissimorum quondam hostium fortitudine obrui, sed sola vitiorum nostrorum impuritate superari: ut vere in nos venerit dictum illud, quo ait dominus ad Iudaeos: secundum inmunditias suas et secundum iniquitates suas feci illis, et averti faciem meam ab eis. Et alibi ad gentem ipsam: adducet dominus super
10 te gentem de longinquo, et ungulis, inquit, equorum suorum omnes plateas tuas conculcabunt et populum tuum gladio interficient. Completa ergo in nos sunt omnia, quae dixit sermo divinus, et vim verborum caelestium luit poena cunctorum.

VIII. Sed tamen cum omnes fere barbarae gentes Romanum sanguinem biberint, 29
15 omnes viscera nostra laceraverint, quid est quod deus noster maximas rei publicae opes et locupletissimos Romani nominis populos in ius potissimum ignavissimorum quondam hostium dedit? Quid? nisi ut agnosceremus scilicet, quod supra dixi, meritorum hoc fuisse, non virium, atque ipsum quoque hoc nobis in confusionem caderet ac poenam, quod ignavissimis traderemur et vel sic plagam caelestis manus agnosce-
20 remus, quia nos non fortissimi hostium, sed ignavissimi subiugarent. Sic enim legi- 30
mus quod, si quando evidenter intellegi deus voluit magna opera a se patrari, aut per paucos aut per infirmos acta res est, ne opus caelestis dexterae virtuti adsignaretur humanae. Ideo siquidem et dux Sisara, quem Hebraeus tremebat exercitus, a muliere prostratus est, et Abimelech civitatum expugnatorem feminea manus perculit
25 et ferratae Assyriorum acies vidua opitulante ceciderunt. Et ne de solis tantum fe- 31
minis loquar, Benedad regem Syriae, cui praeter innumera populi sui milia triginta et duo reges exercitusque eiusdem numeri serviebant, nonne ideo a paucis principum pedissequis dominus vinci voluit, ut qui esset auctor talis victoriae nosceretur? Contra 32
Madianitas quoque, qui, ut liber Iudicum refert, instar locustarum cuncta complevе-
30 rant, Gedeon iubetur pugnare cum paucis, non quia plures in exercitu non haberet, sed vetatur multos ad bellum ducere, ne multitudo sibi possit aliquid de victoria vindicare. Unde cum triginta armatorum milia congregasset, sic ad eum dominus locutus est: multus est tecum populus, nec tradetur Madian in manus eius. Et quid postea? Homini adversum innumera barbarorum milia pugnaturo trecentos 33
35 tantum viros reliquit. In eam quippe exiguitatem redigi agmen militum iussit, ut sibi

7) Ezech. 39, 24 9) Deut. 28, 49. 23) Judic. 4. 24) ibid. 9 26) III Reg. 20. 28) Judic. 7. 33) ibid. 7, 2.

---

1 illis superponeret *p*, superponeret — impudicitiam *om. T* 4 ni fallor immo *B* illi ei firmissimis *A 1 m.* 5 uiris *A 1 m.* inignauissimorum *A* 6 quondam] quorundam *p*, *item v.* 17 puritate *A* 7 quod ait *p* ad iudaeos dominus *BTp* 10 te *BT post* adducet *habent* 11 tuas *A: om. BTp* 12 in *om. B 1 m.* dixit *om. B* uim] iura *p* 13 cunctarum *B 1 m.* 14 biberent *A 1 m.* biberunt *BT* 17 cognosceremus *Tp* 18 atque *AB:* utque *T et edd.* quoque *B* (*s. l.*) *Tp:* qui *A*, *om. vulgo* 20 hostium *AB: om. Tp* enim — quando *om. p* 21 quando *om. B* a se *A:* se *BT*, saepe *p* patrari *BT:* patrare *A* (patrari per paucos. Ita per *p*) 22 infirmos *p:* infimos *ABT* res acta *B* uirtute *A 1 m.* assignetur *Tp* 23 humanae sed diuinae *p* sisarra *A*, Sysara *T* 24 feminę *B 1 m.* 25 feminis tantum *BTp* 26 Benedad *AB:* Benedaad *T*, Benadab *p et vulgo* triginta et *A:* et trig. *BTp* 27 pedisequis *T* 29 iudicium *T* *immo* lucustarum 30 non *B s. l.* haberet *BTp:* habet *A* 31 possit *ABTp:* posset *vulgo* uindicare] pugnare *T* 34 trecenti *A 1 m.*

de patrato divinitus belli opere paucitas usurpare nil posset. Denique cur hoc dominus ita faceret, ipse evidentissime declaravit dicens: ne glorietur contra me Israhel et dicat: meis viribus liberatus sum. Audiant, inquam, hoc omnes improbi, audiant omnes praesumptuosi, audiant praepotentes, audiant cuncti quid deus dicit: 'ne glorietur' inquit 'contra me Israhel et dicat: meis viribus li-
34 beratus sum'. IX. Audiant, inquam, omnes contraria et blasphema iactantes, audiant haec spem suam in homine ponentes. Loqui [universos adversum se deus dicit, qui liberari se viribus suis posse praesumunt. Quis autem est Romanorum non ita dicens? quis est non ita sentiens? quis nostrae partis non prope iugiter in hac parte blasphemat? Nullas esse iam rei publicae vires omnium conscientia est, et ne sic
35 quidem agnoscimus, cuius hoc beneficiis, quod adhuc vivimus, debeamus. Si quando enim nobis prosperi aliquid praeter spem nostram et meritum deus tribuit, alius hoc adscribit fortunae, alius eventui, alius ordinationi ducum, alius consilio, alius magistro, alius patrocinio, nullus deo. Et miramur, si nobis caelestis manus aliqua non praestet, cui quicquid praestiterit derogamus. Quid enim aliud facimus, cum bona, quae praestat, nos vel eventibus casuum vel virtutibus ducum vel quibuscumque aliis
36 rebus frivulis deputamus? Hoc enim modo et terris nos oporteret gratias agere quod fruges annuas metimus, et vineis quod vindemiamus, et mari quod pisces capimus, et silvis quod ligna caedimus, [et ovibus quod veste tegimur, et pecudibus ceteris quod carne saturamur. Nam quae ratio est, ut ei pro muneribus aliis grati esse velimus, cui maximorum beneficiorum suorum gratiam derogamus? Aut quis contentus est homo nostrae condicionis, ut ei quis in acceptum quippiam referat, cui de donis suis summa
37 detraxerit? Ita et nos, licet deo in nullo digne gratias agamus, parum tamen erat, si pro his tantummodo grati esse vellemus, quae nobis ad usum vivendi dedit. Cur hanc gratiam tollimus, quod nos et in angustiis iuvat et in periculis liberat et in me-
38 dio barbararum gentium sitos iugi protectione conservat? At non ita Gothi, non ita Wandali, malis licet doctoribus instituti, meliores tamen etiam in hac parte quam nostri. Offendi quamvis quosdam suspicer his quae dicimus. Sed quia veritas magis quam offensio cogitanda est, dicam et saepe dicam: non ita Gothi, non ita Wandali: qui et in discrimine positi opem a deo postulant et prosperitates suas munus divinita-
39 tis appellant. Denique probavit hoc bello proximo infelicitas nostra. Cum enim Gothi metuerent, praesumeremus nos in Chunis spem ponere, illi in deo, cum pax ab illis postularetur, a nobis negaretur, illi episcopos mitterent, nos repelleremus, illi etiam in alienis sacerdotibus deum honorarent, nos etiam in nostris contemneremus, prout

---

1 patratu *A* nihil *p* possit *A 1 m.* 2 faceret, ita *BTp* 3 uiribus meis *BTp* 6 audiant *ABTp:* audiant hoc *A corr. m. recenti et vulgo*, *vitiose ut*, *quod sequitur* audiant haec *ostendit* blasphemia *B* 7 suam etiam in *B* 10 iam esse *B* conscientia est *p*. conscientiae est *ABT* ne *A:* nec *BTp* 12 prospere *A* hoc adscribet (-it *corr.*) *A:* ascribit hoc *BTp* 13 ordinacione *B* *an* magisterio? 17 fribulis *A*, friuolis *BTp* oporteret *AB:* oportet *Tp* 20 carni *A 1 m.* namq. ratio *A* uellemus *A 1 m.* 22 in acceptum *A:* inceptum *BT*, acceptum *p et vulgo* quippiam *om. p* summa detraxerat (-it *corr. manu vetere*) *A*, detraxerit summa *Tp* 23 nulla *B corr. ex* illo agamus *A corr. m. vetere ex* agimus 24 his summis (summa *B*) tantummodo *BT* nobis *om. p* cur] cui *B* 25 nos et in *AB:* nos in *Tp* impericulis *A* et medio *B 1 m.* 26 barbarum *A 1 m. T*, barbarorum *B 1 m.* sitos *AB:* suos *Tp* 27 etiam *om. p* quam *B s. l.* 28 quosdam quamus *Tp* suspicor *p*, suspicet *T* dicimus *ABT:* diximus *p* 29 non (*post* dicam) *Ap:* et non *BT* (non *B s. l.*) ita (*ante* Gothi) *om. T* 30 opem a *BTp:* optima *A* suae *p* 31 probabit *A 1 m.* 32 metuerint *B* praesumeremus *scripsi*. praesumimus *A*, praesumpsimus *BTp*, praesumebamus *A corr. manu recenti et vulgo* nos *p bis habet* chunis *A:* hunis *B*, hunnis *T*, uiribus *p* cum *om. BT* ab *B s. l.* 33 etiam] enim *BT* 34 contemneremus. Prout *vulgo interpungitur*

actus utriusque partis, ita et rerum terminus fuit. Illis data est in summo timore palma, nobis in summa elatione confusio: ut vere et in nobis tunc et in illis evidenter probatum sit illud domini nostri dictum: quoniam qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur; illis enim exaltatio data est pro humilitate, nobis pro elatione deiectio.

X. Itaque agnovit hoc ille dux nostrae partis, qui eandem urbem hostium, quam 40
eodem die victorem se intraturum esse praesumpsit, captivus intravit. Probavit scilicet, quod propheta dixit: quia non est hominis via eius, nec viri est ut ambulet et dirigat gressus suos. Nam quia viam suam iuris sui esse existimavit, nec gressum directionis habuit nec viam salutis invenit. Effusa est, ut legimus, abiectio super principem, seductus est in invio et non in via, et ad nihilum deductus est velut aqua decurrens. In quo quidem praeter 41
ipsam rerum infelicitatem praesens iudicium dei patuit, ut quicquid facturum se usurparat, ipse pateretur. Nam quia sine divinitatis auxilio ac dei nutu capiendum a se hostem credidit, ipse captus est: consilii ac sapientiae summam usurpavit, ignominiam temeritatis incurrit, vincla, quae aliis paravit, ipse sustinuit. Et quod, rogo, evidentius dei iudicium esse potuit, quam ut habens praedatoris fiduciam praeda fieret, 42
triumphum praesumens triumphus esset, circumdaretur, corriperetur, alligaretur, retorta tergo brachia gereret, manus, quas bellicosas putabat, vinctas videret, puerorum ac mulierum spectaculum fieret, inludentes sibi barbaros cerneret, inrisionem sexus promiscui sustineret, et qui maximum habuerat supercilium fortis viri, mortem subiret ignavi. Atque utinam hoc ipsum breve remedium malorum esset, non diuturna tole- 43
ratio. Ille autem, quantum ad poenarum magnitudinem pertinet, longo tempore et diuturna in ergastulo barbarorum tabe consumptus in hanc miseriam redactus est, ut, quod plerumque homines etiam poenis ipsis gravius atque acerbius putant, in miserationem hostium deveniret. Et hoc cur? Cur absque dubio nisi quia, ut iam dixi, illi 44
deo humiles, nos rebelles, illi crediderunt in manu dei esse victoriam, nos in manu nostra, immo in sacrilega atque impia, quod est peius nocentiusque quam nostra. Denique ipse rex hostium, quantum res prodidit ac probavit, usque ad diem pugnae stratus cilicio preces fudit, ante bellum in oratione iacuit, ad bellum de oratione surrexit. Priusquam pugnam manu capesseret, supplicatione pugnavit, et ideo fidens processit ad pugnam, quia iam meruerat in oratione victoriam.

XI. Non dissimiliter autem illud etiam apud Wandalos: ad quos cum in Hispania 45
sitos nostra pars pergeret tantamque ad debellandos eos praesumptionis fiduciam feret quantum etiam proxime ad Gothos, pari superbiae fastu, pari exitu conruerunt. Venitque super exercitum nostrum illud prophetae dictum: obruet dominus confidentiam tuam et nihil habebis prosperum. Confidebamus enim in sapientia nostra et fortitudine contra dei mandata dicentis: non glorietur sapiens in

3) Luc. 14, 11. 8) Prov. 16 et 20. 10) Psal. 106, 40. 12) Psal. 57, 8. 36) Jerem. 2, 37. 38) Jerem. 9, 23.

---

1 illis *B corr. ex* ita 2 ut *om. p*, et *T* et illis *T* 3 quoniam] quia omnis *Rittershusius cum Vulgata* 6 itaque *A*: Namque *B*, Nanque *Tp* 7 se intr. se esse *B* 8 uia *Rittershusius*: uita *ABTp* 9 esse *ABT*: *om. edd.* 10 gresum *A* 12 uelud *A* 14 nutu *A*: ductu *BTp* 16 uinella *T* quid *B* 19 brachia tergo *Tp* putaret *B 1 m.* uincta *B*, iunctas *T* 21 habuerit *T* 23 longitudinem *BTp* 24 in (*ante* ergastulo)] ut *T* 26 hoc cur? cur *BT*: hoc cur? *Ap* 28 nostra (*post* quam) *AB*: natiua *p*, natura *T* 31 capesceret *B* 33 in iis partibus sitos *p* 34 ad bellandos *A 1 m. BT* 35 paris (*ante* superbiae) *A* fastu *T*: fastus *B*, factus *A* (pari superbiae, pari fastus *p*) 36 exercitum *B s. l.* illud *AB*: *om. Tp* 38 dicentes *A 1 m.*

sapientia sua nec fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur qui
46 gloriatur, scire et nosse me, quia ego sum dominus. Non inmerito ita-
que victi sumus; ad meliora enim se illi subsidia contulere quam nostri. Nam cum
armis nos atque auxiliis superbiremus, a parte hostium nobis liber divinae legis oc-
currit. Ad hanc enim praecipue opem timor et perturbatio tunc Wandalica confugit, 5
ut seriem nobis eloquii caelestis opponeret et adversum venientes aemulos suos sacri
47 voluminis scripta quasi ipsa quodammodo divinitatis ora reseraret. Hic nunc requiro,
quis hoc umquam a nostris partibus fecerit, aut quis non inrisus fuerat, si putasset
esse faciendum? inrisus utique, sicut a nostris omnia ferme religiosa ridentur. Et
ideo quid prodesse nobis praerogativa illa religiosi nominis potest, quod nos catholi- 10
cos esse dicimus, quod fideles esse iactamus, quod Gothos ac Wandalos haeretici no-
48 minis exprobratione despicimus, cum ipsi haeretica pravitate vivamus? Itaque rectis-
sime nobis dicitur illud, quod Iudaeis in lege fidentibus dixit sermo divinus: quo-
modo dicitis, sapientes sumus et lex domini nobiscum est? Nolite,
inquit, confidere in verbis mendacii dicentes: templum domini, tem- 15
plum domini, templum domini est. Quoniam si bene direxeritis vias
vestras et studia vestra, advenae et pupillo et viduae non feceritis
calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, ha-
bitabo vobiscum in loco isto a saeculo usque in saeculum. Quo utique
ostenditur quod, si ista non facimus, superflue nobis catholici nominis praesumptione 20
49 plaudamus. Sed hinc iam et superius satis dictum est et adhuc forte dicetur, nec
opus est ut de hoc amplius disseramus, ubi dei iuge iudicium est. Quid enim vel
de nobis vel de Gothis ac Wandalis deus iudicet, res probat: illi crescunt cotidie,
nos decrescimus, illi proficiunt, nos humiliamur, illi florent et nos arescimus. Ut vere
in nos veniat dictum illud, quod de Saul ac David ait sermo divinus: quia David 25
erat proficiens et semper se ipso robustior, domus autem Saul de-
crescens cotidie. Iustus est enim, ut propheta ait, iustus est dominus et rectum
iudicium suum.

50 XII. Iudicamur itaque etiam praesente iudicio a deo, et ideo excitata est in per-
niciem ac dedecus nostrum gens ignavissima, quae de loco ad locum pergens, de urbe 30
in urbem transiens universa vastaret. Ac primum a solo patrio effusa est in Germa-
niam primam, nomine barbaram, dicione Romanam: post cuius primum exitium arsit
regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum luxuriantium et post haec corpus omnium
Galliarum, sed paulatim id ipsum tamen, ut dum pars clade caeditur, pars exemplo
51 emendaretur. Sed ubi apud nos emendatio aut quae pars Romani orbis quamvis af- 35

13) Jerem. 8, 8. 14) Jerem. 7, 4. 25) II Reg. 3, 1. 27) Psal. 118, 137.

---

3 uicti sumus] metu numinis *p* enim *AB: om. Tp* nostrae *A* 5 uuandala *B* 6 eloquii caelestis *A:* c. eloquii *BT et edd.* aduenientes *B* aemulos — diuinitatis *om. p* 7 ipsa quasi *BT* 8 fuerit *p* 10 religiosae *A* 12 exprobatione *A*, probatione *p* 15 templum domini *bis habet p* 16 dixeritis *ABTp* 17 aduenae *A:* et (ut *p*) aduenae *BTp* pupillo *AB:* populo *Tp* feceritis *om. T* 20 superflui *T*, superflua *p* 21 sed — disseramus *om. Tp* est *B: om. A* forte *AB:* fortasse *vulgo* dicetur *B:* dicendo *A* 22 quid enim — probat *om. Tp* 23 probant *B* 24 nos deprauamur *p* florent et *AB:* florescunt *Tp* 25 ac *ABTp:* et *vulgo* 27 est enim *ABTp:* enim *vulgo* 29 praesenti *A corr.* imperniciem *A*, in p. nostram *p* 30 nostrum *om. p* ignauissima *ABTp: om. ed. Pithoeana et posteriores* ad *A:* in *BT et edd.* de orbe in orbem *Tp*, de orbem *B* 31 a *AB:* de *Tp* 32 primum *T* primum exitium *ABT:* exitium primum *edd.* 33 postea *p*, *sequuntur deinde verba* quid fuit totum Africae territorium *usque ad* non est tamen in his *p.* 94, 9 — *p.* 95, 24 35 emendetur *p*, emendatur *T*

flicta corrigitur? Omnes enim, ut legimus, declinaverunt, simul inutiles facti sunt. Et ideo propheta ad deum clamat et dicit: Percussisti eos et non doluerunt, adtrivisti eos et renuerunt accipere disciplinam: induraverunt facies suas super petram et noluerunt reverti. Quam vere autem
5 etiam hoc in nos cadat, res ipsa indicat. Vastata est diu Gallia: ergo emendata est, 52
cum in vicino esset, Hispania? Nec inmerito, quia nullus erat omnino timor, nulla correctio, flammis, quibus arserant Galli, Hispani ardere coeperunt. In quo illud est, ut supra dixi, sceleratissimum et gravissimum, quod cum arserint, ut ita dicam, membra hominum peccatorum, curata non sunt vitia peccantium. Et ideo compulsus est
10 criminibus nostris deus, ut hostiles plagas de loco in locum, de urbe in urbem spargeret et excitas paene ab ultimis terrae finibus gentes etiam trans mare mitteret, quae Afrorum scelera punirent. Quid enim? numquid abductae a solo patrio degere intra 53
Gallias non potuerant? aut ut non degerent, quem timebant quae inlaesae a nobis usque ad tempus illud cuncta vastaverant? Sed esto, intra Gallias formidabant. Quid
15 in Hispania, ubi etiam exercitus nostros bellando contriverant, numquid consistere aut permanere metuebant iam victores, iam triumphantes, quibus usque ad hunc fortitudinis fastum contigerat ascendere, ut post experimenta belli diu parati intellegerent sibi Romanae rei publicae vires etiam cum barbarorum auxiliis pares esse non posse? XIII. Potuerunt ergo illic degere nec timebant. Sed illa utique caelestis manus, quae 54
20 eos ad punienda Hispanorum flagitia illuc traxerat, etiam ad vastandam Africam transire cogebat. Ipsi denique fatebantur non suum esse quod facerent; agi enim se divino iussu ac perurgeri. Ex quo intellegi potest, quanta sint mala nostra, ad quos vastandos atque cruciandos ire barbari compelluntur inviti, secundum illud scilicet quod vastator terrae Israheliticae rex Assyriorum ait: numquid sine domini vo-
25 luntate ascendi ad locum istum? dominus dixit mihi: ascende ad terram hanc et demolire eam. Et alibi sacer sermo: haec dicit dominus exercituum, deus Israhel: ecce ego mittam et adsumam Nabochodonosor regem Babylonis servum meum, veniensque percutiet terram Aegypti. Unde agnoscere possumus cuncta quidem, quae adfliguntur, iudicio dei percuti, sed 55
30 tamen, ut saepe memoravi, propter peccata subverti. Ac per hoc quicquid actum est peccatis, non deo adscribendum, quia recte illi rei factum adscribitur, quae ut quid fieret exegit. Nam et homicida, cum a iudice occiditur, suo scelere punitur, et latro aut sacrilegus, cum flammis exuritur, suis criminibus concrematur. Unde et quod 56
Wandali ad Africam transierunt, non est divinae severitati, sed Afrorum sceleri de-
35 putandum; gravi enim eos, antequam illuc pergerent, ac longa iniquitate traxerunt. Et ideo intellegere debemus, quia pietatis divinae fuit, quod poenam diu debitam distulit, piaculorum autem et criminum, quod aliquando peccator populus quae mereba-

1) Psal. 52, 4. 2) Jerem. 5, 3. 24) Isa. 36, 10. 26) Jerem. 25, 8.

---

1 declinauerint *B 1 m.* 2 ad deum clamat *AB:* clamat ad deum *Tp*, ad dominum cl. *vulgo* 3 inclinauerunt *T* 4 et *om. A* 5 in nos hoc *BTp* est (*post* emendata)] *add.* non *in A m. recentiore* 6 in uicinio *T*, uicina *p* 10 de orbe in orbem *BTp* 11 excitas *A 1 m. B:* excitatas *A corr. m. 2 T et edd.* quae] qui *A* 12 intra *B s. l.* 13 ut non *A et corr. B:* non B^1T, ne *p* quae] cum *p* 14 uastauerint *p* 15 etiam *om. B, post* nostros *habent Tp* in bellando *B* 16 hunc f. fastum *A:* hunc f. factum *B*, hoc f. factum *Tp* 17 contingeret *p* ut] et *p* 20 uastandum *A* 21 cogebant *A* 22 iusso ac perurgere *A 1 m.* 23 scilicet *om. p* 24 Aut numquid *B* 25 in locum *Tp* 26 haec *AB:* hoc *Tp* 27 mittam adsummum *A* Nabochodonosor *A:* Nabuchadonosor *T*, Nabuchodonosor *Bp* 28 babilonis *AT* ueniens qui *A* 29 possimus *A 1 m.* cunctos quidem, qui *coni. Rittershusius* 31 quae *ABT:* qui *p* quid] ita *p* 32 exigit *A* homicidia *T* 34 seueritatis *A 1 m. BT*

tur excepit. Nisi forte Afros hoc non meruisse credimus, cum utique nulli magis,
57 utpote in quos omnia simul improbitatum atque impuritatum genera confluxerint. Ceteri enim homines, etsi nonnullis vitiorum flagitiis obligati sunt, quibusdam tamen non implicantur, etsi vinolentia non carent, malivolentia carent, etsi libidine aestuant, rapacitate non saeviunt: multos denique, etsi accusat incontinentia corporum, simplicitas commendat animorum. In Afris vero paene omnibus nihil horum est, quod ad utrumque pertineat, id est bonum aeque ac malum, quia totum admodum malum. Adeo exclusa naturae originalis sinceritate aliam quodammodo in his naturam vitia
58 fecerunt. XIV. Exceptis enim paucissimis dei servis quid fuit totum Africae territorium quam domus una vitiorum, aeneo illi similis, de quo propheta dicit: o civitas sanguinum! aeneum, in quo est aerugo, non exiit de eo, quia sanguis non exiet de eo. Civitatem, ut videmus, aeneo et iniquitatem sanguini comparavit, ut intellegamus scilicet sic esse in civitate populi iniquitatem, sicut in aeneo sanguinem bullientem. Non dissimile autem est huic illud sermonis sacri: factae sunt mihi domus Israhel commixtae omnes aeramento et ferro et stanno et plumbo, in medio argentum permixtum est. Propterea dic haec: sic dicit dominus deus: pro eo, quod facti estis omnes in permixtionem
59 unam, conflabo vos et insufflabo in vos in igni irae. Dissimillima inter se genera metallorum sacer sermo memoravit. Et quomodo in eodem conflatorio res diversa conflatur? scilicet quia ⌊in diversitatibus⌋ metallorum dissimilitudo hominum designatur. Et ideo etiam argentum, id est nobilioris materiae metallum, isdem ignibus datur, quia naturae nobilioris ingenium vita degenerante damnarunt. Sicut etiam de ⌊principe Tyri dixisse legimus dominum per prophetam: Fili hominis, accipe lamentum super principem Tyri, et dic illi: haec dicit dominus deus: tu consignatio similitudinis, et corona decoris in deliciis paradisi fuisti: omnem lapidem optimum indutus es, sardium et topazium et smaragdum. Et iterum argento, inquit, et auro implesti thesauros tuos,
60 a multitudine negotiationis implesti promptuaria tua. Quae omnia numquid non talia sunt, ut specialiter de Afris dicta videantur? Ubi enim maiores thesauri, ubi maior negotiatio, ubi promptuaria pleniora? Auro, inquit, implesti thesauros tuos a multitudine negotiationis tuae. Ego plus addo, tam divitem quondam Africam fuisse, ut mihi copia negotiationis suae non suos tantum, sed etiam mundi thesauros videatur implesse. Et quid post haec? Exaltatum est, inquit, cor tuum in decore tuo, propter multitudinem peccatorum tuo-
61 rum ⌊in terram te proieci.. Quomodo Africanae potentiae et hoc competit aut

10) Ezech. 24, 6. 14) Ezech. 22, 18. 23) Ezech. 28, 11. 27) ibid. v. 4. 33) ibid. v. 17.

---

1 accepit *p* 3 uitiorum flagitiis *A:* flagitiorum uitiis *BTp* 4 inuolentia *p* maleuolentia *vulgo* rapacitati *p* 5 saeuiunt *AB:* seruiunt *Tp* 6 uero *AB: om. Tp* 7 ammodum *A* 8 synceritate *p*, sentiritate *A* 10 aheno *p, item v.* 12 Vae ciuitati sanguinum, ollae cuius rubigo in ea est, et rubigo eius non exiuit de ea. Ciuitatem *etc. p, ut est in Vulgata* 11 exiit *A:* exit *BT* 12 exiet *A:* exit *BT* ciuitate *A* uidimus *A* sanguine *A* comparauit *B corr. ex* comparamus 14 dissimile *p:* dissimilis *ABT* est autem *Tp* facti *Tp* 15 commixti *A 1 m. Tp* stagno *ABT et edd.* 16 in *A:* et in *BTp* dic haec *om. p* 17 dicit haec *p* impermixtionem *A* 18 igni *A:* igne *BTp* 19 conflatario *A 1 m.* 20 diuersae conflantur *p et vulgo* quia] quae *T* 21 isdem *BT:* hisdem *A*, iisdem *p* 22 damnarunt *ABT:* damnatur *p et vulgo* 23 de *B s. l.* deum *p* 25 dilitiis *A 1 m.* 26 optimum *A:* preciosum *BTp* sardonicem *p* topatium *AB 1 m. T* 27 argentum inquid *B* 29 ut] ut uel *p* Africis *p* 30 promtuaria *B* 31 plus adeo diuitem *p* 32 suas *AB* 35 aut *A corr. ex* ut

quemadmodum proiecta esse videtur in terram? Quomodo nisi quia, quando amisit potentiae veteris altitudinem, quasi caelestem perdidit dignitatem. Et educam, inquit, ignem de medio tui, hic te devorabit. Quid hac re verius? De media quippe eorum iniquitate ignis peccati exiit, qui felicitatem prioris temporis devoravit. Et omnes, inquit, qui te noverunt inter nationes, contristabuntur super te. Convenire illis hoc non putemus, si non eversio Africani soli luctus est generis humani. Perditio, inquit, factus es et non eris amplius in aeternum. In perditionem iam illic deducta omnia satis constat: superest ne malorum praesentium poenas etiam aeternorum continuatio consequatur.

XV. Non patiatur hoc autem pro affectu suae misericordiae deus. Nam quantum 62
ad meritum nostrorum criminum pertinet, ita se res habet, ut pati posse videatur. Quid enim piaculorum est non illic semper admissum? Nec de omnibus dico, quia et enormia fere sunt et sciri ac dici tanta non possunt. De sola vel maxime obscenitate impuritatum loquor et, quod est gravius, sacrilegiorum. Praetermitto in aliquo rabiem cupiditatis, vitium totius generis humani: praetereo avaritiae inhumanitatem, proprium est Romanorum paene omnium malum: relinquatur ebrietas, nobilibus ignobilibusque communis; taceatur superbia et tumor; tam peculiare hoc divitum regnum est, ut aliquid forsitan de iure suo se putent perdere, si hinc sibi alius quicquam voluerit vindicare: transeatur denique prope omne fraudium, falsitatum, periuriorum ne-
fas; nulla umquam his malis Romana civitas caruit. Etsi specialius hoc scelus Afro- 63
rum omnium fuit. Nam sicut in sentinam profundae navis conluviones omnium sordium, sic in mores eorum quasi de omni mundo vitia fluxerunt. Nullam enim improbitatem scio, quae illic non redundaverit, cum utique etiam paganae ac ferae gentes, etsi habent specialiter mala propria, non sint tamen in his omnia execratione digna. Go- 64
thorum gens perfida, sed pudica est, Alanorum impudica, sed minus perfida, Franci mendaces, sed hospitales, Saxones crudelitate efferi, sed castitate mirandi: omnes denique gentes habent, sicut peculiaria mala, ita etiam quaedam bona. In Afris paene omnibus nescio quid non malum. Si accusanda est inhumanitas, inhumani sunt, si ebrietas, ebriosi, si falsitas, fallacissimi, si dolus, fraudulentissimi, si cupiditas, cupidissimi, si perfidia, perfidissimi. Impuritas eorum atque blasphemia his omnibus admiscenda non sunt, quia illis, quae supra diximus, malis aliarum gentium vitia, his autem etiam sua ipsa vicerunt.

XVI. Ac primum, ut de impuritate dicamus, quis nescit Africam totam obscenis 65
libidinum taedis semper arsisse, non ut terram ac sedem hominum, sed ut Aetnam putes impudicarum fuisse flammarum? Nam sicut Aetna intestinis quibusdam naturae ferventis ardoribus, sic illa abominandis iugiter fornicationum ignibus aestuavit. Nec

2) Ezech. 28, 18. 5) ibid. v. 19.

---

1 quemammodum *A*, quomodo *T et edd.* quia *om. p, B s. l. habet* 2 perderet *BT* educam *ABTp:* ducam *vulgo* 7 factus est *T* 8 imperditionem *A* iam illic *A:* illic iam *BT et edd.* 9 aeternorum *A:* aeterna *BTp* 10 patitur *p* 12 ne *Tp* dicam *p* 13 inormia *B* scire *A* ac *AB:* et *Tp* 14 quid *B* est *om. T* 15 est totius *malim* 16 proprium *A:* quod proprium *BTp* 17 communi* *A*, commune *A corr. m. vetere* (*lectio primaria non iam dispicitur*); *scribendum videtur* communis (*vel* commune) est 19 omnem *B* fraudium *AB:* fraudum *T et edd.* periurium *T* 20 etsi *A corr. ex* et se: et *BT*, sed *p* 22 de *A:* in *BT*, ex *p et vulgo* 23 ferçae *A*, *sed* ae *manu vetere punct.* ferreae *B*, ferre *T*, ferinae *p* 24 habent *ABT:* habeant *edd.* sunt *T* 25 Frances *BT* 26 uenerandi *p* 29 ebriosi sunt *B* 31 aliorum *BT* 32 ipsorum *p* 34 Aethnam *ATp*, Ethnam *B*, *item paulo post* Aethna (Ethna) 36 feruentes *B*

volo in hac re adsertionibus meis credi, testimonium requiratur generis humani. Quis non omnes omnino Afros generaliter impudicos sciat nisi ad deum forte conversos, id
66 est fide ac religione mutatos? Sed hoc tam rarum est ac novum quam rarum videri potest quemlibet Gaium non esse Gaium aut quemcumque Seium non esse Seium. Tam infrequens enim est hoc et inusitatum, impudicum non esse Afrum, quam novum et inauditum Afrum non esse Afrum. Ita enim generale in eis malum impuritatis est, ut quicumque ex eis impudicus esse desierit, Afer non esse videatur. Nec discurram per loca singula aut cunctas discutiam civitates, ne studiose videar quaerere
67 atque investigare quae dicam. Una tantum universarum illic urbium principe et quasi matre contentus sum, illa scilicet Romanis arcibus semper aemula, armis quondam et fortitudine, post splendore ac dignitate. Carthaginem dico, et urbi Romae maxime adversariam et in Africano orbe quasi Romam: quae mihi ideo in exemplum ac testimonium sola sufficit, quia universa penitus, quibus in toto mundo disciplina rei publi-
68 cae vel procuratur vel regitur, in se habuit. Illic enim omnia officiorum publicorum instrumenta, illic artium liberalium scolae, illic philosophorum officinae, cuncta denique vel linguarum gymnasia vel morum: illic quoque etiam copiae militares et regentes militiam potestates, illic honor proconsularis, illic iudex cotidianus et rector, quantum ad nomen quidem proconsul, sed quantum ad potentiam consul: illic denique omnes rerum dispensatores et differentes inter se tam gradu quam vocabulo dignitates, omnium, ut ita dicam, platearum et compitorum procuratores, cuncta ferme et loca
69 urbis et membra populi gubernantes. Hac ergo tantum contenti sumus ad exemplum ac testimonium ceterarum, ut intellegamus scilicet quales illae fuerint civitates, quae minores habuerunt probi officii procurationes, cum viderimus qualis extiterit, ubi summi semper fuere rectores. Quo loco prope est ut paeniteat me promissionis meae, id est, quod superius spopondi, cunctis prope Afrorum criminibus praetermissis de impurita-
70 tibus praecipue ac blasphemiis eorum me esse dicturum. Video enim quasi scaturientem vitiis civitatem, video urbem omnium iniquitatum genere ferventem, plenam quidem turbis, sed magis turpitudinibus, plenam divitiis, sed magis vitiis, vincentes se invicem homines nequitia flagitiorum suorum, alios rapacitate, alios impuritate certantes, alios vino languidos, alios cruditate distentos, hos sertis redimitos, illos unguentis oblitos, cunctos vario luxus marcore perditos, sed paene omnes una errorum morte prostratos, non omnes quidem vinolentia temulentos, sed omnes tamen peccatis ebrios. Populos putares non sani status, non sui sensus, non animo incolumes, non gradu,
71 quasi in morem crapulatarum turbarum catervatim in se ruentes. Iam vero illud cuiusmodi aut quam grave, genere quidem dispar, sed iniquitate non dispar, nisi in hoc dispar forte quia maius. Proscriptiones dico orfanorum, viduarum afflictiones, pauperum cruces: qui ingemescentes cotidie ad deum ac finem malorum inprecantes et,

---

2 gen. impudicos sciat *A:* impud. gen. sciat *Tp*, gen. sciat impud. *vulgo* forte ad deum *BTp* 4 gaiuum *A*, ganeum *T*, ganeonem *p*, *omnes utroque loco*, gauũ *et* gauium *B* seium *A:* seuum *BT*, saeuum *p* (*utroque loco*) 5 est enim *Bp* 7 ex his *T* 9 atque *AB:* aut *Tp* 10 artibus *T* 11 splendorem ac dignitatem *ABT*, splendore et dignitate *edd.* Kartaginem *T* urbe *A 1 m.* 15 scholae *p* phylosophorum *A*, phylosoforum *B* 16 gimnasia *A* 17 potentes *p* iudex cotidianus *A:* quotidianus (cot- *B*) iudex *BT et edd.* 18 denique *AB:* quoque *Tp* 20 competorum *AB* 23 habuerunt *B corr. ex* fuerunt 24 promissionis *A:* professionis *BTp* 26 me *p: om. ABT* 27 furentem *p* 30 cruditate *Bp:* crudelitate *AT* 32 quidem *om. Tp* tamen *om. BTp* 33 incolomes *AB* 34 immorem *A* crapulatarum turbarum *ABT:* baccharum crapulae *p et vulgo ex interpolatione* in se ruentes] inseruentes *A*, inseruientes *BT et edd.; cf. Ind. III* uero] nec *T* 35 non *A s. l. sed manu vetere* in hoc *ABTp:* hoc *vulgo* 36 quia *T post* nisi *habet* 37 ingemescentes] *sic A 1 m.* ac *AB:* ad *T*, *om. p*

quod gravissimum est, interdum vi nimiae amaritudinis etiam adventum hostium postulantes, aliquando a deo impetrarunt, ut eversiones tandem a barbaris in commune tolerarent, quas soli a Romanis ante toleraverant.

XVII. Sed esto haec omnia praetermittantur, quia et in omni ferme aguntur orbe 72
5 Romano et spopondi me de his malis hoc loco pauca dicturum. Quid ergo impudicitia atque impuritas, de qua loquor, numquid non ad eversionem Afrorum sola sufficerat? Quae enim fuit pars civitatis non plena sordibus, quae intra urbem platea aut semita non lupanar? Adeo omnia paene compita, omnes vias aut quasi foveae libidinum interciderant aut quasi retia praetexebant, ut etiam, qui ab hac re penitus ab-
10 horrerent, tamen vitare vix possent. Latronum quodammodo excubias videres com- 73
meantium viatorum spolia captantes, qui insidiarum frequentium densitate ita omnes admodum calles, omnes anfractus ac diverticula saepsissent, ut nullus ferme tam cautus esset, qui non in aliquos insidiarum laqueos incurreret, etiam qui se de plurimis expedisset. Foetebant, ut ita dixerim, cuncti urbis illius cives caeno libidinis, spur-
15 cum sibimetipsis mutuo impudicitiae nidorem inalantes. Sed horrori eis tamen horrida 74
ista non erant, quia idem omnes horror infecerat. Unam enim putes fuisse illic libidinum fornicationumque sentinam, caenum quasi ex omni platearum et cloacarum labe collectum. Et quae illic spes esse poterat, ubi praeter id, quod in domini templo erat, nihil videri penitus nisi sordidum licebat? Quamquam quid dicam in dei tem-
20 plo? Hoc quippe totum ad sacerdotes tantum et clerum pertinet: quos non discutio, quia domini mei ministerio reverentiam servo, et quos ita solos puros fuisse arbitror in altario, sicut pereuntibus Sodomis solum Loth fuisse legimus in monte. Ceterum 75
quantum ad plebem pertinet, quis in illo numero tam innumero castus fuit? castum dico? quis non fornicarius, non adulter, et hoc sine cessatione, sine termino? Rur-
25 sum clamitem itaque necesse est. Quae spes in illo populo esse poterat, ubi cum unus interdum adulter plebem ecclesiasticam polluat, ibi inter tot milia, si diligentissime quaereres, castum vel in ecclesia invenire vix posses. Plus multo dicam. Uti- 76
nam haec essent sola, quae diximus, et contenta illic virorum impuritas fuisset solis sordidarum mulierum fornicationibus inquinari. Illud gravius et scelestius, quod illa,
30 de quibus beatus apostolus Paulus cum summa animi lamentatione conqueritur, in Afris paene omnia fuerunt: scilicet quia masculi relicto naturali usu feminae exarserunt in desideriis suis invicem, masculi in masculos turpitudinem exercentes et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsos recipientes. Et sicut non probaverunt 77
deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant quae non
35 convenit. Numquid hoc beatus apostolus de barbaris ac feris gentibus dixit? Non utique, sed de nobis, id est specialiter de Romanis: quos quidem Afri, quia nequa-

30) Rom. 1.

---

2 impetrarunt *ABT:* impetrauerunt *edd.* euersiones *A:* euersionem *BT et edd.* 3 quas *ABT:* quam *p* ante a (*om. B 1 m.*) romanis *BTp* 5 hoc loco] nec *p* 6 ad *B s. l.* uersionem *A 1 m.* sufficerat *A 1 m.* sufficeret *p* 8 bene *T* competa *AB* 9 intercederant *A 1 m.* interceperant *p* praetexerant *p* 10 possint *A* 12 ammodum *A* anfractos A^1 deuerticola (-cula *corr.*) *A* sepissent *p* 14 expetisset *A 1 m.* faetebant *A* cuncti *A corr. ex* ancti 15 mutuae *p* nitorem *A 1 m.* errore (orrore *corr. 1 m.*) *A* 16 omnis *A* enim putes f. illic *AB:* illic putes f. *Tp*, enim putes illic f. *vulgo* 19 sordide *p* non licebat *AB fort. recte more Graecorum, cf. Roensch, Itala u. Vulg. p. 446* 20 totum *A m. vetere corr. ex* tantum 21 arbitror fuisse *BTp* 22 in monte legimus *BTp* 24 qui *A* 26 ibi *AB:* ubi *Tp* 27 quaereris *A*, quaeris *A 2 m. corr.* reperire *p* possis *A* 28 fuisset sola *B* 30 de quibus *om. T* 32 inuicem *AT:* in inuicem *B et edd. vitiose* 33 semetipsos *ABT:* semetipsis *edd.* 34 se habere *p* facerent *p* 35 aut feris *p*

quam olim vincere imperio ac sublimitate valuerunt, quod potuerunt unum, impuritate vicerunt. Quicumque ergo iure se mihi irasci putat, magis apostolo irascatur, scilicet quia, quod dicimus nos fuisse Afros, hoc ille dixit dominos eorum esse Romanos.

78 XVIII. Sed forte id vel occultum, quod loquimur, erat, aut saltim hoc providebant procuratores publicae passim disciplinae, ne oculos civitatis scelera propalata pollluerent. Quod si factum utique fuisset, quamvis multi extitissent opere ipso sordidi, non omnes tamen fuerant visu atque animo sordidati, et solet res satis flagitiosa, quando agitur occulte, fidem facinoris non mereri. Supra omnem autem monstruosi piaculi exsecrationem est scelus summum admittere et pudorem sceleris non habere.
79 Quid, rogo, fieri illic prodigiosius potuit? In urbe christiana, in urbe ecclesiastica, quam quondam doctrinis suis apostoli instituerant, quam passionibus suis martyres coronarant, viri in semetipsis feminas profitebantur, et hoc sine ullo pudoris umbraculo, sine ullo verecundiae amictu, ac sic, quasi parum piaculi esset, si malo illo malorum tantum inquinarentur auctores, per publicam sceleris professionem fiebat etiam scelus integrae civitatis. Videbat quippe hoc universa urbs et patiebatur, videbant iudices et adquiescebant, populus videbat et adplaudebat, ac sic diffuso per totam urbem dedecoris scelerisque consortio, etsi hoc commune omnibus non faciebat actus,
80 commune omnibus faciebat adsensus. Sed finis aliquando forsitan mali aut emendatio aliqua labis istius fuit. Quis credere aut etiam audire possit, convertisse in muliebrem tolerantiam viros non usum suum tantum atque naturam, sed etiam vultum, incessum, habitum, et totum penitus quicquid aut in sexu est aut in usu viri: adeo versa in diversum omnia erant, ut cum viris nihil magis pudori esse oporteat, quam si muliebre aliquid in se habere videantur, illic nihil viris quibusdam turpius videretur, quam si in aliquo viri viderentur.

81 XIX. Sed paucorum hoc, inquis, dedecus fuit, et quod non a pluribus perpetratum est, cunctis nocere non potuit. Iam quidem supra dixi saepissime in dei populo etiam unius facinus pestem fuisse multorum, sicut ex furto Achar ruit populus, sicut ex zelo Saulis orta est pestilentia, sicut ex sancti David dinumeratione mortalitas. Ita est enim dei ecclesia quasi oculus. Nam ut in oculum etiamsi parva sordes incidat, totum lumen obcaecat, sic in ecclesiastico corpore etiamsi pauci sordida faciant,
82 prope totum ecclesiastici splendoris lumen obfuscant. Et ideo salvator ipse principalem ecclesiae partem oculum nominavit, dicens: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Unde et apostolus 'nescitis', inquit, 'quia modicum fermentum

27) Josue 7. 28) I Reg. 19. II Reg. 24. 32) Matth. 6, 22. 35) I Cor. 5, 6.

---

3 dominus *A 1 m.* 4 id uel *ABTp:* uel id *vulgo* aut] ut (*vel* ac) *B* hoc *B s. l.* 5 publice p. disciplinae ne (ne *sup. lin. sed manu admodum vetere*) *A*, ne publicae p. disciplinae *BT et edd.* 6 multi *p:* simul *AB*, si multi *T* 7 res satis *A:* satis *om. BTp*, satis res *vulgo* 8 autem omnem *BTp* 11 quandam *A 1 m.* 12 ullo pudoris *A:* pudoris *BT et edd.* 13 sic *AB:* si *Tp* quasi *om. p* 15 haec *p* urbs *A:* ciuitas *BTp* 16 si *BT* defuso *A* 17 commune hoc *Tp* faciebant *BTp* actus *om. T*, hoc commune (*sic iterum*) actus *B* 18 finis aliquis *p* 19 labes *B* ista *BT* audire etiam *Tp* posset *A corr. m. vetere* mulierem *B 1 m.* 21 quicquid penitus *BTp* usu *BTp:* uisu *A* uersam *A 1 m.* 22 pudor *BT* 23 in se *AB: om. Tp* uideatur *T* 27 ruit pop. *AB:* fuerit pop. *T*, fugit pop. *p*, pop. ruit *vulgo* 28 exorta *BTp* sancti *om. B* numeratione *BTp* 29 sordis *A 1 m. B* 31 obfuscat *T*, obfuscatur *p* 33 fuerit o. tuus *A:* o. tuus fuerit *BT et edd.* 34 nequam (nequaquam *T*) fuerit *ABTp:* fuerit nequam *vulgo*

totam massam corrumpit'? Quamvis ego illic non modicum de hoc malo, sed nimis fuisse dicam, non quia molles plurimi fuerunt, sed quia mollities paucorum labes est plurimorum. Nam etsi pauci sint, qui dedecorosa sustineant, multi sunt, qui paucorum sordibus polluantur. Sicut enim una meretrix multos fornicatores facit, sic plurimam ferme populi partem inquinat paucorum effeminatorum abominanda permixtio. Et nescio qui eorum ante deum deteriores sint, cum aequali in scriptis sacris sorte damnentur. Neque enim molles, inquit, neque masculorum concubitores regnum dei possidebunt. Illud ergo magis ingemescendum atque lugen- 83
dum est, quod tale hoc scelus crimen etiam totius rei publicae videbatur et universa Romani nominis dignitas facinoris prodigiosi inurebatur infamia. Cum enim muliebrem habitum viri sumerent et magis quam mulieres gradum frangerent, cum indicia sibi quaedam monstruosae impuritatis innecterent et femineis tegminum inligamentis capita velarent, atque hoc publice in civitate Romana, urbe illic summa et celeberrima, quid aliud quam Romani imperii dedecus erat, ut in medio rei publicae sinu execrandissimum nefas palam liceret admitti? Potestas quippe magna et potentissima, quae inhibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari; in cuius enim manu est ut prohibeat, iubet agere, si non prohibet admitti.

XX. Iterum, quia dolor exigit, ab his qui irascuntur requiro, in quibus haec 84
barbaris gentibus aut facta sint umquam aut fieri publica impunitate licuerit? Denique, ne longius de hac re ambigi aut investigari necesse sit, ipsos illos Africae vastatores Afrorum populis comparemus. Videamus quid simile a Wandalis factum sit. Et certe barbari elatione tumidi, victoria superbi, divitiarum ac deliciarum affluentia 85
dissoluti, qui profecto etiamsi continentissimi et castigatissimi semper fuissent, mutari tamen tanta rerum obsecundantium felicitate potuerunt, ingressi scilicet, ut in divinis litteris scriptum est, terram lacte ac melle manantem, fecundam, opulentissimam, omnium deliciarum copiis quasi ebriam: in qua utique minime mirum fuerat, si luxuriasset gens barbara, ubi similis quodammodo luxurianti erat ipsa natura. Ingressos 86
haec loca Wandalos quis non putet omni se vitiorum atque impuritatum caeno inmersisse aut, ut levissime dicam, saltim illa fecisse, quae ab Afris iugiter facta fuerant, in quorum iura migrarant? Et certe, si ea tantum, continentissimi ac modestissimi iudicandi erant, quos non fecisset corruptiores ipsa felicitas. Quotus enim quisque sapientium est, quem secunda non mutent, cui non crescat cum prosperitate vitiositas? Ac per hoc temperantissimos fuisse Wandalos certum est, si quales illi fuerunt, qui capti ac subiugati sunt, tales illi fuere victores. Igitur in tanta affluentia rerum 87
atque luxuria nullus eorum mollis effectus est. Numquid parum videtur? certe familiariter etiam nobiles hoc fuere Romani. Sed quid adhuc addo? nullus vel qui

7) I Cor. 6, 10. 25) Exod. 13.

---

1 ego *BTp:* ergo *A* 2 fuisse] bene *p* fuerunt *A:* fuerint *BT et edd.* mollicies *ABp* labis *A 1 m.* 3 sint *A:* sunt *A corr. BTp* multi tamen sunt *p* 4 Quemadmodum enim *p* 5 ferme *AB: om. T et edd.* 7 sorde *A* molles enim *p*, molles *om. T* 8 ingemescendum] *sic A 1 m.* 10 inurebantur *T*, mouebatur *p* 11 quam *om. BTp* muliebres *BT*, muliebrem *p* fingerent *p* quaedam sibi *BTp* 15 admitti. Admitte *A*, *sed* Admitte *punct. prima manu* 17 agere *A:* agi *BT et edd.* si *A s. l.* 19 sint *p:* sunt *ABT et vulgo* licuerint *BT* 20 ambigere *p* inuestigare *A 1 m. p* 22 deliciarum ac diuitiarum *B* 23 castigatissimi *AB:* castissimi *T et edd.* mutare *A 1 m.* 24 tanta *AB:* cum tanta *Tp* in *om. p* 25 ac *A:* et *BT et edd.* 26 mimirum *B* 28 caeno] scenam *T* 30 migrarent *p* si] ob *p* 31 corruptores *T* 32 sapientium *ABTp:* sapientum *vulgo* 33 temperantissimos *AB:* temperatissimos *T et edd.* est certum *p* 34 fuere *AB:* fuissent *Tp* 35 luxurias *AB* 36 hoc nobiles *BTp* fecere *p* in illis nullus *p*

Romanorum illic mollium pollueretur incestu. Certe hoc apud Romanos iam pridem tale existimatum est, ut virtus potius putaretur esse quam vitium, et illi se magis virilis fortitudinis esse crederent, qui maxime viros feminei usus probrositate fregis-
88 sent. Unde etiam illud fuit, quod lixis puerorum quondam exercitus prosequentibus haec quasi bene meritis expeditionibus stipendia laboris decernebantur, ut quia viri fortes essent, viros in mulieres demutarent. Pro nefas! et hoc Romani, plus addo, et hoc Romani non huius temporis, attamen, ne veteres accusemus, Romani, sed non antiqui, iam scilicet corrupti, iam dissoluti, iam sibi ac suis dispares et Graecis quam Romanis similiores, ut, quod saepe iam diximus, minime mirum sit, si Romana res publica aliquando patitur, quod iam diu meretur.

89 XXI. Haec ergo impuritas in Romanis ante Christi evangelium esse coepit et, quod est gravius, nec post evangelia cessavit. Et quis post haec non admiretur populos Wandalorum? qui ingressi urbes opulentissimas, ubi haec omnia passim agebantur, ita delicias corruptorum hominum indepti sunt, quod corruptelas morum repudiarunt, et usum bonarum rerum possident, malarum inquinamenta vitantes. Sufficere igitur ad laudem eorum haec possunt [talia], etiamsi alia non dicam; abominati enim sunt virorum impuritates. Plus adhuc addo: abominati etiam feminarum, horruerunt
90 lustra ac lupanaria, horruerunt concubitus contactusque meretricum. Numquid hoc credibile ullis videri potest, Romanos haec admisisse, barbaros horruisse? aut numquid est post ista, quae diximus, quod dici posse videatur? Sed est tamen et multo plus est. Nam quod vitasse eos res foedas diximus, minus est; potest enim quis inhonesta horrere, non tollere: illud magni ac singularis est meriti, non solum ipsum labe non pollui, sed providere etiam ne umquam alii polluantur. Procurator enim est quodammodo salutis humanae, qui non tantum id agit, ut ipse bonus sit, sed ef-
91 ficere et hoc nititur, ut alii mali esse desistant. Grande est profecto, quod dicimus, grande ac supereminens. Quis credat Wandalos in civitatibus Romanis ista fecisse? remota quippe est ab illis omnibus carnis impuritas. At quomodo remota? non sicut removeri aliqua a Romanis solent, qui statuunt non furandum et furantur, qui statuunt non adulterandum et primi adulterant. Quamvis paene non possim dicere, quod furentur; non enim sunt quae agunt furta, sed latrocinia. Punit enim iudex in alio peculationem, cum sit ipse peculator, punit rapinam, cum ipse sit raptor, punit sicarium, cum ipse sit gladiator, punit effractores claustrorum et ostiorum, cum sit ipse eversor urbium, punit expoliatores domorum, cum sit ipse expoliator provinciarum.
92 Atque hoc utinam illi tantum, qui in potestate sunt positi et quibus ius exercendorum latrociniorum honor ipse largitur: illud gravius ac magis intolerabile, quod hoc faciunt et privati, isdem ante honoribus functi. Tantum eis indeptus semel honor dat beneficii, ut semper habeant ius latrocinandi. Adeo etiam, cum destiterint ad administrandum potestatem habere publicam, non desinunt tamen ad latrocinandum potesta-

---

3 uirilis fort.] uiribus praeditos *p* fugissent *p* 8 ac *AB:* et *T et edd* 9 semeliores *A 1 m.* saepe *om. p* 10 pubblica *B ut saepius* diu *ABTp:* dudum *vulgo* 12 populus *A 1 m.* 13 urbem (urbes *B 1 m.*) opulentissimam *BTp* 14 delitias *A corr. m. 2 sed vetere ex* dilitiis adepti *p* quod — repudiarunt *AB:* quo — repudiarent *Tp, cf. Ind. III. s. v.* quod 15 usum bonorum possiderent, malorum *p* 16 talia *BTp:* tali *A, sed punctatum* 19 ullis uideri *BTp:* ulli suadere (-ri *corr.*) *A* hoc *T* 20 uideretur *A 1 m.* 22 ac *AB:* et *Tp* 25 et hoc *A:* hoc *BTp* grade est *A* 27 est quippe *T* 28 solent qui — furantur *A:* qui — furantur *BT et edd. post* adulterant *habent* 29 possum *AB* 31 peculationem *ABT:* peculatum *edd.* secarium *AB* 32 sit ipse *B* hostiorum *ABTp* ipse sit *Tp, item statim post* 33 prouinciarum *ABT:* ciuitatum atque prouinciarum *edd.* 34 hoc *AB:* *om. Tp* 36 hisdem *ABT,* iisdem *p* adeptus *p* 37 ius *om. T* ad administrandum *A:* ad *om. BT,* ad ministrandum *p* 38 publicam — potestatem habere *B in marg.*

tem habere privatam, ac sic levior est potestas illa quam habuerunt iudices, quam haec quam privati habent; in illa enim eis saepe succeditur, in hac numquam. Ecce 93
quid valeant statuta legum, ecce quid proficit definitio sanctionum, quae illi spernunt maxime qui ministrant. Sane ad parendum humiles abiectique coguntur, compellun-
5 tur iussis obtemperare pauperculi, et nisi obtemperaverint, puniuntur. Eandem enim in hac re rationem habent quam in tributis: soli iussis publicis serviunt, sicut soli tributa solvunt. Ac sic in ipsis legibus et in ipsa iusta rerum praeceptione maximum iniustitiae scelus agitur, cum ea minores quasi sacra observare cogantur, quae maiores iugiter quasi nulla conculcant.

10 XXII. Excessi paulisper coeptum sermonis ordinem rerum indignitate compulsus: 94
nunc ad superiora redeamus. Diximus quippe plenas fuisse impuritatibus monstruosis Africae civitates et praecipue illic reginam et quasi dominam, Wandalos autem his omnibus non fuisse pollutos. Non tales ergo isti, de quibus loquimur, barbari ad emendandam nostrarum turpitudinum labem extiterunt. Abstulerunt enim de omni
15 Africae loco sordes virorum mollium, contagiones etiam horruere meretricum, nec horruerunt tantum aut temporarie summoverunt, sed penitus iam non esse fecerunt. O pie domine! o salvator bone! quantum efficiunt per te studia disciplinae, per quae 95
mutari possunt vitia naturae, sicut ab illis scilicet immutata sunt. At quomodo immutata? interest enim non solum effectus rerum, sed etiam effectuum causas dicere.
20 Difficile est quippe impudicitiam verbo aut iussione tolli, nisi fuerit ablata, et difficile est pudicitiam verbo exigi, nisi fuerit exacta. Quod illi utique scientes sic impudici- 96
tiam summoverunt, quod impudicas conservaverunt, non interficientes mulierculas infelices, ne vitiorum curam crudelitate respergerent, et dum peccata auferre cuperent, ipsi in peccatorum resecatione peccarent. Sed ita errantes emendaverunt, ut factum
25 eorum medicina esset, poena non esset. Iusserunt siquidem et compulerunt omnes 97
ad maritalem torum transire meretrices, scorta in conubia verterunt, implentes scilicet apostoli dictum atque mandatum, ut et unaquaeque mulier virum haberet suum et unusquisque vir coniugem suam; ut quia cohiberi incontinentia sine hac carnalis usus permixtione non posset, ita legitimum usum calor corporalis acciperet, ut peccatum
30 incontinentia non haberet. In quo quidem non id tantummodo provisum est, ut viros 98
feminae haberent, quae sine viris esse non possent, sed etiam ut per conservatores domesticos salvae essent, quae se ipsas servare nescirent, et adhaerente eis iugiter gubernaculo maritali, etiamsi ad improbum eas facinus consuetudo ante actae impuritatis inliceret, coniugalis tamen custodia ab improbitate prohiberet. Addiderunt quo- 99
35 que hoc ad libidinem comprimendam, severas pudicitiae sanctiones, decretorum gladio impudicitiam coercentes, ut puritatem scilicet utriusque sexus et domi conubii reservaret affectus et in publico metus legum, ac sic duplici praesidio castimonia niteretur, cum et intus esset quod amaretur et foris quod timeretur. Leges autem ipsae

27) I Cor. 7, 2.

---

4 qui *A corr. ex* quae 6 in hac re rationem (creationem *A 1 m.* re actionem *A corr. 2 m.*) habent *AB:* rationem habent in hac re *Tp*, rat. in hac re habent *vulgo* 8 cogantur *ABT:* coguntur *edd.* 12 iis *p* 14 emendandum *T* 15 Africae loco *A:* affricae *BT*, Africa *edd.* 16 submouerunt *B* 18 mutare *A* naturae *A:* disciplinae *BTp* 21 erigi *T* illi *AB* · isti *T et edd.* pudicitiam *BT* 22 conseruarunt *T* 26 thorum *B* 27 ut et *A:* et ut *BTp* habeat *Tp* 29 possit *A* 30 quidem *B in marg.* 31 possint *A* 32 adhaerente eis *A*. adhaerentes *BT et edd.* 33 tabernaculo *BTp* ante factae *BT* 34 prohiberent *B* 35 hoc *AB:* haec *T, om. p* 36 connubii *p*, conubio *AB*, connubio *T* seruaret *p* 37 affectus *Bp:* effectus *AT* niteretur *Ap:* uisitaretur *BT* 38 ipsae] illorum *p*

nequaquam illis sunt legibus consentaneae, quae ita partem improbitatis removent, ut partem obscenitatis admittant, aut ut Romana illa decreta, quae scortatores quidem ab alienis uxoribus removerunt, ad omnes autem solitarias passim admiserunt, adulteria vetantes, lupanaria aedificantes. Timuerunt videlicet ne nimis casti homines
100 ac puri essent, si ab omni eos penitus impuritate prohiberent. At non ita isti, de quibus loquimur: qui sic inhibuerunt scorta ut adulteria, qui et feminas nullis volunt esse feminas nisi maritis suis, et viros nullis volunt mulieribus esse masculos nisi uxoribus suis, qui evagari obscenas libidines extra legitimum torum non sinunt, leges suas scilicet ad divinae legis regulam dirigentes, ut nihil sibi in hac re crederent licere, quod deus voluit non licere. Et ideo non putaverunt a se ulli homini permittendum, nisi quod fuisset omnibus a divinitate permissum.

101 XXIII. Scio quia intolerabilia quibusdam videntur ista quae dicimus: sed ratione rerum agendum est, non libidine voluntatum. Dicat mihi quisquis ille est, qui indignatur me ista dicere, numquid non sapientissimus omnium Socrates semper existimatus est, testimonio scilicet etiam Delfici daemonis, qui quasi princeps philosophorum sicut daemoniorum erat. Videamus ergo quas Socrates de pudicitia leges sanxerit et quas illi, de quibus loquimur. Uxorem, inquit Socrates, propriam nullus habeat, matrimonia enim cunctis debent esse communia; sic namque maior erit concordia civitatum, si omnes viri feminis sine discretione omnibus misceantur et omnes se scilicet feminae omnibus viris sine distinctione substernant, ac sic fiant omnes viri omnium mulie-
102 rum mariti, omnes feminae virorum omnium uxores. Numquid ullum umquam aut freneticum aut daemoniacum, varia insaniarum labe furiosum, tale aliquid locutum esse cognovimus? Tu dicis, maxime philosophorum, hac ratione omnes viros esse feminarum omnium maritos et omnes feminas virorum omnium uxores et parvulos omnes omnium filios. At ego hac ratione dico neque ullum virum ullius feminae maritum neque ullam mulierem ullius masculi uxorem neque ullum pignus ullius parentis filium; ubi enim promiscua omnia et confusa sunt, nemo est qui suum possit aliquid vindi-
103 care. Nec suffecit sapientissimo, ut quidam aiunt, philosopho docere hoc, nisi ipse fecisset; uxorem enim suam alteri viro tradidit, scilicet sicut etiam Romanus Cato, id est alius Italiae Socrates. Ecce, quae sunt et Romanae et Atticae sapientiae exempla: omnes penitus maritos, quantum in ipsis fuit, lenones uxorum suarum esse fecerunt. Sed vicit tamen Socrates, qui de hac re et libros condidit et memoriae haec pudenda mandavit. Plus habet unde gloriari sibi praeceptis suis possit: quantum
104 ad doctrinam suam pertinet, lupanar fecit e mundo. Iniuste damnatus dicitur a iudicibus. Et verum est; rectius enim eum haec talia praedicantem genus damnaret humanum, sicut absque dubio damnavit. Nam cum in hac re doctrinam eius omnes repudiaverint, omnes eum non solum sententiae auctoritate, sed, quod multo maius
105 est, vitae electione damnaverunt, et recte. Conferantur enim cum his, quae ille con-

---

2 amittant *B* aut *om. p* 3 solitaria *T* 5 at non] *sequitur in p:* barbari, quoniam Romani non sunt *p.* 103, 15 *usque ad verba* ista (iusta) permissio *p.* 104, 27 6 ut et *T* 6 *et* 7 uoluerunt *p* 7 et uiros — uxoribus suis *om. A 1 m. et T, sed in A manu eiusdem aetatis in marg. inferiore suppleta sunt* 8 legittimum thorum *B* 9 sibi *BTp:* ibi *A* 10 licere (*post* non) *om. B 1 m.* illi *A 1 m.* 12 scio quam *p* uidentur ista quae dicimus *ABT:* uideantur ista quae diximus *edd.* 13 uoluntatum *nos:* uoluptatum *A*, Volo tantum *BTp* 14 num ** non sap. *B*, num ita sap. *p* socratis *A 1 m. item v.* 17 *et* 30 15 est *om. p* etiam *om. B* 16 sicut ille daem. *p* sancxerit *A* 19 feminas *B* et *ABTp: om. vulgo* scilicet *ABT: om. edd.* 20 feminae se *p* 21 uirorum omnium *ABTp:* omnium uirorum *vulgo* 22 daemonicum *B 1 m.* 23 agnouimus *BTp* 26 ullius mariti *p*, ullius *om. A* 27 aliquid *om. T* 28 suffecit *Bp:* sufficit *AT* ut quidem *malebat Rittershusius* agunt *A* dicere hoc *Rittershusius* 29 suam enim *T* 33 sibi gloriari *T*, sibi *om. p* 34 e *A: om. BTp* 35 haec eum *BTp* 36 condempnauit *B* 37 maius *BTp:* magius *A*, magis *corr. A et vulgo*

stituit, illa quae statuerunt hi, quos dominari Africae deus iussit. Statuit ille, ut nullus penitus suam haberet uxorem, isti ut nullus penitus non suam; ille ut omnis femina viris omnibus subiaceret, isti ut nulla femina alium quam virum suum nosset; ille generationem mixtam atque confusam, isti puram et ordinatam; ille omnes domos scortari voluit, isti nullam; ille in cunctis habitaculis lupanaria aedificare conatus est; isti etiam e civitatibus sustulerunt; ille prostare voluit omnes virgines, isti castas fecere meretrices. Atque utinam hic Socratis tantum error fuisset, non et complurium 106
Romanorum ac paene omnium: qui etsi nequaquam Socratis vitam in ceteris, in hac re tamen Socratica instituta sectantur, quia et complures viri uxores plurimas singuli et innumerae mulieres viros complures singulae habent. Omnes denique civitates numquid non lustris plenae sunt ac lupanaribus foetent? Et quid dixi omnes? certe nobilissimae quaeque ac sublimissimae adeo dignitatis: quin etiam et praerogativa est haec honorum in magnis urbibus, ut quantum praecellunt ceteris magnitudine, tantum praestent impuritate. Et quae esse, rogo, Romano statui spes potest, quando castio- 107
res ac puriores barbari quam Romani sunt? Parum est quod dicimus: quae nobis, rogo, ante deum aut vitae esse aut veniae spes potest, quando castitatem in barbaris cernimus et nec sic casti sumus? Erubescamus, quaeso, et confundamur. Iam apud Gothos impudici non sunt nisi Romani, iam apud Wandalos nec Romani: tantum apud illos profecit studium castimoniae, tantum severitas disciplinae, non solum quod ipsi casti sint, sed, ut rem dicamus novam, rem incredibilem, rem paene etiam inauditam, castos etiam Romanos esse fecerunt. Si infirmitas id humana pateretur, excla- 108
mare super vires meas cuperem, ut toto orbe resonarem: pudeat vos, Romani ubique populi, pudeat vitae vestrae. Nullae paene urbes lustris, nullae omnino impuritatibus vacant, nisi illae tantum, in quibus barbari esse coeperunt. Et miramur si miseri, qui tam impuri simus, miramur si ab hoste viribus vincimur, qui honestate superamur, miramur si bona nostra possident, qui mala nostra execrantur. Nec illos naturale robur corporum facit vincere, nec nos naturae infirmitas vinci. Nemo sibi aliud persuadeat, nemo aliud arbitretur: sola nos morum nostrorum vitia vicerunt.

LIBER VIII.

I. Arbitror, immo certus sum fastidiosam plurimis stili huius prolixitatem fore, 1
maxime quia morum nostrorum vitia castigat. Omnes enim admodum se laudari volunt: nulli grata reprehensio est. Immo, quod peius multo est, quamlibet malus, quamlibet perditus mavult mendaciter praedicari quam iure reprehendi, et falsarum laudum inrisionibus decipi quam saluberrima admonitione salvari. Et cum haec ita 2

---

1 ii *p* 2 haberet uxorem suam *Tp*, suam h. u. — penitus *B in marg.* 3 suum uirum *Tp* nosset *AB:* nosceret *T et edd.* 4 domus *T* 5 lupinaria *A*, *item v.* 11 lupinaribus est conatus aedificare *Tp* 6 prestare *A*, prostrare *BT* 11 quid (*ante* dixi) *p:* quod *ABT* 12 sublissime *T*, sublimi *p* dignitas *ABT*, dignitate *p* quin *nos:* qua *A*, quae *Bp*, que *T;* dignitasque etiam *Mommsen* et *A: om. BTp* 13 haec *om. p* 15 barbari, quoniam R. non sunt *p*, *cf. ad p.* 102, 5 17 nec *ABT:* nos *p* 18 nisi] ubi *T* 19 profecit *Bp:* proficit *AT* 20 *fort.* cast. sunt *cf. Ind. III. s. v.* quod ut *om. A 1 m.* 24 illi *A* 25 impuri simus *A corr. ex* impurissimos, impuri sumus *BT et edd.* *fort.* superemur 28 *sequitur in A subscriptio:* EXPLICIT LIB. SEPTIMUS. INCIP. LIB. OCTAUUS LEGE FELICITER. 30 plurimis *om. T* 31 admodum enim *B* 32 nulli *BTp:* nulla *A* 34 saluari *ABT:* seruari *edd.*

sint, quid agendum est? numquid voluntati improborum hominum serviendum? Aut si sibi illi etiam frivulas laudes deferri volunt, decet nos frivula atque inridenda deferre? maxime cum a fidelibus viris ne illi quidem inrideri debeant, qui se rideri volunt, sicut ne illi quidem mendaciter praedicari, qui se cupiunt titulo etiam falsae laudis ornari: quia non tam illud, quid unusquisque illorum cupiat audire, quam quid nos dicere deceat considerandum est, praecipue cum propheta dicat: vae his qui
3 dicunt dulce amarum aut amarum dulce. Ac per hoc omnibus modis tenenda veritas, ut quod in re est, hoc et in verbis sit, quae in se dulcedinem habent, dulcia, quae amaritudinem, amara dicantur; praesertim nunc in negotio sacro, ubi a plurimis nostrae iniquitates deo adcensentur et, ne accusabiles ipsi esse videantur, deum accusare praesumunt. Cum enim eum incuriosum et neglegentem resque humanas aut non ex iudicio gubernare aut etiam nec gubernare blasphement, quid aliud utique deum
4 quam inertiae et abusionis et iniquitatis accusant? O humanae insipientiae caecitatem! o insanae temeritatis furorem! Deum ergo, o homo! incuriosum ac neglegentem vocas. Si quemlibet ingenuorum hominum hac contumelia laederes, iniuriarum insolentium reus esses, certe, si inlustriorem quempiam ac sublimiorem, etiam censuram iuris publici sustineres. Pupillis enim vel maxime prodigis haec obiciuntur obprobria, perditorum hoc adulescentium speciale convicium est, ut abusores scilicet et
5 incuriosi ac neglegentes rerum suarum esse dicantur. O sacrilegae voces! o profanae procacitates! Deum ergo hoc esse dicimus, quod etiam inter homines nonnisi perditissimos nuncupamus. Quamvis non sola ista dicantur: nota quippe ei, ut ante iam dixi, etiam iniquitatis inpingitur. Si enim nos quae patimur non meremur et indigni miseriarum praesentium tolerantia sumus, iniustum utique deum dicimus, qui nos iu-
6 beat mala indigna tolerare. Sed non tam, inquis, iubet quam permittit. Adquiescamus hoc ita esse. Sed quam longe, quaeso, est a iubente permittens? Qui enim scit nos ista perferre et prohibere potest ne perferamus, probat absque dubio debere perferre quaecumque patitur sustinere. Unde videmus quia iudicii est sui ista permissio et sententia superna quod patimur. Cum enim sint omnia dicionis sacrae et nutus Dei cuncta moderetur, quicquid malorum cotidie poenarumque perferimus, censura est divinae manus: quam utique censuram nos inardescere facimus et peccatis
7 nostris iugiter commovemus. Nos caelestis irae ignem accendimus et excitamus incendia, quibus ardeamus: ut recte utique, quotiens mala ista perferimus, etiam ad nos dici illud propheticum possit: ite in flammam ignis, quam accendistis: ac per hoc iuxta sententiam sacram ipse sibi parat peccator quisque quod patitur. Nihil est itaque, quod de calamitatibus nostris deo imputare possimus: nos calamita-

6) Isa. 5, 20. 33) Isa. 50, 11. 34) Psal. 7.

---

1 hominum improborum *p* inseruiendum *B* 2 illi etiam *ABp:* etiam *om. T*, etiam illi *vulgo* friuulas . . friuula *A:* friuolas . . friuola *Tp, cf. ad 1*, 25 laudes deferre *A* differre *A 1 m.* 3 nec illi *p* inridere (*sic*) — illi quidem *m A m. vetere in marg. suppleta sunt* rideri *ABTp:* inrideri *vulgo* 4 uolunt etiam sicut *B* etiam *om. p* 5 quid *ABT:* quod *A corr. et edd.* eorum *B* quid *ABT:* quod *A corr. et p* 6 his *AB:* illis *Tp* 7 aut *ABT:* et *edd.* omnibus modis *A:* modis omnibus *BT et edd.* 9 ubi nunc a *BT* 10 deo *ABT:* tamquam deo dulces *p* 15 quidemlibet *A 1 m.* 18 est *om. T* abuxores *A* 19 uoces] gentes *T* prophane procacitatis *A*, prophanae procacitates *B* 23 quis *A 1 m.* 24 indigna *om. p* iniquis *B* 26 scit] sinit *p* perferri *A* 27 perferre et quaecumque patimur *Tp* quia *om. A* iudicium *T* sui *A:* si *B*, sed *Tp* ista *A:* iusta *BT et edd.* 28 ex (*pro* et) sententia superna certe est q. pat. *p* sunt *B* 29 nutus — moderetur *A:* nutu — moderentur (moderetur *B*) *BTp* 32 quociens *B* 33 illud *om. A* 34 quod *B corr. ex* qui 35 possimus *om. T*

tum nostrarum auctores sumus. Deus enim pius est ac misericors et qui, ut scriptum est, neminem velit perire vel laedere. Nos ergo adversum nos omnia facimus: nihil itaque, nihil est in nos crudelius nobis: nos, inquam, nos etiam deo nolente cruciamus. Sed videlicet adversum me ipsum dicere videor, qui, cum superius dixerim, 8
5 ob peccata nostra nos puniri a deo, nunc dicam nos puniri a nobis ipsis. Utrumque verum est; a deo quippe punimur, sed ipsi facimus ut puniamur. Cum autem punire nos ipsi facimus, cui dubium est quin ipsi nos nostris criminibus puniamur? quia quicumque dat causam qua puniatur, ipse se punit secundum illud: funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur. Ergo si funibus peccatorum suo-
10 rum perversi homines alligantur, ipse se absque dubio alligat peccator quisque, cum peccat.

II. Sed quia de impuritate Afrorum iam multa diximus, nunc de blasphemiis sal- 9
tim pauca dicamus; professa enim illic iugiter plurimorum paganitas fuit. Habebant quippe intra muros patrios intestinum scelus, Caelestem illam scilicet Afrorum daemo-
15 nem dico: cui ideo, ut reor, veteres pagani tam speciosae appellationis titulum dederunt, ut, quia in eo non erat numen, vel nomen esset, et quia non habebat aliquam ex potestate virtutem, haberet saltim ex vocabulo dignitatem. Quis ergo illi idolo 10
non initiatus? quis non a stirpe ipsa forsitan ac nativitate votus? Nec loquor de hominibus sicut vita ita etiam professione ac vocabulo paganis, et qui sicut profani erant
20 errore, sic nomine. Tolerabilior quippe est et minus nefaria gentilitas in hominibus professionis suae: illud perniciosius ac scelestius, quod multi eorum, qui professionem Christo dicaverant, mente idolis serviebant. Quis enim non eorum, qui Christiani 11
appellabantur, Caelestem illam aut post Christum adoravit aut, quod est peius multo, ante quam Christum? quis non daemoniacorum sacrificiorum nidore plenus divinae do-
25 mus limen introiit et cum foetore ipsorum daemonum Christi altare conscendit, ut non tam immanis criminis fuisset ad templum domini non venire quam sic venire, quia Christianus, qui ad ecclesiam non venit, neglegentiae reus est, qui autem sic venit, sacrilegii. Minoris enim piaculi res est, si honor deo non deferatur, quam si inrogetur iniuria. Ac per hoc quicumque ista fecerunt, non dederunt honorem deo, sed de- 12
30 rogarunt. Nam etiam ipsam quodammodo ecclesiae salutationem idolo praestiterunt, quia secundi loci officiositas honori illius proficit, cui principalia deferuntur. Ecce quae Afrorum et maxime nobilissimorum fides, quae religio, quae christianitas fuit! dicebantur Christiani ad contumeliam Christi. Cum apostolus declamet: non potestis 13

8) Psal. 118, 61. 33) I Cor. 10, 20 sq.

---

1 ac *A:* et *BTp* 3 in nobis *Tp* cruciamur *T* 4 uideor *AB:* arbitror *Tp* 5 puniri a nobis] *hic incipit extrema charta codicis A, quae admodum male habita est; in anteriore quidem pagina pleraque legi possunt, sed parte chartae abscissa desunt quaedam, quae uncinis additis indicavimus; posterior pagina ita detrita ac deleta est, ut pauca verba certo legi possint* 6 ut puniamur . . ipsi facimus *om. B 1 m.* punire nos deum ipsi *coni. Rittershusius, an* puniri ? 7 *immo* faciamus puniamur *BT:* puniamus *edd.* 9 unusquisque — peccatorum suorum *Bp: om. AT* 13 habent *p* 14 illam *AB:* illum *Tp, cf. Baluz. adnot. p. 410 ed. II* 16 erat nomen *T et 1 m. B* nomen aliquod esset *p* 18 ac *ABT:* etiam a *p* uotus *A:* uotis *BT,* deuotus *edd.* 19 uita etiam ita prof. *B,* uita etiam ac prof. *T* 20 errorem *A 1 m.* 21 [perniciosius] *A* eorum [qui — seruiebant] quis *A* professionis *B 1 m.* 23 appellabantur *AB:* appellantur *Tp* illam *ABT:* illum *p, cf. v.* 14 Ch[ristum adorauit aut] quod *A* 24 demonicorum *A* ni[dore p. d.] domos (-us *corr.*) *A* 25 intrauit *p* fetore *A,* factore *BT,* fauore *p* conscendit [ut n. t. i.] criminis *A* 27 christianis *B,* chri[stianus qui ad e.] non *A* est *B s. l.* 28 min[oris e. p. res est] si *A* enim] autem *B* differatur *A 1 m.* 29 q[uicumque i. f. non dede]runt *A* derogarunt *ABTp:* derogauerunt *vulgo* 30 quodam[modo e. salut.] idolo *A* 31 illius [p. cui princ. defe]runtur *A* 32 fide[s quae r. quae ch.] fuit *A* 33 contumeliam meam christi *B* declamet *ABp:* declamat *T*

calicem domini bibere et calicem daemoniorum, non potestis mensae domini participare et mensae daemoniorum, illis hoc satis non erat, ut cum calice dei calicem biberent daemoniorum, nisi illum etiam praetulissent, nec sufficiebat, ut mensam daemonum mensae dominicae compararent, nisi post superstitionum infamium cultus ad dei templa venientes sacrosanctis Christi altaribus ductu ipsius diabolici spiritus spurcissimum nidorem inalassent.

14 III. At, inquis, non omnes ista faciebant, sed potentissimi quique ac sublimissimi. Adquiescamus hoc ita esse. Sed cum ditissimae quaeque ac potentissimae domus turbam faciant civitatis, vides per paucorum potentium sacrilegam superstitionem urbem cunctam fuisse pollutam. Nemini autem dubium est omnes dominorum familias aut similes esse dominis aut deteriores, quamvis hoc usitatius ut deteriores, ac per hoc cum etiam boni domini servos vel maxime malos habeant, promptum est intellegere quales illic familiae omnes fuerint, cum serviles animos iam per se malos
15 etiam dominorum faceret nequitia peiores. Esto ergo, illa quae diximus ad potentissimos quosque ac nobilissimos pertinuerunt. Numquid illa leviora quae nobilibus ignobilibusque communia? odia scilicet atque execrationes sanctorum omnium dico: sacrilegii quippe genus est dei odisse cultores. Sicut enim, si servos nostros quispiam caedat, nos in servorum nostrorum caedit iniuria, et si a quoquam filius verberetur alienus, in supplicio filii pietas paterna torquetur, ita et cum servus dei a quoquam laeditur, maiestas divina violatur, dicente id ipsum ad apostolos suos domino: qui
16 vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit. Benignissimus scilicet ac piissimus dominus communem sibi cum servis suis et honorem simul et contumeliam facit, ne quis, cum laederet dei servum, hominem tantum a se laedi arbitraretur, cum absque dubio iniuriis servorum dominicorum dei admisceretur iniuria, testante id suis deo affectu indulgentissimo in hunc modum: quoniam qui vos tan-
17 git, quasi qui tangit pupillam oculi mei. Ad exprimendam teneritudinem pietatis suae tenerrimam partem humani corporis nominavit, ut apertissime intellegeremus deum tam parva sanctorum suorum contumelia laedi, quam parvi verberis tactu humani visus acies laederetur. Insectabantur itaque Afri atque oderant servos dei et in his deum.

18 IV. Sed quaeritur forsitan quibus modis probetur odium: illis scilicet, quibus etiam Iudaeorum odia conprobantur in Christum, cum dicebant ad eum: 'Samaritanus es tu et daemonium habes', cum inridebant, cum maledicebant, cum insufflabant in faciem eius et frendebant dentibus super caput eius. Unde etiam in psalmis dicit salvator ipse, qui pertulit: omnes qui conspiciebant, asperna-
bantur me, et locuti sunt labiis et moverunt caput. Et alibi: temptaverunt, inquit, me, et deriserunt derisu, frenduerunt in me dentibus
19 suis. Ita igitur et in monachis, id est sanctis dei, Afrorum probatur odium, quia

20) Matth. 10, 40. 25) Zach. 2, 8. 32) Joh. 8, 48. 35) Psal. 21, 8. 36) Jerem. 20, 7.

---

1 mensam domini *T* 2 participare (-ari *corr.*) *B* 3 et nisi *T* 5 infamium cultus *BT et A ut videtur:* nepharium cultum *p* 6 inualassent *T* 7 quisque *T* 9 perpaucorum p. sacrilega superstitione *Bp* 12 boni domini *AB:* domini boni *Tp* 14 ad] *quae hinc in A sequuntur, fere omnia paucis vocabulis exceptis deleta sunt; in extremo chartae versu vestigia quaedam voc.* intellegeremus (*v.* 27) *apparent* 15 *fort.* pertinuerint, *ut Salvianus scribere solet* (*in A vocab. evanuit*) 17 genus quippe *B* si *p:* in *BT* 18 iniuria *p:* iniuriam *ABT et vulgo; sententia est: nos caedit, dum servis nostris iniuria infertur, ut statim post:* in supplicio filii pietas paterna torquetur 19 a quocumque *p* 20 ad ipsum *B* 22 scilicet *om. p* 24 admiscetur *p* 28 deum *BT:* eum *p* 30 iis *p* 31 illis scil. *scripsimus:* illi scilicet (.s. *T*) *BT*, illorum. Scilicet *p*, illorum. Illis scil. *vulgo* 33 tu *om. B* 34 caput *et v.* 35 ipse *om. B 1 m.* 35 aspernabant *T* 36 tentauerunt *p*

inridebant scilicet, quia maledicebant, quia insectabantur, quia detestabantur, quia omnia in illos paene fecerunt, quae in salvatorem nostrum Iudaeorum impietas ante fecit, quam ad effusionem ipsam divini sanguinis perveniret. Sed isti, inquis, sanctos non occiderunt, sicut Iudaeos fecisse legimus. An occiderint nescio, non affirmo, sed tamen magna defensio, si hoc tantum in eis de paganorum non fuit persecutione, quod habet persecutio ipsa postremum. Putemus ergo occisos illic non esse sanctos: 20 sed quid faciemus, quod non sunt longe ab occidentibus, qui animo occisionis oderunt, praesertim cum dominus ipse dicat: qui odit fratrem suum sine causa, homicida est. Quamvis non sine causa persecuti sint servos dei. Nam quis dicere possit, quod sine causa, homines scilicet omnibus a se vitae ac morum studiis discrepantes, in quibus nihil videbant suum, quoniam dei totum. Maxima enim causa est discordiarum diversitas voluntatum, quia fieri aut omnino non potest aut vix potest, ut eam rem in alio quisquam diligat, a qua ipse dissentit. Itaque eos non sine causa, 21 ut dixi, oderunt, in quibus omnia sibi aemula atque inimica cernebant. Illi enim vivebant iugiter in nequitia, isti in innocentia, illi in libidine, isti in castitate, illi in lustris, isti in monasteriis, illi prope iugiter cum diabolo, isti sine cessatione cum Christo. Non sine causa itaque illud fuit, quod intra Africae civitates et maxime intra Carthaginis muros, palliatum et pallidum et recisis comarum fluentium iubis usque ad cutem tonsum videre tam infelix ille populus quam infidelis sine convicio atque execratione vix poterat. Et si quando aliquis dei servus aut de Aegyptiorum 22 coenobiis aut de sacris Hierusalem locis aut de sanctis heremi venerandisque secretis ad urbem illam officio divini operis accessit, simul ut populo apparuit, contumelias, sacrilegia et maledictiones excepit. Nec solum hoc, sed improbissimis flagitiosorum hominum cachinnis et detestantibus ridentium sibilis quasi taureis caedebatur: vere ut si quis ea inscius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, sed novum inauditumque monstrum abigi atque exterminari arbitraretur.

V. Ecce Afrorum et praecipue Carthaginensium fidem. Tutius quondam apostolis 23 paganas urbes licuit intrare, et primum minus eorum adventum atque conspectum feri illi ac barbari sacrilegorum coetus detestabantur. Sanctum electionis vas, Paulum apostolum, de unius dei cultu ac maiestate dicentem superstitiosissimus licet Atheniensium populus patienter audivit, Lycaonii autem in tantum etiam admirati sunt, ut, cum in apostolis divinas virtutes inesse cernerent, esse eos homines non putarent. Intra Carthaginem vero apparere in plateis et compitis dei servos sine contumelia atque execratione vix licuit. Persecutionem hoc quidam fuisse non putant, quia non 24 et occisi sunt. Latrones quidem hoc proverbio uti solent, ut quibus non auferunt vitam, dedisse se dicant. Sed in urbe illa non tam hominum fuerunt haec beneficia quam legum; interfici enim indemnatum quemcumque hominem etiam duodecim tabularum decreta vetuerunt. Ex quo agnoscitur, quod magna illic praerogativa dominicae religionis fuit, ubi ideo tantum dei servis licuit evadere, quia a pagano iure defensi sunt, ne Christianorum manibus trucidarentur. Et miramur, si nunc barbaros 25

8) I Joh. 3, 15. 29) Act. 17. 31) ibid. 14.

---

2 fecit antea *p* 4 anocciderunt *T* 9 sint *B:* sunt *Tp et vulgo* 10 quod *Bp:* qui *T* ac morum *B:* ac (*om.* morum) *T*, ac m. *om. p* 11 enim *om. Tp* 12 aut uix potest *om. B 1 m.* 16 isti monasteriis *T* 17 illud *B:* istud *Tp* 18 palleatum *BT* palidum *T* commarum *T* 19 uideri *BT* 21 ierusalem *B*, iherusalem *T*, Hierosolymorum *p* eremi *p* 24 sibillis *T* 27 totius *BT*, *om. p* 28 primum minus *BT:* minus primum *edd.* 30 dicentem *om. p* 31 etiam *p:* et *BT* 32 eos homines esse *T*, esse *om. p* putauerint *p*, putauerunt *T* 34 quidam *BT:* quidem *edd.* 35 otiosi *T* hoc quidem *Tp* auferunt *BT:* auferant *edd.*

illi perferunt, cum videamus, quod sancti in illis barbaros pertulerunt. Iustus ergo est dominus et iustum iudicium suum; quae enim, ut scriptum est, seminarunt, haec et metunt: ut vere videatur de improbitate illius gentis dixisse dominus: reddite ei secundum opus suum, iuxta omnia quae fecit facite illi, quia contra dominum erecta est. Ne miremur itaque aut indignemur, quod aliqua nunc illi ab hominibus mala perferant: multo illa maiora sunt, quae ipsi in deum ante fecerunt, si iuxta personarum diversitatem aestimentur quae patiantur et quae fecerunt.

SALVIANI EPISTOLAE.

EPISTOLA I.

1 O Amor, quid te appellem nescio, bonum an malum, dulcem an asperum, suavem an iniucundum: ita enim utroque plenus es, ut utrumque esse videaris. Amari a nobis nostros honestum est, laedi acerbum. Et tamen hoc eiusdem est interdum animi eiusdemque pietatis: cum specie dissentiat, ratione concordat. Amor quippe nos facit nostros amare, amor interdum cogit offendere. Utrumque unum est, cum tamen aliud
2 amoris habeat gratiam, aliud odii patiatur offensam. Quam grave hoc, quaeso, mi dilectissimi, aut quam acerbum est, ut causa odii amor esse cogatur? Quod quidem cum saepe aliis, tum etiam mihi accidisse nunc satis vereor, ut, dum adulescentem hunc, quem ad vos misi, tradere individuis meis cupio, uni studens multis molestus sim, et amor eius offensa sit ceterorum, quamquam hi, qui satis diligunt, non cito
3 offendantur. Sed ego insinuationem meam minus gratam fore quibusdam timens, etiam imminutionem gratiae offensam puto. Placere enim dilectis meis plurimum cupiens molestiam illorum reatum meum credo, et nisi eis satis placuero, supplicium displi-
4 centis fero. Quamquam hoc metuendum in vobis omnino non sit, qui totum me in vos recipientes etiam apud alios pro me timetis. Tantum enim abest ut displicere ego caritati ac sensui vestro possim, ut etiam illud mecum reformidetis, ne ego qui-
5 busdam forte displiceam, mi dulcissimi ac dilectissimi mei. Adulescens, quem ad vos misi, Agrippinae cum suis captus est, quondam inter suos non parvi nominis, familia non obscurus, domo non despicabilis, et de quo aliquid fortasse amplius dicerem, nisi propinquus meus esset. Hoc enim fit ut minus dicam, ne de me ipso dicere videar de illo plura dicendo. Matrem ergo is, de quo dico, Agrippinae viduam reliquit, pro-

2) Gal. 6. 3) Jerem. 50, 29.

---

1 sancti *BT:* sancti uiri *edd.* 2 dominus est *T* 3 deus *B* credite *T* 5 ne *addidit Rittershusius* 6 ipsi *BTp: om. vulgo* 7 extimentur *T*, existimentur *p* *immo* patiuntur fecerunt] *librum aut non integrum aut imperfectum esse facile apparet; in p est subscriptio:* Octo librorum Saluiani Massyliensis episcopi de uero iudicio et prouidentia Dei, finis.

C = codex unicus saec. X, quo epistolae 1—7 servatae sunt; eius altera pars nunc exstat in bibliotheca Parisina, altera in Bernensi, cf. praefat.

10 *Inscriptio deest in C* 13 cum *C:* et cum *ed. Pith.* 17 tum *Pithoeus:* cum *C* 19 hi *C:* hii *ed. Pith.* ii *Baluz.* 27 agripinae *C*, *item infra* 28 obscuros *C 1 m.* dispicabilis *C*

bam, honestam, et de qua forsitan audacter dicere valeam, vere viduam. Nam praeter ceteras castimoniae sapientiaeque virtutes est etiam fide nobilis, quae omnibus semper ornatibus ornamento est, quia sine hac nihil tam ornatum est, quod ornare possit. Haec ergo, ut audio, tantae illic inopiae atque egestatis est, ut ei nec resi- 6
5 dendi nec abeundi facultas suppetat, quia nihil est, quod vel ad victum vel ad fugam opituletur. Solum est, quod mercennario opere victum quaeritans uxoribus barbarorum locaticias manus subdit. Ita, licet per dei misericordiam vinculis captivitatis exempta sit, cum iam non serviat condicione, servit paupertate. Haec igitur habere 7
me hic nonnullorum sanctorum gratiam non falso suspicans (nec enim nego, ne nega-
10 tor gratiae ingratus fiam: sed plane, sicut habere me eam non nego, ita non mereri me certo scio, in tantum ut, etiamsi est aliqua in me illa, ego tamen illius causa non sim, quia si qua est in me gratia, ob eos, ni fallor, maxime data est, quorum intererat ut gratus essem: ut verendum forsitan mihi ne sit negans his, quod propter eos cepi, non tam meam rem his negare videar quam ipsorum): haec igitur aut id quod
15 est aut plus quam est in me esse existimans misit ad me hunc, quem ad vos ego, *sperans* fore ut agente me et adnitente amicorum meorum gratia propinquorum meorum esset auxilium. Feci ergo id, quod rogatus sum, sed tamen parce et apud pau- 8
cos, ne gratia ipsa ingrate uterer. Commendavi hunc aliis, commendo vobis, licet non aeque aliis ut vobis: primum, quia commendari satis vobis eum, qui est meus,
20 ita ut ipsum me non necesse est; deinde, quia cum me portionem vestri existimetis, necesse est eum, qui mei portio est, vestri quoque aliquatenus portionem esse ducatis; postremo, quod commendatio ipsa sicut diversi generis, ita etiam excellentioris est caritatis. Aliis enim commendavi hunc corpore, vobis spiritu, aliis in emolumenta 9
praesentium, vobis in spem futurorum, aliis ob brevia atque terrena, vobis ob sempi-
25 terna atque divina. Et recte, ut, quia carnalia vobis minus quam spiritalia bona suppetunt, illa ergo magis a vobis peterem, quibus vos magis abundatis. Suscipite 10
ergo, quaeso, hunc ut mea viscera et quantum in vobis est vestra facite, inlicite et adhortamini, docete, instituite, formate, gignite. Christi domini nostri misericordia tribuat, ut quia ei id magis expedit, qui nunc propinquus meus est et ceterorum,
30 vester esse incipiat potius quam suorum. Admittite, quaeso, hunc in illas beatas ac 11
sempiternas domus, recipite in sacra horrea, aperite caelestes thesauros, et ita agite ac pergite, ut dum hunc in thesaurum vestrum conditis, partem thesaurorum ipsorum esse faciatis. Potens est illa ineffabilis dei pietas, ut dum eum in consortium spiritalium bonorum adoptatis, divitias, quas in ipsum effunditis, per ipsum augeatis. Et
35 sane, si quid in ipso est bonae indolis, non magnae vobis difficultati spes eius ac salus esse debebit: etiamsi nihil ex vobis audiat, sufficere ei hoc ipsum convenit, quod vos videt. Valete.

EPISTOLA II.

Eucherio Episcopo Salvianus.

40 Ursicinus alumnus tuus salutationem tuam proxime ad me detulit: si non iussus, laudo sapientiam, licet non probem falsitatem, si iussus, miror quod mandare amoris officium quam scribere maluisti, hoc est, per servum potius quam per te dare. Arguo

---

1 forsitam *C* 4 aegistatis *C* 6 mercenario *vulgo* 7 locatitias *edd.* subditus *C ante rasuram* 9 naegator *C* 13 forsitam *C* 14 coepi *C et edd.* 16 sperans *supplevit Rittershusius* 22 excellentiores *C* 25 minus *Pithoeus:* plus *C* 26 abundatis *Baluzius:* habundabatis *C* 27 et (*post* inlicite) *delendum videtur* 28 instituite *C:* instruite *edd.* 34 quasi | in *C* 35 benę *C* difficultati *Rittershusius* · difficultatıs *C* 36 audeat *C 1 m.* 37 ualete. finit. *C, deinde sequitur:* Item alia 39 Eutherio *C* 42 malluisti *C*

itaque hoc et emendari volo, si tamen neglegentiae est, non superbiae. Pedissequa enim plerumque novi honoris est adrogantia, licet in te nec generalis vitii opinio admittenda sit, quia prope singularis est mens ac benignitas tua. Unde responderi a te antiquae existimationi meae etiam nunc iugiter cupio, ne, si in quibusdam officiorum tuorum mos discrepavit, aliquid in te novis honoribus licuisse videatur.

EPISTOLA III.

Agrycio episcopo Salvianus.

Si excusare inofficiositatem meam apud sanctimoniam tuam cupiam, magis accusandus sim, qui inexcusabilem me esse vel non agnoscam prae stoliditate vel nolim prae superbia confiteri. Non excuso ergo; augmentum enim reatus est innocentiam iactare post culpam. Quid igitur faciam, cui nec negandi delicti facultas suppetit nec tuendi? negare enim manifesta non audeo et excusare inmodica non possum. Confugiendum mihi itaque ad divinarum est remedia litterarum, quae maximorum criminum * * *

EPISTOLA IV.

1 Hypatio et Quietae parentibus Salvianus, Palladia, Auspiciola salutem.

Paulus apostolus, electionis vas, magister fidei et receptaculum dei, cum omnes epistolas suas utpote eloquentissimus vir dictaverit, quibusdam tamen non suum tantum nomen inscripsit, siquidem in aliis Silvani, in nonnullis Timothei, in quibusdam vero utriusque nomini suum nomen adiunxit. Cur id? Primum, credo, ut simul esse agnoscerentur, qui simul scriberent: deinde ut ii, qui separatim ab unoquoque eorum edocti fuerant, scirent omnium non discrepare sententiam: postremo, ut quos singu-
2 lorum non movebat auctoritas, omnium saltim moveret adsensus. Ita ergo et nos, exemplorum ingentium parvi imitatores, ad vos, quos natura parentes, fide fratres, honore dominos habemus, non, ut apostoli illi, auctoritate docentium scribimus, sed humilitate famulorum, ut qui hactenus singulorum nostrorum epistolis non moti estis, vel nunc omnium obsecratione moveamini, nosque filios vestros, ne qui ex superfluo metus sit, et simul sciatis esse et unum sentire pariter et metuere et aequaliter supplicare, non quia sciamus an vos omnibus irascamini, sed quia nos non possumus
3 causa esse divisi. Idem enim nobis admodum metus est, etiamsi non eadem videtur offensa. Caritas quippe mutua facit, ut licet vos non utrique forsan suscenseatis, uno tamen ex nobis reo alter sine tristitia reatus esse non possit. Illud sane est, quod nos contendere in aliquo et certare mutuo faciat, quod cum ambo filii vestri aequaliter
4 rei simus, plus tamen unusquisque nostrum pro altero quam pro se timet. Parentes carissimi, parentes reverendissimi, interrogari vos quaesumus liceat. Ita possunt

---

1 emendari *Baluzius:* emendare *C* negglegentiae *C* pedinseca *C* 4 meae] *sequitur in C* commune pignus *p.* 112, 23 *usque ad finem quintae epistolae* etiam — uideatur] *haec leguntur in C in fine sequentis epistolae mancae* ne si *Pithoeus:* nisi *C* 5 discreparuit *C 1 m.* uideatur. finit. *C* 7 Agrycio *C:* Agricio *edd.* Agroetio *Rittershusius* 14 *post* criminum *addita sunt in C verba* etiam — uideatur, *vide ad v.* 4, *sequitur epistola VI* 18 uas *C corr. ex* suas 20 timotei *C* 22 hii *C* 24 saltem *vulgo, item alias* 27 non moti *C et ed. Pith.* moti non *vulgo* 28 ne qui *scripsimus praecedente Rittershusio:* neq; *C*, ne quis *Rittershusius* 32 forsam *C* suscenseatis *C:* succenseatis *edd. et sic deinceps in eodem verbo* 33 possint *C 1 m.* 36 reuerentissimi *C*, *em. Baluz.* interrogare *Rittershusius* quaesumus *Pithoeus:* q̃s *C*

pignora sic amantia non amari? Quid tantum mali commeruimus, vel affectus dilectissimi vel domini reverendissimi, ut nobis nec tamquam filiis reddatur gratia nec tamquam famulis remittatur offensa? Septimus iam ferme annus est, ex quo nulla ad 5
nos tam longe a vobis sitos scripta misistis. Nullis paene in deum delinquentibus
5 tam longum lugendi tempus inponitur, nullos admodum maximorum criminum * * ut plus amet, scilicet ut patris motus non detrimenta amoris sint, sed profectus, cum quantum coercitio adtulerit unius correctioni, tantum correctio reddat mutuae caritati. Quamquam hoc illos magis parentes facere conveniat, qui de nonnullis negotiis veras 6
irascendi filiis causas habent. Tu autem quid suscenses, qui ex quo Christianus fac-
10 tus es, etiam falsas habere desisti? Esto enim conversiunculam nostram paganus quondam non aequanimiter acceperis: ferenda tunc fuit ex dissimilitudine studiorum etiam discrepantia voluntatum, quando nobis etsi amor non suscensebat, superstitio tamen adversabatur. Nam licet pater non odisset filium, error tamen oderat veritatem. Nunc longe aliud est. Ex quo dei cultum professus es, pro me pronuntiasti. 7
15 Si praeteritas irarum causas exequeris, inputa tibi, qui Christiano filiam tuam dedisti. Si id non est, quid mihi irasceris, quia eam nunc in me religionem augere cupio, quam tu in te probare coepisti? Cur, rogo, in me non diligas quod es, qui in te quod eras ipse damnasti? Sed parcendum paululum verbis est, quia etiam in bona 8
causa humilis esse, in quantum res sinit, filii apud parentes debet oratio. Indulgete,
20 affectus carissimi; liberiorem me esse paululo in negotio suo dei affectus facit. Si quae sunt vobis aliae suscensendi causae, peccare me potuisse non abnego: in hoc vero, ubi ideo suscensetis, quia Christum amare videor, ignoscite quod dicturus sum. Peto quidem veniam, quia irascimini, sed non possum dicere malum esse quod feci. 9
Haec igitur apud vos meo nomine et quasi peculiari prece. Nunc tu, o dilectissima
25 ac venerabilissima soror, (quae mihi tanto carior es quam prius, quanto plus a suis affectus convenit diligi, in quibus se ipsum Christus fecerit amari) fungere partibus tuis simul meisque. Ora tu ut ego inpetrem, tu postula ut uterque vincamus. Osculare, quia absens labiis non vales, saltim obsecratione pedes parentum tuorum quasi ancilla, manus quasi alumna, ora quasi filia. Ne trepidaveris, ne timueris: bonos iudices habe- 10
30 mus, affectus ipse pro te orat, natura ipsa tibi postulat, suffragia causae tuae in tuorum mentibus habes, cito adnuunt qui suo ipsi amore superantur. Obsecra ergo et supplex dicito: quid feci, quid commerui? ignoscite quicquid illud est, veniam peto, etsi delictum nescio. Numquam vos, ut ipsi scitis, inofficiositate aut contumacia offendi, 11
numquam verbo asperiore laesi, numquam vultu proterviore violavi. A vobis sum viro
35 tradita, a vobis coniugi mancipata. Teneo, ni fallor, mandata vestra, haeret sensibus meis sanctum piae praeceptionis arcanum. Morigeram me, ut puto, ante omnia viro esse iussistis. Vestrae voluntati obsecuta sum, vestrae iussioni obtemperavi: illi in omnibus parui, cui me parere voluistis. Invitavit me ad religionem, invitavit ad casti- 12
tatem. Date veniam, turpe credidi reluctari: res mihi verecunda, res pudens, res
40 sancta visa est. Fateor, cum de tali negotio mecum ageret, erubui quod non ego ante coepissem. Huc accessit etiam reverentia Christi et affectus: honeste me facere credidi quicquid dei amore fecissem. Advolvor vestris, o parentes carissimi, pedibus 13
illa ego vestra Palladia, vestra gracula, vestra domnula, cum qua his tot vocabulis quondam indulgentissima pietate lusistis, quae vobis per varia nomina nunc fuit mater,
45 nunc avicula, nunc domina, cum esset scilicet unum vocabulum generis, aliud infantiae, tertium dignitatis. En ego illa sum, per quam vobis illa primum et parentum

---

1 pignorare *C* affectos *C* 2 reuerentissimi *C*, *em. Baluzius* 7 cohercitio *C* mutuae *C*, *sed* e *punctata* 20 paulolo *C* 22 ubi *C*: quia *edd.* 23 irascemini *C* 30 natura* *C* 33 contumatia *C* 40 ego *C*: *om. edd.* 43 gragula *C* 44 fuit *C*: fui *ed. Baluz.*

nomina et avorum gaudia contigerunt, et, quod utroque praestat, utrumque feliciter, cum fructu adipiscendi et beatitudine perfruendi, non quia hinc ego aliquid mihi deputem, sed tamen ingrata apud vos esse non debet, per quam vos voluit deus esse
14 felices. Ne, quaeso, ergo molestum vobis sit, quod referre aliquid deo cupio, cui omnia repensare non possum. Pleni estis solaciis iucundissimis, pleni pignoribus carissimis, pleni benedictione divina: praeter peculiarem mei causam vestrum negotium referre deo gratiam iubet, debere me ei arbitror, quod vobis tanta concessit. Sed haec hactenus; sufficienter enim iam per nos, o carissima soror, precati sumus, re-
15 liqua sunt agenda per filiam. Utamur ergo (honeste enim pro reconciliando parentum affectu cuncta temptantur), utamur illorum more et exemplo, qui ultimo causarum loco aliqua nonnumquam ad commovendam iudicum misericordiam proferebant laturis sententiam disceptatoribus, aut lamentantes matres familias aut sordidatos senes aut plorantes parvolos ingerentes, scilicet ut qui superiora causae verbis iam exoraverant,
16 posteriora rebus ipsis perorarent. Offerimus ergo et nos vobis, o carissimi parentes, pignus pari quidem illorum, sed tamen gratiore suffragio. Offerimus enim pignus non incognitum, sed domesticum, non alienum, sed proprium, nec, ut illi oratores, et sibi et iudicibus extraneum, sed nobis simul vobisque commune: quae vos utique vestri sanguinis indoles non ad incognitorum hominum cogit dilectionem, sed ad vestrorum revocat caritatem, nec alienos vobis aliena, sed vestros vestra commendat, neque id orat, ut eos ametis, quos numquam ante vidistis, sed ut eos non oderitis, quos puto
17 non diligere non potestis. Vestrum ideo, parentes carissimi, negotium, vestra res est; vester id a vobis animus, vestra caritas deprecatur. Ne, quaeso, tantum nobis irascamini, ut nec vobis consulatis, supplicante vobis * * * commune pignus per nos simul atque nobiscum, et primam paene ad vos vocem pro nostri emittit offensa. Infelix prorsus eius et miseranda condicio, quae avos suos ex parentum primum reatu coepit
18 agnoscere. Miseremini, quaesumus, innocentiae eius, miseremini necessitatis: cogitur quodammodo pro offensa suorum iam supplicare, quae adhuc nescit, quid sit offendere. Laesus quondam Ninivitarum peccatis deus vagitu infantium et ploratione mollitus est. Nam licet totum legamus luxisse populum, praecipuam tamen misericordiam meruit sors et innocentia parvolorum, dicente ad Ionam deo: si valde contristatus es super cucurbitam. Et paulo post: ego non parcam super Ninive civitatem magnam, in qua commorantur plus quam centum viginti milia, qui non cognoverunt sinistram suam aut dexteram, declarans scilicet
19 propter sinceritatem innocentium se etiam culpis nocentium pepercisse. Sed quid ego de dei misericordia loquor, qui non tantum postulata tribuit, sed interdum etiam non sperata largitur, tantoque, si dici licet, maior est hominibus humanitate et benivolentia
20 quanto potestate atque natura? Paratum, ut ait Livius, inter Romanos Sabinosque bellum, et, quod difficilius sedari potest, coeptum preces quondam et interventus carorum pignorum sustulerunt; cumque una eorum gens esset natura ferox, alia dolore fervens, tantum tamen visio affectus mutui valuit, ut nec Romanus memor esse belli nec Sabinus posset iniuriae, et illi paulo ante feri ac semibarbari, cognati sanguinis

30) Jon. 4, 11. 37) Liv. 1, 13.

---

5 solatiis *edd.* 10 tentantur *edd.* utamur *Pithoeus:* ut amor *C* 11 laturi *C* 13 paruolos *C* (*item infra* paruolorum): paruulos *edd.* 17 que uos *C* 18 indolis *C* 21 non (*ante* potestis) *intercidit in ed. Baluz.* 23 uobis] *hic finit particula codicis Bernensis in medio versu* 26 miserimini *utroque loco C* 30 paruulorum *edd.* 31 concurbitamen *C, sed* en *punctata* 37 paratus *C* 38 bellum] *hic finit particula cod. Parisini, a verbis* et quod diff. *incipit fragmentum Bernense* interuentos *C 1 m.* 40 romanos *C 1 m.* 41 ferri *C 1 m.*

cupidi, sui prodigi, amplecti se mutuo inciperent, quia pignus mutuum iam habere coepissent, fieretque unus uterque populus, quia unus utriusque esset affectus. Nos 21
non in acie stamus, non arma sumimus, non vim inferimus nec propulsare temptamus, impium fore arbitrantes, si vel in hoc filii parentibus obvient, ne puniantur iniusti.
5 Cur, rogo, quod illi quondam affectus pro suis obtinuerunt, nostri non queant inpetrare pro nobis? An ideo infelicissimi paene omnium, ideo minus meremur veniam, quia repugnare nescimus? Quod vultis nos pati, patimur. Si irascimini, deprecamur, 22
si puniendos creditis, adquiescimus. Quid, rogo, ultioni post ista superest? Certe etiamsi iustas suscensendi causas parentes habeant, nihil contingere eis felicius, nihil
10 optatius potest quam ut sic eis pro reatu filii satis faciant, ne necesse habeant vindicare. Quid autem est, in quo magis possimus vobis nos satis facere? Filii vestri 23
sumus, qui vos rogamus, neptis, per quam rogamus: parcite, indulgete: illi †eorum, parentes carissimi, pro se rogant, ob quorum soletis nomina etiam extraneis nil negare. Longum est de innumeris pietatis atque humanitatis exemplis dicere et praeposterum
15 ut de maioribus ad minora veniamus. Sed tamen id, quod dicturus sum, specie quidem minus est, sed tamen re minus non est. Perorans quondam pro periculo existi- 24
mationis atque incolumitatis suae in Romano foro Servius Galba, cum ob difficultatem negotii et invidiam facti sui parum non modo in causa, sed etiam in eloquentia spei poneret, arte usus est, ut iudicum animos, quos inflectere precum ambitione non
20 poterat, rerum temptaret affectu. Itaque consumptis iam admodum cunctis oratoriae artis ingeniique subsidiis, cum parum se promovisse intellexisset, parvolum, quem secum habebat, Galli, ut illis temporibus videbatur, clarissimi et nuper mortui viri filium, et parvas ante subsellia auditorum indoles suas in consessu iudicum conspectuque produxit: quos cum laturis sententiam disceptatoribus oratione flebili commenda-
25 ret, fractae affectu omnium mentes et inclinatae sunt. Quid plura? Factum est, ut inflexis cunctorum sensibus daret misericordia humanitati quicquid ambitioni veritas denegaret. O affectus humani quanti estis, quantum valetis, qui etiam in iudicio ius 25
habere potuistis! Discite, o parentes carissimi, venia vestri dictum sit, discite vel hoc saltim exemplo frangi atque molliri. Certe etiam illic misericordia valuit, ubi
30 locum esse misericordiae non licebat. Laturi sententiam iudices, qui nihil se nisi ex veritatis officio pronuntiaturos esse iuraverant, excludere tamen misericordiam nec post sacramenta potuerunt, in tantum humanitate moti, ut dum alieno negotio consulunt, suum paene obliviscerentur. Nihil vos durum, nihil insolens deprecamur: vestris vos 26
praestate pro vobis, quod praestiterunt illi extraneis contra se. Certe nec causa illic
35 iustior nec persona carior nec audientia humanior nec orator gratior fuit. Illic agebatur pro crimine, hic pro affectu; illic pro extraneis, hic pro filiis; illic apud iuratos iudices, hic apud iniuratos parentes; illic per oratorem qui circumscribere nitebantur, hic per neptem, quae quo vos ipsa infantiae suae simplicitate plus moveat, adhuc rogare non novit. Quid est quod causae desit? quod novum inquirendum no- 27
40 bis est inauditumque suffragium? num extraneorum apud vos precibus utendum est? Semper in amore cautella est; nemo enim melius diligit quam qui maxime veretur offendere. Unde ego nunc veniam peto, non quia offendisse me noverim, sed ut locum offensae penitus non relinquam, nec conscientia culpae, sed ratione et officio caritatis, ut maiorem apud te affectus gratiam obsecratio mereatur innoxii et amori pro-
45 ficiat supplicatio reatu carens, habeasque plus in filii tui deprecatione quod diligas, si non habes quod remittas. Quamquam temere fortasse nobis de innocentia blandia- 28

---

4 fili *C* *fort.* iniuste 12 indulgite *C;* indulgete illi. Eorum parentes carissimi pro se rogant *vulgo* 15 specię *C* 17 incolomitatis *C* 21 paruulum *hic C* 23 consensu *C* 38 quae *C corr. ex* q, 39 nobis *C: om. edd.* 41 cautella est *Pithoeus* · cautellam *C*

mur, quid tu de nobis sentias nescientes; tui enim nobis sensus magis quam nostrae opinionis ratio habenda est. Superest ergo, ut si quid aliud et quicquid illud commissum a nobis est, tu, qui id offensa dignum putas, venia quoque non indignum arbitreris. Pulchre tibi ipse in tuorum reatu satis facies. Nihil de ultione perdit filio ignoscens pater, quia felicius multo est et laudabilius suis aliquem etiam inmerito ignoscere quam in suos etiam merito vindicare. Vale.

EPISTOLA V.

1 Catturae sorori Salvianus.

Etsi docente Paulo apostolo quid conveniat nos orare nescimus, quo fit ut interdum quid velle aut gaudere oporteat nesciamus, tamen ego pro communi humani generis affectu (quo omnes admodum homines pie magis quam sapienter eos, qui nobis curae sunt, cupimus quam diutissime esse nobiscum), gaudeo, quod post gravem diuturnumque morbum spem etiam praesentis vitae indepta es, quae futurae semper ha-
2 buisti. Benedictus itaque dominus deus noster, qui semper spiritus tui custos nunc praecipue etiam carnis fuit, et in te manens teque custodiens manum suam ex interioribus tuis usque ad exteriora porrexit, nec solum sancta sanctorum, sed etiam vestibula templi sui et circumsepta servavit, protectionemque suam latius fundens fecit
3 salutem animae tuae usque ad sanitatem corporis pervenire. Quamvis ego ne hanc quidem tibi, quam pertulisti, terrestris vasculi infirmitatem obfuisse existimem, cuius fortitudo, ut scis, menti semper inimica est: ut te iure nunc tanto fortiorem spiritu putem, quanto inbecillior carne esse coepisti. Caro enim, inquit apostolus, concupiscit adversum spiritum, spiritus adversus carnem: haec enim in-
4 vicem sibi adversantur, ut non quae vultis, illa faciatis. Ergo si repugnante corpore quae volumus facere non possumus, infirmandum carne est, ut optata faciamus. Et verum est. Inbecillitas enim carnis mentis vigorem exacuit, et adfectis artubus vires corporum in virtutes transferuntur animorum, ut mihi genus quoddam sanitatis esse videatur, hominem interdum non esse sanum. Nulla enim admodum tum spiritui cum corpore, id est, nulla divinae indoli cum terreno hoste luctatio est. Non turpibus flammis medullae aestuant, non male sanam mentem latentia incentiva succendunt, non vagi sensus per varia oblectamenta lasciviunt, sed sola exultat anima,
5 laeta corpore affecto quasi adversario subiugato. Gaude ergo, alumna Christi; semper quidem simplicis et quietae, sed nunc magis defaecatae tuae mentis et liberae ostium aperi et adtrahe, ut legis, spiritum sanctum. Numquam, ut puto, habitatore deo dignior extitisti, quanto inbecillior corpore, tanto purior sensu. Vincentibus carnem tuam morbis mente vicisti, felix, si hanc semper corporis mortem in vitam spi-
6 ritus conservaris. Extinctis in te forsitan cunctis humanarum temptationum incentivis habere quodammodo naturam animae etiam in carne coepisti, ut mihi non solum magna dei dispensatione, sed etiam magno munere et ante aegrotasse et nunc convaluisse videaris. Aegrotasti enim hactenus ad virtutem spiritus confirmandam, securam forsan

9) Rom. 8. 21) Gal. 5, 17. 33) Psal. 118.

---

6 uindicare *Baluzius:* uindicari *C* uale. finit. *C; deinde praescriptum est:* Item alia 14 custus *C 1 m.* 18 sanitatem *C:* salutem *edd.* 21 inbicillior *C, item v.* 34 22 aduersus spiritum *edd.* 25 inbicillitas *C* 26 animarum *libri de gub. dei* I, 16, *ubi hic locus repetitus est* 32 defecatae tue (*sed* tue *expunctum*) *C* liberae (-re *corr.*) ostuum *C* 34 existitisti *C* 36 forsitam *C* 39 securam *scripsi:* secura *C* forsam *C*, forsitan *vulgo* (*non item ed. Pith.*)

sanitatem nunc adipiscens iam carne superata, ut posthac redditam corpori incolumitatem sine ulla animae infirmitate possideas, et ita caro valere incipiat, ut iam temptatio non resurgat. Vale.

EPISTOLA VI.

Limenio Salvianus in domino salutem.

Etsi scio honestas mentes probi affectus non oblivisci, ideo quia boni in bonis studiis quasi naturam quodammodo suam diligunt, tamen quia, quantum in nobis est, augere nos amorem bonorum amicorum officio nostro convenit, admonendum te caritatis olim a me coeptae, nuper a te auctae existimavi, ut legens epistolas meas, dum in me studium tui amoris videres, in te mei accenderes. Dabit autem, non ambigo, deus noster, ut affectum Christianorum in te recipiens Christi ipse affectus fias. Vale in domino.

EPISTOLA VII.

Apro et Vero Salvianus.

Officii sit an inpudentiae, quod prius ad vos scripsi, quam a vobis ius scribendi 1
acciperem, malo vestri esse iudicii quam adsertionis meae, quia res dubia ac latens melius semper bonis interpretatoribus quam malis defensoribus creditur. Sed licet haec vere se ita habeant et a me ita esse ducantur, tamen si, quid in veri opinione secundum intellegentiam meam sit, audiendum a me putatis, ego sic arbitror, si quando de officio deferendo parvis, ut ego sum, apud superiores, ut vos estis, sancta contentio est, melius eos facere, si praeoccupent scripto patronos suos, quam si ab his praeoccupentur. Nam cum ipsa scribendi rescribendique adsiduitas dandis vel maxime 2
et reddendis obsequiis deferatur, multo necesse est humilius sit et obsequentius dare quempiam operam, ut officium prius deferat, quam expectare ut prius capiat, quia iuxta id, quod supra diximus, delatio officii fugere honorem, dissimulatio affectare videatur. Congrue ergo et multis modis rationabiliter actum est, ut ego ad vos prius 3
scriberem. Primum, quia turpiter ad honorem ambisse viderer inferior: deinde, quod vos ab omni huiuscemodi opinionis nota ita morum vestrorum dignitas vindicat, ut paene quicquid a vobis fit, nihil non recte factum esse credatur: postremo, quod, 4
etiamsi hoc consilio vos ad me non scripsissetis, ut ego peccator et inbecillus prius deferrem officia quam sumerem, pio magis id vos consilio fecisse existimandum erat quam adroganti. Cum enim totius ferme humilitatis et prope omnium officiorum palmam indepti sitis, non tam credi poterat vos amico voluisse honorem negare quam onus noluisse inponere. Quamvis enim honestum et religiosum studium sit praeoccu- 5
pare humilitate et vincere, tamen quando inter tales, ut nos sumus, id est inter summos atque infimum, huiuscemodi negotium est, abundantioris caritatis rem maior facit, si minori cedat officio. Haec, mi domini venerabiles, iuxta opiniunculam meam non tam praesumptione scientiae quam honore reverentiae vestrae scribenda ad vos putavi. Si aliud vos sentire ostenderitis, ego manum ad os meum ponam, et iuxta exemplum 6

---

1 post hac (n *1 m. ut videtur*) *C* incolomitatem *C* 3 uale. finit. *C; sequitur in C epistola tertia, ac tum demum sexta, cui praefixum est:* Item alia 10 uideres *scripsi:* uidens *C*, uideris *edd.* 11 in te recipiens *C:* intercipiens *edd.* 13 *praefixum est in C:* Item alia 15 Officiis itã *C 1 m.* 16 mallo *C* 21 scriptos *C 1 m.* iis *vulgo* 24 ut *om. C 1 m.* 29 fit *Pithoeus:* sit *C* 30 scribsissetis *C* inbicillus *C, item p.* 116, 1 inbicillum 37 uenerabilis *C* 38 scienti *C*

sancti Iob, qui post divinam vocem in comparatione loquentis dei parvum se et inbecillum esse cognovit, terram me, ut sum, squalidam et insincerum cinerem iudicabo dicamque: illud 'semel locutus sum' non adiciam. Nec inmerito; incidere enim in falsae opinionis errorem, priusquam vera cognoscas, inperiti animi est et simplicis, perseverare vero in eo, postquam agnoveris, contumacis. Valete.

EPISTOLA VIII.

1 Dómino et dulci suo Eucherio episcopo Salvianus.

Legi libros, quos transmisisti, stilo breves, doctrina uberes, lectione expeditos, instructione perfectos, menti tuae et pietati pares. Nec miror, quod tam utile ac pulchrum opus ad institutionem potissimum sanctorum ac beatorum pignorum condidisti.
2 Cum enim eximium in eis templum deo aedificaveris, doctrina novae eruditionis quasi summum aedificii tui culmen ornasti, et ut indoles sanctae aeque doctrina ac vita inlustrarentur, quos morali institutione formaveras, spiritali instructione decorasti. Superest ut dominus deus noster, cuius dono admirandissimi iuvenes tales sunt, pares eos faciat libris tuis, id est, ut quicquid illi continent in mysterio, hoc uterque illorum habeat in sensu. Et quia iam dispensatione divina atque iudicio etiam magistri ecclesiarum esse coeperunt, donet hoc benignissimi dei pietas, ut doctrina illorum fructus sit ecclesiarum et tuus, profectuque excellentissimo tam illum ornent, a quo sunt geniti, quam eos quos ipsi sua institutione generaverint. Mihique hoc, etsi non inter omnia, certe vel post omnia misericors deus tribuat, ut qui fuerunt discipuli quondam mei, sint nunc cotidie oratores mei. Vale, mi domine et dulcis meus.

EPISTOLA IX.

1 Domino ac beatissimo discipulo, patri, filio, per institutionem discipulo, per amorem filio, per honorem patri, Salonio episcopo Salvianus.

Quaeris a me, o mi Saloni, caritas mea, cur libellis nuper a quodam huius temporis homine ad ecclesiam factis Timothei nomen inscriptum sit. Addis praeterea, quod nisi rationem vocabuli evidenter expressero, dum nominantur Timothei, inter
2 apocryfa sint fortasse reputandi. Ago gratias atque habeo, quod de me ita iudicas, ut pertinere hoc existimes ad fidei meae curam, ne quid ecclesiastici operis vacillare

3) Job 39, 35.

---

1 in comparationem *C*, *em. Rittershusius; cf. de gub. dei* 2, 23. 4, 25. 6, 36. 7, 21 *etc.* 2 cinerem *C:* cicerem *edd. inepte* 5 contumacis *scripsi:* contumaces *C*, contumaciae *edd.* ualete. finit. *C*, *in quo iam sequitur epistola IV usque ad verba* supplicante uobis *p.* 112, 23 7 *Ad epist. VIII adhibuimus tres codd. Parisinos, num. 9550 saec. VII—VIII = A, num. 12237 (sive S. Germ. 808) saec. IX—X = B, num. 12236 (S. Germ. 862) saec. IX—X = C* Domino] i *in A erasa* dulci suo *A:* dulcissimo *BC et edd. cf. v.* 21 Saluianus *A:* Saluianus (siluanus *BC*) presbyter *BC et edd.* 9 et *ABC:* ac *edd.* 10 beatissimorum *B*, ac beat. pignorum *om. C* 11 exsimium *BC* 12 indoles scaaeque *A* 14 dono *A:* dona *BC* 17 benignissima *B* 18 profectus que *C*, prouectu *B* 20 fuerint *BC* 21 quotidie *A* domine *ABC:* dominus *edd.* 22 *B = codex Parisinus 2785 saec. XI. p = editio Ioh. Sichardi, Basileae 1528.* INCIPIT EPISTOLA SALUIANI AD SALONIŪ *B* 23 Domino — Saluianus *om. p* patri filio *B:* filio et patri *vulgo* 26 karitas *B* quo*dam *B* 27 facti *B* 29 apogrifa *B* atque habeo (hebeo *1 m.*) *B:* ita ut debeo *p* iudicas ita *B 1 m.* (ita iudicas *in B corr. m. 2 recenti*) 30 existimes *nos:* estimes *B*, aestimes *edd.*

permittam, scilicet ut res summae salubritatis non sit minoris pretii per opinionis incertum. Sufficere itaque ad excludendam penitus apocryfi stili suspicionem etiam hoc solum poterat, quod superius indicavi libros neotericae disputationis esse et a praesentis temporis homine divinarum rerum studio atque amore conscriptos; carent enim
5 apocryfa suspicione, qui agnoscuntur Timothei apostoli non fuisse. Sed requirit forsi- 3
tan aliquis, quis ille auctor sit, si apostolus non est, et utrum suum libellis ipsis an alienum nomen inscripserit. Verum est: potest hoc quidem quaeri, et recte quaeritur, si inquisitio valet ad fructum aliquem pervenire. Ceterum, si infructuosa est, quid necesse est ut laboret curiositas, cum profectum curiositatis non sit habitura
10 cognitio? in omni enim volumine profectus magis quaeritur lectionis quam nomen
auctoris. Et ideo, si profectus est in lectione et habet quisquis ille est, quod potest 4
instruere lecturos, quid ei cum vocabulo, quod iuvare non potest curiosos? ita ut dignissime huic inquisitori angelicum illud respondeatur: patriam quaeris an mercennarium? Cum enim nullus sit profectus in nomine, qui profectum in scrip-
15 tis invenit, superflue nomen scriptoris inquirit. Causae ergo, ut dixi, ista sufficiunt.
Sed quia tibi, o mi Saloni, decus nostrum atque subsidium, negare nihil possumus, 5
evidentiora dicemus. Tria sunt, quae in libellis istis, de quibus loquimur, quaeri possunt: cur is qui scripsit ad ecclesiam scripserit et utrum alieno nomine an suo: si non suo, cur alieno, et si alieno, cur Timothei potissimum nomen quod scriberetur
20 elegerit. Igitur ut libelli ad ecclesiam scriberentur, haec causa est. Scriptor ille, 6
ut etiam scripta ipsa testantur, habet hunc in se cultum atque affectum dei, ut deo nihil praeponendum putet, secundum illud scilicet domini nostri dictum, quo ait: qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus. Quamvis dictum hoc tepidissimi ac neglegentissimi quique homines solo tantum persecutionis tem-
25 pore putent esse servandum. Quasi vero ullum omnino tempus sit, quo praeferri ali- 7
quid deo debeat, aut qui persecutionis tempore pretiosiorem omnibus rebus Christum habere debet, reliquo omni tempore habere debeat viliorem. Quod si ita est, amorem dei persecutioni debebimus, non fidei, et tunc tantum pii erimus, quando nos impii persequentur, cum utique aut maiorem aut certe non minorem tranquillis quam asperis
30 rebus affectum domino debeamus. Quia et hoc ipso a nobis plus debet diligi, quia 8
nos a malis non patitur adfligi, indulgentia scilicet piissimi et mollissimi patris nobiscum agens, qui magis vult nos in pace et quiete fidem nostram religionis operibus ostendere quam in persecutione poenis nostrorum corporum conprobare. Et ideo si tunc ei nil praeferendum est, quando nobiscum aspere agitur, ne tunc quidem prae-
35 ferri debet, quando per indulgentiam plus meretur. Sed haec alii tempori magis con-
gruunt: nunc quod coepimus exequamur. Videns igitur scriptor ille, quem diximus, 9
graves atque multiplices Christianorum paene omnium morbos atque a cunctis in ecclesia positis non solum non postponi omnia deo, sed prope cuncta praeponi —: nam et ebriosi in ebrietatibus deum spernere videntur et cupidi in cupiditate et impudici
40 in libidine et cruenti in crudelitate, et in his omnibus paene omnes, atque hoc eo gravius, quod non solum haec per scelus atrocissimum diu admittuntur, sed ne postea

13) Tob. 5, 17. 22) Matth. 10, 37.

---

2 apogrifi *B* 3 neutericae *B* 5 apocrifa *B*, apogryphi *p et edd.* 8 peruenire *B, sed syllaba extrema in rasura* 12 quos iuuare *Bp, em. Pithoeus* curiosus *B 1 m.* 13 inquisituro *p* 14 sit profectus *B:* profectus sit *p* 15 istae *p* 18 nomine an *p:* nomine et an *B* 22 quod ait *B* 24 quoque *B* 28 pii erimus *Jul. Meyerus:* peterimus *B 1 m.* poterimus *B corr. et p* 31 aut mollissimi *B* 34 agit (*sc.* deus) *Rittershusius* 35 tempore *B 1 m.* 39 inpudici *B corr. m. 2 recentiore, p:* incupidi *B 1 m.*

quidem per paenitentiam corriguntur, maxime cum etiam in his, qui paenitentes esse dicuntur, nomen sit magis paenitentia ipsa quam fructus, quia parum sunt rerum vo-
10 cabula ipsas res non habentia et nihil virtutum verba sine viribus. Plurimi namque ac paene cuncti, et rerum abundantes et conscii criminum ac flagitiorum suorum, non modo ea quae admiserunt exomologesi ac satisfactione, sed ne hoc quidem, quod fa- 5 cillimum est, donis saltim ac misericordiis redimere dignantur, atque non solum id in prosperis neglegunt, sed, quod multum inreligiosius, in adversis, non solum incolumes, sed etiam deficientes. Tanta incredulitas est hominum et tam gravis infidelium languor animarum, ut cum multi maximas opes heredibus, interdum etiam extraneis derelinquant, hoc solum se putent perdere, quod pro spe sua dederint ac sa- 10 lute. Et quidem istud licet in omnibus fere grave sit, praecipue in his tamen, quos in consimili crimine infidelitatis etiam professio sanctitatis accusat. Sed idem morbus hic non saecularium tantum est, sed eorum etiam, qui sibi nomen religionis usurpant. —
11 Et ideo videns ille qui scripsit commune esse hoc malum prope universorum labemque hanc non ad mundiales tantum homines, sed etiam ad paenitentes atque conversos, 15 ad viduas quoque iam continentiam professas atque ad puellas in sacris altaribus consecratas, quodque, ut ita dixerim, prope inter monstra reputandum est, ad levites etiam ac presbyteros, et quod his feralius multo est, etiam ad episcopos pervenisse, ex quibus multi, quos supra dixi, sine affectibus, sine pignore, non familias, non filios habentes, opes et substantias suas non pauperibus, non ecclesiis, non sibi ipsis, non 20 denique, quod his omnibus maius est ac praestantius, deo, sed saecularibus vel maxime et divitibus et extraneis deputarent, factus est in corde ipsius, sicut scriptum
12 est, zelus domini quasi ignis ardens. Et quia, aestuantibus sacro affectu medullis suis, aliud in tali aestu facere non potuit, in vocem doloris erupit. Vox autem ipsa cui inpenderetur nullus magis idoneus visus est quam ecclesia, cuius utique pars ipsi 25 erant, qui ista faciebant. Superflue enim uni aut paucis scribitur, ubi est causa cunctorum. Haec ergo ratio et persuasit et conpulit, ut libelli de quibus loquimur ad
13 ecclesiam mitterentur. Nunc illud dicimus, quod secundum est, scilicet cur in titulo libellorum non sit nomen auctoris. Cuius rei licet una sit causa maxima, multae tamen, ut reor, esse potuerunt. Ac prima illa veniens a mandato dei, quo praecipimur 30 vitare omnibus modis terrestris gloriae vanitatem, ne dum humanae laudis inanem aurulam quaerimus, praemium caeleste perdamus. Ex quo etiam illud est, quod et orari deus et donari occulte iubens vult nos fructum boni operis commendare secreto, quia nulla sit maior fidei devotio, quam quae conscientiam vitat hominum deo teste contenta. Nesciat enim, inquit salvator noster, manus tua sinistra quid 35 faciat dextera tua, et pater tuus qui videt in absconso reddet tibi.
14 Et ideo scriptori illi ad subtrahendum ex titulo nomen suum atque celandum sufficere haec tantummodo causa potuit, ut quod in honorem domini sui fecerat, divinae tantum conscientiae reservaret, et res commendabilior deo fieret, quae famam publicam

23) Psal. 78, 5. 35) Matth. 6, 3.

---

1 penitentiam *B*, *item paulo post* penitentes correguntur *B 1 m.* 2 penitentia ipsa *B:* poenitentiae *p* paruum *B 1 m.* 4 habundantes *B* 5 ea quae *p:* eaq. *B* admiserũ int *B 1 m.* exomologisi *B*, *ut coni. Rittershusius:* in exomologesi *p* 6 redemere *B 1 m.* 7 incolomes *B* 10 derelinquunt *B* putant *B et edd.* pro *B 1 m.* per *B corr.* 11 liceat *B 1 m.* grauis *B 1 m.* 13 secularium *B*, *item v.* 21 secularibus etiam eorum *p* 15 non *om. B* penitentes *B* conuersus *B 1 m.* 16 atque puellas *B 1 m.* consecratis *B 1 m.* 17 leuites *B:* leuitas *p* 18 ac *B:* atque *p* presbiteros *B* 24 in tali *p:* in alia *B* uoce *B* erumpit *p* 31 inanem *om. p* 35 noster *B: om. p* 37 ex *nos:* e* *B*, ei *p*, e *vulgo*

devitasset. Sed tamen, quod confitendum est, praecipuum illud fuit, quia scriptor ille, ut legimus, humilis est in oculis suis et vilis sibi, exiguum se penitus atque ultimum putans, et hoc, quod maius est, mira fide, non officio humilitatis adsumptae sed iudicii simplicis veritate. Unde est, quod iure se etiam ab aliis talem habendum 15
5 putans, qualis a semet ipso haberetur, recte libellis suis alienum nomen inseruit, scilicet ne auctoritatem salubribus scriptis personae suae parvitas derogaret; omnia enim admodum dicta tanti existimantur, quantus est ipse qui dixit. Siquidem tam inbecilla sunt iudicia huius temporis ac paene tam nulla, ut hi qui legunt, non tam considerent quid legant quam cuius legant, nec tam dictionis vim atque virtutem quam
10 dictoris cogitent dignitatem. Idcirco igitur scriptor ille abscondi ac latitare omnibus 16
modis voluit, ne scripta, quae in se habent plurimum salubritatis, minora forsitan fierent per nomen auctoris. Habet itaque quisquis ille est, qui requirit, cur alienum nomen adsumpserit. Restat dicere cur Timothei. Quod ut dicamus, ad auctorem denuo 17
reversuri sumus. Is enim causarum omnium causa est: qui sicut humilitati praestitit
15 ut alienum, sic timori atque cautellae ut Timothei nomen scriberet. Pavidus quippe est et formidolosus ac nonnumquam etiam levium mendaciorum fugax atque in tantum peccare metuens, ut interdum et non timenda formidet. Cum ergo subtrahere ex titulo 18
nomen suum et inserere vellet alienum, timuit in hac nominum commutatione mendacium, nequaquam scilicet admittendam putans etiam in officio sancti operis maculam
20 falsitatis. Positus itaque in hoc ambiguae opinionis incerto optimum fore credidit, ut beati evangelistae sacratissimum sequeretur exemplum, qui in utroque divini operis exordio Theophili nomen inscribens, cum ad hominem scripsisse videatur, ad amorem dei scripsit, hoc scilicet dignissimum esse iudicans, ut ad ipsum affectum dei scripta dirigeret, a quo ad scribendum inpulsus esset. Hoc ergo etiam scriptor hic, de quo 19
25 loquimur, usus est argumento atque consilio. Conscius enim sibi sic se omnia in scriptis suis pro dei honore, sicut illum pro dei amore, fecisse, qua ratione ille Theophili, hac etiam hic Timothei nomen inscripsit; nam sicut Theophili vocabulo amor, sic Timothei honor divinitatis exprimitur. Itaque cum legis Timotheum ad ecclesiam scripsisse, hoc intellegere debes, pro honore dei ad ecclesiam scriptum esse, immo
30 potius ipsum honorem dei scripta misisse, quia recte ipse scripsisse dicitur, per quem factum est ut scriberetur. Hac causa igitur in titulo libellorum Timothei nomen in- 20
scriptum est. Congruum siquidem scriptor ille existimavit, ut cum in honorem dei libellos scriberet, ipsi divinitatis honori titulum consecraret. Habes, o mi Saloni, caritas mea, habes quod exegisti, inplevi opus muneris inperati. Superest ut, quia ego
35 sum functus partibus meis, et tu fungaris tuis, id est, ores dominum deum nostrum et orando inpetres, ut libelli ad ecclesiam Christi honore conscripti tantum apud deum scriptori suo prosint, quantum eos prodesse ipse omnibus cupit. Nec iniustum, puto, est desiderium, quo tantum sibi aliquis praestari postulat pro salute, quantum ipse optat cunctis pro caritate. Vale, mi Saloni, decus nostrum atque subsidium.

21) Luc. 1, 3. Act. apost. 1, 1.

---

1 confitendum fuit *p* 2 se ac penitus *B 1 m. et p* 3 magis est *B* 7 admodum *B 1 m. p:* a modo *B corr.* 8 hi *B:* hii *p, om. ed. Baluz.* 9 quid legunt *B* 10 dictoris *B et Rittershusius:* dictatoris *p et edd.* ac *B:* et *p* 13 adsumpserit *scripsi* · assumpsit *B*, assumptum (ads. *p*) sit *B corr. et p* 14 his *B* 15 cautelle *B*, cautelae *p* *fort.* inscriberet 16 mendatiorem *B* 17 e* titulo *B*, et titulo *p*, e titulo *edd.* 18 timuit *Baluzius:* timothei *Bp* commutacionum (-ne *corr.*) *B* 21 euuangelistae *B* 22 theofili *B* 26 sicut illum pro dei amore *om. p* 27 nomen inscripsit *Jul Meyerus:* nominis (nomine *p*) scripsit *Bp* theofili *B* 29 intellege *B* 31 haec *B 1 m.* in titulum *p* 33 libellum *p* titulo *B* karitas *B* 35 sum functus *B:* functus sum *p* 36 inpetres *B:* id impetres *p* 38 quod *B*, *sed* d *punctata* 39 Saloni *Baluzius: om. B*, mi Saloni *om. p; cf. p.* 117, 16

TIMOTHEI

AD ECCLESIAM LIBRI IIII.

LIBER I.

1 I. Timotheus minimus servorum dei ecclesiae catholicae toto orbi diffusae: gratia tibi et pax a patre nostro et Christo Iesu domino nostro cum spiritu sancto. Amen.

Inter ceteros graves atque mortiferos exitialis pestilentiae morbos, quos tibi antiquissimus ille ac foetidissimus serpens gravissima letiferae aemulationis invidia et taeterrimo illo virosi oris spiritu inalat, nescio an ulla te acerbiore animarum fidelium peste et taetriore filiorum tuorum labe conficiat, quam quod plerique ex tuis parum existimant, si in hac vita rebus sibi ad opus sanctum a deo traditis sine fructu misericordiae atque humanitatis incumbant, nisi avaritiam, id est idolatriae servitutem,
2 etiam in futura post mortem tempora extendant. Circumspicis fortasse et circumspectas, qui isti ex tuis sint, quos appellem. Non longa tibi inquisitione opus est ad inveniendum. Omnes, inquam, omnes paene hoc sunt quod loquor. Abiit quippe illa egregia ac supereminens dudum primitivae plebis tuae beatitudo, qua omnes Christum agnoscentes caducas rerum mundialium facultates in sempiternas caelestium possessionum opes conferebant, multantes se usu praesentium in praeclaram spem futurorum,
3 inmortales divitias praesenti paupertatis ambitu ementes. At nunc pro his omnibus avaritia, cupiditas, rapina, quaeque eis sociae et quasi germana unitate coniunctae sunt, invidiae, inimicitiae, crudelitates, luxuriae, inpudicitiae, perditiones, quia superiora illa istorum usibus militant, successerunt. Ac sic nescio quomodo pugnante contra temet ipsam tua felicitate, quantum tibi auctum est populorum, tantum paene vi-

---

A = codex Parisinus 2172 saec. X. — *B* = codex Parisinus 2785 saec. XI. — *p* = editio princeps Basileensis a. 1528.

4 Timotheus — amen *om. p, in qua est haec inscriptio:* Timothei episcopi ad ecclesiam catholicam toto orbe diffusam liber primus eclesiae *A* orbe *vulgo* 5 *post* amen *habet B:* INCIP. LIB. PRIMUS 7 fetidissimus *AB* 8 acerbiore . . peste et tetriore . . labe *AB:* acerbior . . pestis et tetrior . . labes *edd.* fidelium *Rittershusius:* infidelium *ABp* 10 existimant *Baluzius:* existimantes *ABp* traditum *AB* 11 idolatriae *AB:* idololatriae *edd. cf.* § 60; *illa est forma sermonis vulgaris, ut docet franco-gallicum* idolatrie 17 multantes se usu *p:* multuantes (mutantes *corr.*) seu. su (sensū *B partim in rasura*) *AB*, mutantes sensum *vulgo* in *AB:* et *p* 18 at *p:* Quod *AB* 19 eis] ei *A*, et *B*, hiis *p* socia *p* germanitate coniunctae *Ritterhusius haud scio an recte* 20 luxoriae A^1 21 successerent A^1, successere *Bp*

tiorum, quantum tibi copiae accessit, tantum disciplinae recessit, et prosperitas venit quaestuum cum magno faenore detrimentorum. Multiplicatis enim fidei populis fides 4 imminuta est et crescentibus filiis suis mater aegrotat, factaque es, ecclesia, profectu tuae fecunditatis infirmior atque accessu relabens et quasi viribus minus valida. Diffudisti siquidem per omnem mundum religiosi nominis membra religionis vim non habentia, ac sic esse coepisti turbis opulens, fide pauper, quanto ditior multitudine, tanto egentior devotione, latior corpore, angustior mente, eademque, ut ita dixerim, et in te maior et in te minor, novo paene et inaudito genere processus et recessus crescens simul et decrescens. Ubi enim est illa nunc eximia forma tua et totius cor- 5 poris pulchritudo? ubi illud de vivis virtutibus tuis divinorum apicum testimonium dicens: multitudinis autem credentium erat cor et anima una, et nemo quicquam ex eo quod possidebat suum esse dicebat. Cuius tu nunc, o dolor ac lamentatio! lectionem tantum habes, virtutem non habes, cuique tu scientia tantum interes, conscientia abes. Maxima quippe nunc filiorum tuorum portio morti- 6 ferarum rerum negotiatrix est, propolisque et cauponibus similis terrenis, immo tartareis, perituris simul atque perdentibus studet nundinis. Lucro enim pecuniae damnum vitae ementes, ut adquirant quae non sunt sua, prodigunt quae sunt sua, mandantes terrae thesauros luctuosos, heredibus breve gaudium, auctoribus longum maerorem adlaturos, fraudantes usu rerum praesentium tam alios quam se ipsos, condentes profundis specibus infernas opes, simul pecuniam suam ac spem suam infodientes, secundum illud scilicet domini nostri dictum, quo ait: ubi fuerit thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum. Invident itaque saluti suae animasque proprias, quae vocantur ad cae- 7 lum, terrenis ponderibus in terram premunt. Mens enim thesaurizantis thesaurum suum sequitur et quasi in naturam terrestris substantiae demutatur, nec solum nunc, sed etiam in futuro atque perpetuo. Nam cum, ut scriptum est, ante hominem vita pariter ac mors sint et ad quod vult manum porrigat, necesse est ea unusquisque hominum in aeternitate possideat, quae hic quasi manu sua ipse pervaserit, voluntatique ac sententiae suae deditus his in futuro adhaereat condicione, quibus hic adhaesit affectu.

II. Sed videlicet immunes se ab hoc piaculo quidam putant, qui fortasse aurum 8 ac facultates suas in terra non habent et tamen ubicumque abstrusas habent. Nemo se ridiculis opinionibus fallat. Quicumque augendis opibus terrena cupiditate famulantur, aurum terrae semper infodiunt. Hoc est enim illud, quod salvator in evangelio docet dicens: nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Et iterum: thesaurizate autem vobis thesauros in caelo. Intellegi iuxta carnalem auditum ista non possunt. Numquid enim aut omnes mali in terra corporales thesauros suos aut omnes boni in caelo locant? Non utique. Et ideo effectus spiri- 9 talium rerum atque virtutes vis sacrae locutionis expressit. Scilicet ut, quia cupiditati et avaritiae terrena atque tartarea, misericordiae autem ac largitati caelestia ac sempiterna debentur, idcirco diversitas terreni et caelestis thesauri posita est, ut qui cupiditati et avaritiae thesaurizarent, in inferno se opes locare cognoscerent, qui vero

11) Act. 4, 32. 21) Matth. 16, 2. 34) Matth. 6, 19.

---

1 copia . . disciplina *A* 2 fidis inminuta *B* 3 eclesia *A* 6 cepisti *B* turpis *p* 7 latior *ABp:* largior *vulgo* 9 eximię formę tuę *Bp* 11 cor *AB:* cor unum *p et Vulgata* 13 tu *AB: om. p* 15 propulisque A^1B^1 18 luctuosus *B* 20 specibus *AB* · specubus *A corr. m. recenti et p; cf. Neue lat. Formenl. I, 377 ed. I* 25 ut *Ap:* ad *B* 30 immune esse *B* 31 habet *B* Attamen *p* 35 intellige *B* 36 enim uisibiliter aut *p* 38 ut *delendum videtur*

misericordiae et humanitati, caelestes thesauros praeparare gauderent. Loca itaque thesaurorum de meritis thesaurizantium nominavit; ibi enim dicuntur esse iam thesauri, ubi sunt thesaurizantes futuri.

10 III. Sed austera forsitan videatur esse sententia cunctos aequaliter ad perfectionem vocans et una omnes lege conpellans, cum utique non sit universorum una con- 5
dicio. Rectissime quidem dici ad ista poterat, quod cum omnes perpetuo velint vivere, omnes id agere deberent, ut vitam participare possint, quia inconsultissimum ac stultissimum est id quosdam agere, ut quod affectu ac voto volunt, id ipsum re atque
11 actu nolle videantur. Sed tamen videamus eam maxime Christianorum, id est filiorum tuorum partem, quae certis rerum inpedimentis et inexpugnabilibus, ut putat, 10
necessitudinum vinculis a perfectione revocatur. Ac primum in hac parte illi, opinor, sunt, qui ad quaerendas pecunias et ampliandas latissime opes conpelli se pignorum cura et quasi violento filiorum amore causantur. Quasi vero quicumque patres sunt, nequaquam aut possint aut debeant omnino esse nisi divites et amare filios suos sine opum multiplicatione non valeant, aut vero virtus ac medullae affectuum avaritia et 15
cupiditates sint: quia scilicet, ut illi putant, sicut corpus sine medulla, sic amor sine
12 cupiditate esse non possit. Quod si ita est, omnis absque dubio pietas mali causa est, neque in ea sensus sunt affectuum bonorum, sed incentiva vitiorum. Et ubi illud sacrum divinae auctoritatis oraculum: pietas ad omnia utilis est? Hoc enim modo non solum non ad omnia utilis, sed paene in omnibus insalubris. Si enim ge- 20
neratrix cupiditatum est, plus in se multo malorum continet quam bonorum, secundum
13 illud scripturae sacrae: radix omnium malorum est cupiditas. Itaque si radix malorum omnium est cupiditas atque haec pietatis matrice gignitur et quasi viroso eiusdem lacte nutritur, non tam cupiditas reprehendenda, quae ex pietate parente nascitur, quam ipsa pietas, ex qua talis filia procreatur. Quo fit ut, si tam pestilens 25
est pietas ac tam nocens, nec amare expediat nec amari, quia nec parentes amorem
14 debent adpetere sibi noxium nec desiderare filii parentibus offuturum. Quamvis ille non parentibus tantum, sed etiam filiis morbum ferat, quia et illis gravis est, qui perniciosas pariunt hereditates, et illis, qui inter inprobissimum quaestum inprobi educantur heredes. Et hinc est, quod paene omnes parentibus suis filii non magis in 30
patrimonia quam in vitia succedunt, nec magis facultates paternas sumunt quam pravitates, ac sic transeuntes semper in mores patrum ante eorum incipiunt nequitiam quam substantiam possidere. Bona enim parentum nonnisi mortuis eis possident, viventibus autem adhuc et valentibus mores; ac sic priusquam in dominio suo habere incipiant res paternas, habent in animis ipsos patres, et ante quam habeant illa, quae 35
falso dicuntur bona, habent illa, quae vere probantur mala.

15 IV. Quid ergo? cum haec ita sint, interdicere forsan parentibus filiorum videor affectum? Minime. Quid enim tam ferum, tam inhumanum, tam legi aemulum, quam si non amandos dicamus filios, qui amandos fatemur inimicos? aut si affectum, quem natura praestat, prohibeamus, qui etiam eum, quem natura prohibet, inpendimus? aut 40

19) I Tim. 4, 8. 22) I Tim. 6, 10.

---

1 caelestes *AB:* caelestes se *p* 4 forsitam *AB*, *item saepe alias* 5 conditio *B* 6 quidam B^1 9 maxime *AB:* maxime, o Ecclesia *p* 13 patres sunt, nisi diuites fuerint, patres omnino esse non possint: et amare *etc. p* 15 medulla *p* affectum *B* 18 bonorum affectuum *vulgo* illud sacrum *ABp:* illud erit sacrum *vulgo* 23 haec *AB:* ex *p* matrice *B* 24 reprehenda *B* 25 ex quo *B* 29 pariunt *AB:* capiunt *p* improbissimos quaestus *p* edocantur A^1B^1 33 quam substantiam *om. B* possidere. Et est ratio cur hoc fiat: bona *p* enim non *B*, *sed* non *punctatum* 34 domino B^1 35 quam habent A^1 37 forsam *AB* 40 incendimus *J. Meyerus*

si caritatem menti extorqueamus quam habet, qui etiam illam ei conamur inserere, quam non habet? Non ita est: non solum enim amandos dicimus filios, sed praecipue ac super omnia amandos, nec quicquam his omnino anteponendum nisi deum solum. Nam et hoc est praecipue amare, illum filiis anteponere, quem non expediat omnino postponere. Quid est ergo aut quo modo amandos dicimus filios? quo absque dubio nisi quo deus ipse constituit? Neque enim est ullus melior filiorum amor, quam quem ille docuit, qui ipsos filios dedit. Neque possunt pignora melius amari quam si in eo ipso, a quo data sunt, amentur. Quo modo igitur deus amari filios iussit? Non dico ego: dicat sermo ipse divinus, qui ad patres omnes generaliter ita loquitur: ut tradant mandata dei filiis suis, ut ponant in deo spem suam et non obliviscantur operum dei sui et mandata eius exquirant. Alibi quoque: et vos, inquit, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione domini. Videtis quas parari opes a parentibus filiis deus iubeat, non pecuniarios thesauros nec graves metallo aureo saccos, habentes quidem multum ponderis, sed plus tamen iniquitatis, non superbas ac praeeminentes excelsis urbibus domus, non supra humanos visus elata culmina nec inserta nubibus aerio habitatore fastigia, non denique fundos interminabiles et notitiam possessoris sui excedentes, qui consortes pati indignum aestiment et vicinitatem iniuriam putent. Non ergo haec deus praecipit nec in servilia terrenae procurationis officia curam patriae pietatis extendit. Pauca sunt quae mandat, sed salutaria, expedita, sed sancta, praecepto parca, sed fructu grandia, scripto brevia, sed beatitudine sempiterna. Parentes enim, inquit, nolite ad indignationem provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione domini: ut ponant scilicet, sicut propheta dixit, ut ponant in deo spem suam et non obliviscantur operum dei sui et mandata eius exquirant. En quales divitias deus diligit, en quas pignoribus recondi exigit opes, en quas parari imperat facultates, fidem scilicet ac timorem dei, modestiam, sanctimoniam, disciplinam, non terrena, non vilia, non pereuntia, non caduca: praeclara utique. Cum enim deus vivorum sit, non mortuorum, recte illa parari filiis iussit, per quae in aeternum viverent, non per quae in aeternitate morerentur. Nemo enim dubitat omnibus ferme malis et infidelibus divitias mundiales causam mortis magis esse quam vitae, secundum illud quod deus dicit: quam difficile hi qui pecunias habent introibunt in regna caelorum. Et iterum facilius est, inquit, camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regna caelorum. Unde et illud est, quod specialiter iubet dicens: nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, thesaurizate autem vobis thesauros in caelo. Superioribus ac sequentibus dictis duo thesaurorum genera monstrantur, unum scilicet quo filiis thesaurizent patres, aliud quo sibi. Filiis quo modo? ut erudiant illos officio ac timore divino: sibi quo modo? ut thesaurizent sibi thesauros in caelo. Mirifice scilicet, ut, quia pecunia caduca est, disciplina inmortalis, et omnes ferme parentes plus amant filios quam se ipsos, sibi conferant bona caduca, filiis sempiterna, ac sic et pietati

10) Psal. 77, 7. 11) Ephes. 6, 4. 32) Marc. 10, 24. 33) ibid. v. 25.

---

4 praecipue *AB:* praecipue ac super omnia *p* solum illum *p* 8 iusserit non dico ego *p et vulgo* 11 quoque ad uos *p* 12 inquid *B ut saepe* 13 edocate A^1B^1, edocete *p*, *item v.* 23 16 praeminentes *A*, preminentes *B* domus *AB:* domos *p* 18 possessoris sui *ABp:* sui poss. *ed. Baluz.* 21 parca *AB:* parua *p* 24 domini *AB:* domini, id est, edocti a uobis et informati *p* 28 non caduca: et recte ac mirabiliter praeclara *p* 32 hii *ABp* quei A^1 33 regno *B* 34 regnum *p* 40 caduca res est *p* ferme *ABp:* fere *ed. Baluz.* ament *ABp*

suae consulant et saluti, cum duplici atque inmortali bono et per ea, quae aeterna sunt, aeternos esse filios suos faciant et ad conquirendam sibi beatitudinem ea, quae
22 naturaliter caduca sunt, bonis operibus in aeterna convertant. Quid ergo aestuas, paterna pietas? quid ad conquirenda terrena et peritura distenderis? Nihil maius praestare filiis potes, quam si hoc bonum per te habeant, quod numquam penitus amittant. Non necesse est ergo ut filio tuo terrenos thesauros recondas: nulla re eum facies ditiorem quam si ipsum filium tuum thesaurum dei feceris.

23 V. Quamquam haec licet se ita habeant et sint vera ac saluberrima, tamen non ita dicam, quasi filios bonis et facultatibus paternis penitus excludam. Sed de hoc postea disputabimus. Interim quia reos se quidam futuros non putant, si substantias suas non ad evangelii honorem, non ad salutem suam, non ad ullum officium dei conferant, sed pro libidine et infidelitate quibuscumque heredibus passim vel inreligiosis vel locupletibus *mente* inpia et paganica transcribant, videamus breviter, vel a quo sint datae facultates ipsae vel ob quid datae, ut cum et auctorem et causam datae rei ostenderimus, facilius et ad quem referenda et in quem usum conferenda
24 sit, adprobare possimus. Omnem substantiam mundialem divino cunctis munere dari nullus homo, ut reor, ambigit, qui modo in hominum numerum referri potest. Nisi forte quis tantae sit sapientiae, ut cum humano generi mundus ipse a deo datus sit, ea quae in mundo sunt non a deo hominibus data arbitretur. Igitur si omnia omnibus deus tribuit, nemini dubium est, quod ea, quae dei dono accepimus, ad dei cultum referre debemus et in eius opere consumere, quae eiusdem sumpsimus largi-
25 tate. Hoc est enim agnoscere munus dei et divinis beneficiis bene uti, ut datis suis illum honores, a quo data ipsa acceperis: quod quidem etiam humanarum rerum exempla edocent. Si enim usus rerum aliquarum cuipiam homini alterius hominis beneficio ac largitate tribuatur isque inmemor illius, a quo fructum rerum indeptus est, avertere ab eo ipso proprietatem praestitae rei atque alienare conetur, nonne ingratissimus omnium atque infidelissimus iudicetur, qui oblitus scilicet hominis benefici ac liberalissimi spoliare illum iure dominii sui velit, qui eum ipsum usus possessione
26 ditaverit? Et nos itaque usum tantum earum rerum accepimus, quas tenemus; commodatis enim a deo facultatibus utimur et quasi precarii possessores sumus. Denique egredientes e mundo isto velimus nolimus hic cuncta relinquimus. Cur ergo cum possessores usufructuarii simus, quod nobiscum auferre non possumus, avertere a proprietate domini atque alienare temptamus? cur non bona fide datis a deo resculis uti-
27 mur? Tenuimus quoad licuit, tenuimus quoad permisit ille qui praestitit. Quid rectius, quid honestius, quam ut ubi res ab eo discedit, qui usum habuit, revertatur ad eum possessio, qui utendam concessit? Denique etiam ipsae hoc dei voces per linguas litterarum sacrarum iubent, dicentes ad unum quemque nostrum: honora dominum de tua substantia. Et alibi redde, inquit, debitum tuum. Quam pius est et indulgens dominus deus noster, invitans nos ad erogandam terrenae substantiae

37) Prov. 3, 9. 38) Eccles. 4, 8.

---

11 euangeli *B* 13 locopletibus *A* mente *nos supplevimus* paganica *AB:* paganica uarietate *p*, pag. sollicitudine *vulgo* 14 ob quod A^1 15 praeferenda *p* et in quem usum confer. *om. A, add. s. l. m. 2 post* ad quem 16 diuino possessoribus cunctis *p* 17 ambiget *p* 18 sapientiae *AB:* insipientiae *p;* sapientiae *ironice dictum esse iam Pithoeus monuit* 20 accipimus *B* 21 debemus *AB:* debeamus *p; cf. Ind. III. s. v.* dubitare 22 beneficis A^1 24 edocent *AB*. docent *p* 31 hic *A in rasura,* hinc *B 1 m.* 32 possessores *ABp:* possessores tantum *ed. Baluz.* auferre atque asportare *p* 33 domino *p* 36 utenda *AB* 37 dicentes *AB:* dicentes quotidie *p* 39 nobis dominus deus noster, qui inuitans *p* nos *om. p*

facultatem: honora, inquit, dominum de tua substantia. Cum totum suum sit, quod ab eo accepimus, nostrum esse dicit ut demus, ideo scilicet nostram appellans proprietatem possessionis, ut maior sit merces operantis, quia plus fructuum necesse est largitor habeat, ubi de suo videtur esse largitio.

VI. Sed tamen ne hoc ipso humana mens insolesceret, quod substantiam hanc 28
dominus nostram esse dixisset, adiecit: redde debitum tuum: hoc est, ut quem devotio non inliceret ad largiendum, necessitas cogeret ad exsolvendum, et quem ad opus sanctum fides sua ipsa non traheret, saltim necessitas coartaret. Prius ait: honora dominum de tua substantia, deinde redde, inquit, debitum tuum. Hoc est dicere: si devotus es, da quasi tuum, si indevotus, redde quasi non tuum. Bene itaque posuit et dandi voluntatem et solvendi necessitatem. Hoc est utique di- 29
cere omni homini: ad opus sanctum et hortatione invitaris et exactione constringeris: da, si vis, redde, si non vis. Apostolus quoque id ipsum monens divitibus praecipit, ne superbe sapiant neque sperent in incerto divitiarum, sed in deo vivo: qui praestat nobis, inquit, omnia ad fruendum in voluntate operum bonorum. Uno dicto utrumque docuit, hoc est et qui daret divitias et cur daret. Dicens enim 30
sperandum a deo, qui praestet omnia, ostendit a deo divites fieri, addens autem 'in voluntate operum bonorum', docet id ipsum, quod dixit a deo tribui, propter bona tantum opera praestari: praestat enim, inquit, omnia in voluntate operum bonorum: hoc est, ad hoc facit homines substantia esse locupletes, ut bona operatione sint divites, id est ut commutent divitias, quas acceperunt, et facultates ipsas in bonis operibus conpulcantes dei opes, quas habent in hoc saeculo temporarias, bene utendo faciant sempiternas, ac sic agnoscentes munera dei duplici bono gaudeant, cum qui sunt divites in hoc saeculo, esse quoque divites mereantur in caelo.

VII. Sic ergo havendae sunt divitiae, sic petendae, sic tenendae, sic propagan- 31
dae: alioquin inaestimabile malum est bonis a deo datis non bene uti; avaro enim, inquit scriptura sacra, nihil est scelestius, et pessimum ac feralissimum morbi genus divitiae conservatae in malum domini sui. Verum est. Quid enim peius aut quid miserius, quam si quis praesentia bona in mala futura convertat, et quae ad hoc a deo data sunt, ut pararetur ex eis vitae beatitudo perpetua, per haec ipsa quaeratur mors ac damnatio sempiterna? In quo et illud considerandum quod, si servatae 32
divitiae ad malum hominis conservantur, quanto utique ad maius malum coacervantur. Quotus enim quisque nunc divitum tantae est continentiae, qui opes custodire contentus adcumulare iam nolit? O miseria temporis et ecclesiasticae plebis, ad quid redacta est! ubi cum scriptum sit, quod servare opes genus sit magni criminis, non augere iam genus putatur esse virtutis. Ergo, ut supra diximus, quo modo se quidam 33
reos omnino non putant, si nec in morte sibimet per dispensationem substantiae consuluerint, cum etiam ex hoc rei sint, quod usque ad mortem cuncta servaverint? Aut quo modo rei non erunt, qui facultates suas ad quoscumque homines infidelissima va-

14) I Tim. 6, 17. 26) Eccles. 10, 9.

---

1 honora, homini inquit, honora dominum *p* cum utique totum *p* 2 nostrum appellans proprietate *p* 3 mercis A^1B^1 6 adiecit salubriter *p* 8 fidis A^1 traheret *AB:* retraheret *p* saltim *AB, ut fere semper, nisi quod saepe* saltem *m. 2 correctum est* prius *ABp:* prius ergo *ed. Baluz.* 10 da *Ap:* de *B 1 m.* redde *B corr.* 15 inquit nobis *B* 17 praestet *A:* praestat *B,* praestitit *p* 21 commodent *Rittershusius* 24 gaudiant *B* 25 hauendae (*s.* auendae) *Jul. Meyerus:* habendae *libri* 27 ac pessimum *B* 28 genus *p: om. AB* 31 dampnatio *B* considerandum *AB:* considerandum est *p* 35 redacta es *p* non *delendum censebat Rittershusius* 36 augere diuitias *p* 37 omnino esse non putant *p* consuluerint huic seculo seruientes *p* 38 quo usque *B*

nitate transmiserint, cum etiam illi rei futuri sint, qui non se ipsos in vita ista aliqua ob honorem dei rerum suarum parte privaverint? ostendente id ipsum etiam per apostolum suum domino nostro atque dicente: agite nunc, divites, plorate in miseriis, quae advenient vobis: divitiae vestrae putrefactae sunt et vestimenta vestra a tineis comesta sunt, aurum et argentum vestrum aeruginavit, et aerugo eorum in testimonium vobis erit et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizatis in novissimis diebus.
34 Praeter illam quae in mysterio latens maior est multo ac terribilior divinorum verborum severitatem sufficere ad metum ac tremorem omnibus puto illa, quae prompta sunt; ad divites enim peculiariter loquitur. Plangere eos praecipit, mala futura nuntiat, ignem perpetuum comminatur. Et hoc, quo minae ipsae magis timendae sint, non propter homicidia, non propter fornicationes, non ob sacrilegas inpietates aut alia postremo vitia letali gladio animas et perenni occisione iugulantia, sed propter solas tantummodo opes, propter insanam cupiditatem, propter auri atque argenti famem, ut ostenderet scilicet sufficere haec homini ad aeternam damnationem, etiamsi reatus alii
35 non fuissent. Quid dici simplicius, quid evidentius potest? Non dicit diviti: torquendus es, quia homicida es, torquendus es, quia fornicator, sed torquendus tantummodo, quia dives, hoc est quia divitiis male uteris, quia datas tibi ad opus sanctum divitias non intellegis. Non enim ipsae divitiae per se noxiae, sed mentes male utentium criminosae, nec ipsae opes homini poenae causa sunt, sed de opibus sibi poenas divites faciunt, quia dum uti divitiis bene nolunt, ipsas sibi divitias in tormenta convertunt.
36 Thesaurizatis, inquit, in novissimis diebus. Bene, cum dixisset thesaurizatis, addidit in novissimis diebus, hoc est, ut maior thesaurizantium reatus esset, cum thesaurorum invidiam etiam saeculi extrema cumularent. Thesaurizatis, inquit, in novissimis diebus. Per thesauros cupiditas, per novissimos dies infidelitas accusatur. Ac per hoc duplex et cupiditatis noxa est et infidelitatis, quia thesauros, quos iuxta id quod deus dicit 'non concupisces' crimen utique fuit et alio tempore concupiscere, maius absque dubio per infidelitatem ipsam crimen est etiam in mundi fine cumulare.
37 VIII. Durum fortasse aliquis sermonem meum hactenus iudicavit. Et vere durus est, si aliquid non ex testimoniorum sacrorum auctoritate commonuit: durus existimetur, si aliquid tale habuit, quale hic apostolus praedicavit: ut non addamus illud domini nostri dictum, quo omnes penitus indignos se esse dixit, qui non renuntiassent
38 omnibus quae possederint. Quae cum ita sint, nonne, quaeso, indulgentissimum ac mollissimum existimari convenit, quod locuti sumus, scilicet qui hominibus, quibus perfectam incolumitatem tribuere non possumus, opem saltim desperatae salutis inquirimus, et quorum vitam sanare non possumus, mortem levare temptamus. Quid est enim perfecta sanitas? quid nisi in vita hac bene agere? Quid postrema curatio? quid nisi vel in extremis bonum viaticum conparare? Quid est perfecta sanitas? quid nisi rebus a deo traditis bene uti? Quod ultimum remedium? quod nisi saltim postea
39 facere, quod paeniteas te non ante fecisse? Dura aliquis putat esse quae dico: dura,

3) Jac. 5, 1. 27) Exod. 20. Rom. 7.

---

2 ostende *B* 3 agite *p et Vulgata:* age *AB* 6 eruginauit et erugo *ABp* 7 thesaurisastis iram in n. d. *p et Vulgata* 9 prumta *A*, prumpta *B*, *cf. Roensch, Itala u. Vulg. p. 460* 19 mentis *B* (s *punctata*) 26 nox est *B* 27 dominus dicit *B teste Baluzio* concupiscis *AB*, *uterque 1 m.* 30 iudicabit *p* 31 commonīt *A*, commonit *B* 32 apostolus hic *A*, *sed additis signis transpositionis* 34 quae] qui *B* ac mollissimum *AB:* modestissimum ac mollissimum *p* 36 incolomitatem *B* disperatae *AB 1 m.* 39 est *AB:* est enim *p* 41 peniteas *AB*, poeniteat *p* dura (*ante* aliquis) *AB:* dura fortasse *p*

plane dura existimentur, nisi talia sunt, ut in comparatione apostolicae severitatis mollia ac remissa videantur. Apostolus enim ad planctum divites vocat, nos ad remedium: apostolus divitias ignem nominat, nos facere ex divitiis aquas cupimus ignem extinguentes, secundum illud: sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna peccatum. Apostolus in divitiis male conservatis damnationem esse testatur, ego 40 ex his, quae dicit ille mortem aeternam omnibus facere, vitam opto perpetuam conparare: non quidem quod ulli vitiis carnalibus inplicato sufficere ad vitam aeternam putem, si, cum usque ad mortem in flagitiis consenuerit, in obitu bene cuncta dispenset, nisi antea et peccatis renuntiaverit et sordidam illam criminum tunicam lutulentamque proiecerit et novam conversionis ac sanctimoniae vestem de manu apostoli praedicantis acceperit. Alioqui peccare non desinit, quem in extremis situm recedere 41 a criminibus sola tantum facit inpossibilitas, non voluntas. Qui enim a malis actibus tantum morte discedit, non relinquit scelera, sed relinquitur a sceleribus, ac per hoc necessitate exclusus a vitiis et tum, puto, peccat, quando cessaverint, quia, quantum ad animum, necdum desiit qui adhuc velit peccare, si possit. Non bonis itaque spebus innititur, qui ad hoc tantum peccat in vita, ut peccatorum molem redimat in morte, et ideo se evasurum putat, non quia bonus, sed quia dives sit. Quasi vero 42 deus non vitam quaerat hominum, sed pecuniam, atque a cunctis malorum redimendorum spe male agentibus accipere solos pro criminibus nummos velit et corruptorum iudicum more argentum exigat, ut peccata vendat. Non ita est. Prodesse enim lar- 43 gitionem plurimum certum est, sed non illis, qui ultima futurae largitionis spe male vivunt, qui fiducia redimendae immunitatis scelera committunt, sed illis, qui decepti aut lubrico aetatis aut nubilo erroris aut vitio ignorantiae aut postremo lapsu fragilitatis humanae resipiscere tandem quasi post mortem gravissimae infirmitatis aut quasi post luctum turbatae mentis incipiunt, et sicut ad sensum suum insani homines post furorem, sic isti redeunt post errorem, in uno tantummodo a se dispares, quod illi gaudent, postquam evaserint aegritudinem, isti plangunt, postquam acceperint sanitatem. Nec inmerito. Illi enim tanto plus gratulantur, quanto plus incolumitatis in- 44 deptos esse se sentiunt, isti tanto plus confunduntur, quanto evidentius morbum sui erroris agnoscunt. Quo fiat necesse est ut illi exultent et isti lugeant, quia illi, quod aegrotarunt, inputant valitudini, isti, quod erraverunt, sibi, ac sic illi laeti sunt de remedio et isti anxii de reatu.

IX. Unde admoneo cum omnes tum praecipue eos, quos gravium delictorum terror 45 exagitat et in quibus infelicior conscientia peccatorum poenalium recordatione suspirat, primum ut, licet lapsi sint, non commorentur in lapsu nec in volutabris suis sordentium suum more versentur, qui cum aestuantes alvos caeno inmerserint, nequaquam sordidis voluptatibus satisfaciunt, nisi tota penitus luto membra convolvant. Non ergo horum naturalem sequantur inluviem nec male blandis lapsibus adquiescant, aut in barathro libidinum commorantes in ipsis se sepeliant ruinis suis, sed ilico, ubi conci-

4) Eccles. 3, 33.

---

1 sunt *AB:* sint *p* 3 cupimus ignem aeternum *p* 4 elymosina *A*, elimosina *B; non sibi constant AB in huius voc. scriptura, v. infra I § 50, III § 13, sed videtur Salvianus itacismum secutus* eleimosyna *scripsisse* 5 peccatum *AB:* extinguit peccatum *p* 6 conparare *om. B* 10 conuersationis *B* 11 alioquin *B corr.* 14 tum *p:* tunc *AB corr. m. 2 ex* dum cessauerint *A:* cessauerit *Bp* 15 negdum A^1 18 querit *B* 19 solus *B* corruptorum qui iudicum *B* 22 inmunitatis *B* 24 mortem *AB:* morbum *p* 25 post fluctum *p* 28 enim illi *B* incolomitatis *B* 29 confundantur *B* 31 ualetudini *p, item alias* de *B sup. lin.* 34 infilicior *A, ut saepe in voc.* felix *et eius derivatis* 36 suum *p: om. AB, fort.* in uolutabris suum sordentium more 38 naturarum *B* 39 baratro *AB* illico *B* concedere *AB, uterque 1 m.*

dere, consurgant et elevationem protinus meditentur in lapsu, ac, si fieri ullo modo pernicitate paenitudinis potest, tam velox sit remedium resurgentis, ut vix possit vesti-
46 gium apparere conlapsi. Ergo in huiusmodi causis hoc primum medellae opus est, ut morbos suos languentes horreant, curare plagas festinent saucii et ilico e corporibus sagittas rapiant vulnerati. Optime enim malagma vel fibula calidis adhuc vulneribus inponitur, et citius sibi plagarum caro sociatur, quae non diu hiare permittitur. Ulcus quippe in corpore, si conputruerit, dilatatur, et si plagas cancroma sequitur,
47 cancrum necesse est consequatur occasus. Fugienda itaque primum haec peccatoribus mala sunt nec dandus diabolo locus, ut qui stantes inpulit in ruinam, lapsos praecipitet in mortem. Quodsi aut tanta vis morbi aut tanta aegrotorum fuerit incuria, ut valitudinis labem usque ad dies ultimos trahat, quid dicam nescio, quid promittam penitus ignoro. Revocare ab inquisitione ultimi remedii periclitantes durum et im-
48 pium, spondere autem aliquid in tam sera curatione temerarium. Sed melius tamen est absque dubio quamvis diuturna paralysi aridas manus aliquo tamen nisu ad caelum erigi quam letali penitus desperatione dissolvi: melius est nihil inexpertum relinquere quam morientem nulla curare, maxime quia nescio an in extremis aliquid temptare medicina sit, certe nihil temptare perditio. Et unum scio, quod quicumque in hanc miseriam longi languoris extrema perduxerit, ineffabile dictu est quantum lamentationis erroribus suis debeat, qui numquam errata cognovit.

49 X. Et quid inter haec fiet? Quando lugebit qui dies lugendi perdidit? quando satisfaciet qui tempus satisfactionis amisit? Ad ieiunia videlicet longa confugiet. Est quidem hoc aliquid, si eleemosynis misceatur, secundum illud: bonum est ieiunium cum eleemosyna. Sed quomodo ei exomologesis diuturna opitulabitur in extremis sito? Sed cilicio carnes conteret ac favilla et cinere sordidabit, ut mollitiem videlicet praeteritae voluptatis praesentium asperitatum dura conpensent et reatum
50 longarum deliciarum officio patrocinantis solvat iniuriae. Sed quando haec tam grandia faciet, vicino iam exitu etiam a mediocrium actione disclusus? Crucibus denique diversarum aerumnarum reum in suo corpore hominem iudex fidei severitas subiugabit, ut indulgentiam scilicet absolutionis aeternae praesentis poenae ambitione mereatur. Sed fatiscente iam corpore ubi exercebit destrictionis officium censor animus? uti enim severitatis arbitrio iudex non potest, quando reus iam non sustinet iudicari.
51 Unum ergo est, quod amissis omnibus adiumentis atque subsidiis nutanti ac destituto opitulari queat, ut confugiat scilicet ad illud beatissimi Danielis sacrum ac salubre consilium: qui Babylonio regi mederi volens ulceribus de offensione contractis malagma de miseratione conposuit dicens: propter quod, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua in misericordiis redime et iniustitias

22) Tob. 12, 8. 35) Dan. 4, 24.

---

2 solertia ac pernicitate *p* penitudinis *AB*, poenitudinis *p* tam *Ap:* tantum *B* 3 collapsi *B corr. m. 2 ex* cum lapsi, cum lapsu *A* hac primum medela *p* medellae *A 1 m.* medelae *A corr. B* 4 illico *B* 5 fibula semper calidis *p* 7 dilatur *B* 8 est cum sequatur *B* 9 diabulo *A ut saepius* ut *p ante* lapsos *habet* 11 ualetudinis curam et labem *p* usqui *B* trahant *p* 12 poenitus *B* 14 paralisi *B* tamen *ABp:* tandem *ed. Baluz.* 15 disperatione *B* est enim nihil *p* 16 nullo *B corr. ex* nulla, non *p* 18 longaeui *p* dictum *B ante rasurām* 19 qui *AB:* quia *p* 20 quando enim lugebit *p* 21 satisfactionibus *B* uidelicet *AB:* forsitan *p* 22 si *AB:* sed *p* elemosynis *A*, elymosinis *B* 23 elemosyna *A*, elymosina *B* exomologessis *B* 25 compenset *p* 26 diliciarum *AB ut plerumque* incuriae *Baluzius* 27 faciet et *p* 28 index fidei *Rittershusius* 29 mereantur *B* 30 destrictionis (*i. e. severitatis*) *nos:* districtionis *libri* 31 uti *AB:* rei *p* 32 subsidiis perfugium nutanti *p* distituto *AB*

tuas in miserationes pauperum: fortasse erit patiens dominus delic-
tis tuis. Ita ergo et iste faciat, ut ille dixit. Utatur medicamento alii oblato ad 52
sua vulnera, vereatur contumaciae inoboedientis exemplum, cogitet quid ipse sit pas-
surus in morte, cum videat quid rex Assyrius pertulerit in vita. Evidens est de su-
5 perbia ac rebellione documentum. Consideret an ipse, si non audierit, mortuus eva-
surus sit, cum videat quod rex ille, qui non audivit, se ipsum vivus amisit. Offerat
ergo vel moriens ad liberandam de perennibus poenis animam suam, quia aliud iam
non potest, saltim substantiam suam, sed offerat tamen cum conpunctione, cum lacri-
mis, offerat cum dolore, cum luctu. Aliter quippe oblata non prosunt, quia non pre- 53
10 tio, sed affectu placent. Nec enim animus dantis datis, sed animo commendantur
data, nec pecunia fidem insinuat, sed pecuniam fides. Ac per hoc qui prodesse sibi
vult quae deo offert, hoc modo offerat. Neque enim homo deo praestat beneficium
in his quae dederit, sed deus in his homini quae acceperit, quia etiam quod homo
habet, dei ac domini sui munus est. Ac per hoc in his, quae offeruntur ab homine,
15 homo non suum reddit, dominus suum recipit. Itaque cum offert deo quispiam facul- 54
tates suas, non offerat quasi praesumptione donantis, sed quasi humilitate solventis,
nec absolvere se peccata sua credat, sed adlevare, nec offerat cum redemptionis fidu-
cia, sed cum supplicationis officio, nec quasi totum debitum reddens, sed quasi vel
parvum de magno reddere cupiens, quia etiamsi tradat quod habet pro modo rerum,
20 non reddit quod debet pro magnitudine peccatorum. Et ideo, licet offerat, oret deum,
ut sua placeat oblatio, plangens id ipsum quod tarde offert, plangens ac paenitens
quod non prius: sic erit, ut iuxta prophetam propitietur forsitan deus delictis tuis.

XI. Sed dicit aliquis: totum ergo deo oblaturus est quod habet? Non offerat to- 55
tum quod habet, si non putat se debere totum quod habet. Non quaero, cuius sit
25 quod offertur, a quo sit acceptum ante quod redditur: hoc dico solum, non offerat
totum pro debito, si debere se totum non putat pro reatu. Totum ergo, inquit quam-
vis peccator aliquis, oblaturus est? Immo nihil, si non cum fide, immo nihil, si non
cum ambitu, immo nihil, si non cum prece, immo nihil, si non hoc animo, ut hoc
ipsum inter praecipua beneficia dei reputet, quod animum offerendi dedit, et plus sibi
30 in his quae deo relinquit praestari aestimet, quam in illis quae prius habuit: quia
hoc, quod habetur ab homine, temporarium est, quod autem deo relinquitur, sempi-
ternum. Totum, inquit aliquis, oblaturus est? At ego dico esse hoc totum parum. 56
Quid enim? iam scit aliquis an peccatorum mensuram oblata conpensent? iam scit
aliquis an tantum sit in officio placationis, quantum est in offensione discriminis? Si
35 novit quisquam hominum peccatorum, quanti redimere delicta possit, utatur scientia
ad redemptionem. Si vero nescit, cur non tantum offerat quantum potest? ut, si con-
pensare peccata non valet pretii magnitudine, saltim mentis devotione conpenset. Per-
fectum enim conscientiae fructum exhibet, qui intra conscientiam nil relinquit. Dura 57
nonnulli haec absque dubio et inmensurata causantur, maxime quia propheta is, de

---

1 dominus *AB:* deus *p* 3 inobydientis *A*, inobedientis *B*, inobedientis *p* 5 docimentum A^1B 9 praetio . . nec aenim *A* 11 fidis *AB 1 m.* 17 sed abluere *p* 18 supplicationis *Ap:* plicationis *B*, placationis *ed. Baluz.* 21 ut lenta sua *p* penitens *Bp* 22 sic *ABp:* sicque *ed. Baluz.* tuis *A:* suis *Bp*, eius *corr. in A manu recenti, cf. § 62 s. f.* 24 si non putat . . habet *om. B* nec quero *B* 25 offertur uel a quo *ed. Baluz.* reddit *A rasura ex* redditur 26 inquit quamuis peccator aliquis *AB:* inquit aliquis, quamuis magnorum criminum reus *p*, inquit aliquis, peccator *ed. Baluz.* 27 est *AB:* est totum domino *p* 29 dei beneficia *p* quod et animum *p* 30 praestari* estimet *A*, praestaria estimet *B* 32 dico homini in aeternum periclitanti, etiamsi offerat totum esse tamen hoc totum parum *p* 34 sit *om. p* 35 quanti *nos:* quantum AB^1p, quanto *B corr. m. recenti*, quanta *Rittershusius; cf. infra § 59* ipse sciat quanti debuerit redimere quae fecit

quo diximus, Babylonium regem hoc tantum admonuisse videatur, ut multa donaret, non ut universa distraheret. Non profero interim testimonia evangelii nec confugio ad vocem loquentis dei: non dico aliud vetere, aliud nova lege praeceptum. Unde etiam apostolus ecce, inquit, vetera transierunt, facta sunt omnia nova, omnia autem ex deo: quibus utique docet, non vetera secundum litteram, sed
58 nova secundum deum esse facienda. Hoc solo interim contentus sum, quod propheta dixit. Sermo enim ei cum rege erat, et quidem cum rege non unius urbis, sed, ut tunc videbatur, totius orbis, qui utique non poterat populos, quos regebat, per testamentum egenis tradere et nationes barbaras indigentibus quasi nummos dare aut in pauperum stipes diffusa longe ac late regna convertere. Et ideo propheta 'peccata' inquit 'tua in misericordiis redime', hoc est: aurum da indigentibus, quia non potes regnum dare: facultatem distribue, quia potestatem non vales prorogare, ac per hoc videtur iussisse, ut totum daret, quem hoc solum non iussit distribuere, quod non poterat erogare.

59 XII. Exaggeramus forte rem verbis et alte nimis attollimus: videamus ergo id ipsum quale sit. Peccata, inquit, tua in misericordiis redime. Quid est aliqua redimere? Opinor, pretium rerum, quae redimuntur, dare. Non quaero, quae illius regis peccata fuerint: ipse sciat quanti debuerit redimere quae fecit. Te adloquor, cuius causa est, te appello, cuius discrimen agitur. Hoc facito, quod propheta dixit: peccata tua in misericordiis redime. Noli tantum deo relinquere quan-
60 tum habes, si pro peccatis tuis necessarium non putas quantum habes. Aestima diligentissime culpas, quas admisisti, aestima peccatorum diversitates: vide, quid pro mendaciis debeas, quid pro maledictis atque periuriis, quid pro neglegentiis cogitationum, quid pro inpuritate sermonum, quid pro omni denique malae voluntatis affectu. Adde postremo etiam, si aliqua de his intra conscientiam tuam sunt, de quibus apostolus dicit, adulteria, fornicationes, inpudicitiae, ebrietates, inmunditia deo exosa, avaritia idolatriae famula, et post haec aliqua forte crimina etiam de humani sanguinis
61 effusione contracta. Cumque omnium supputaveris numerum, expende pretia singulorum. Et post haec non quaero, ut pro peccatis tuis totum deo tradas quod habes: hoc solum redde quod debes. Addo autem post ista omnia, quod cum tractaveris delicta tua atque taxaveris, tanto plus pro malis tuis debebis, quanto peccata tua vilius aestimaris, quoniam qui se, inquit apostolus, existimat esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Ut non dicam tibi, quod regi illi victuro adhuc et forte iuveni ut festinaret tamen peccata sua redimere praeceptum est: tu autem tanto
62 plus pro te debes, quod haec vel moriens facis vel iam iamque moriturus. Grandis enim munificentia ac devotio futura est, quae possit id conpensare, quod haec tum demum domino tuo reddis, quando habere ipse iam non potes, praesertim cum addatur ad ista omnia, quod propheta ipse, qui regem illum ad redemptionem criminum vocat, per haec ipsa, quae dicit debere fieri, non tam ei veniae securitatem quam

4) II Cor. 5, 17. 25) Gal. 5. 32) Gal. 6, 3.

---

2 ut uniuersa *AB:* uti munera *p* 3 uocem loquentis dei *AB:* loquentis in sacris uoluminibus uocem dei *p* aliut — aliut *A* 5 autem *om. A*[1], *add. m. 2 sed antiqua* quibus utique *AB:* quibus utique dictis *p* 6 hoc solo *AB:* ea tantum re *p* quod *AB:* quam *p* 7 ei] et *p* ut] et *A 1 m.* 8 qui *AB:* quia *p* itaque *p* 12 facultates *p* distribuae *AB* 15 exaggerãmus *B* et *om. B* 21 aestima . . admisisti *om. B 1 m.* 22 quod *A 1 m.* 26 inmundicitia *B* 27 idolatriae *AB:* idololatriae *p, cf. ad § 1* 29 tuis *om. p* 30 debes *AB:* debes si potes aestimare quod debeas *p* post *AB:* praeter *p* 31 debis *A*[1]*B*, debes *p* 32 quoniam *ABp:* quomodo? quoniam *ed. Baluz.* 35 debis *A 1 m.* haec quae supra dixi uel *p*

viam inquirendae salutis ostendit. Dicens enim 'peccata tua in misericordiis redime., et forsitan propitiabitur deus delictis tuis', hoc ipsum, quod dicit forsitan, spem indicat, non fiduciam pollicetur. Ex quo intellegi potest, quam 63
difficile iam in supremis positi peccatores qualibet munificentia ad perfectam indulgentiam pervenire possint, quando propheta ipse, qui suadet propitiationem dei inquirendam, promittere tamen non ausus est promerendam. Dat consilium de actu et tamen dubitat de effectu: hortatorem se agendi, non inpetrandi auctorem facit. Quare ita? quia omnes scilicet peccatores debent pro se vel in supremis cuncta temptare, etsi non possunt ulla praesumere. Si enim regi propheta ille per solam bonorum operum largitatem absolutam indulgentiam non promittit, intellegere peccator non acta errorum paenitentia potest, quanta ei et quam larga in supremis munificentia opus est, qui vult obtinere a domino per seram devotionem quod non potest usurpare per legem.

LIBER II.

I. Diximus de remediis peccatorum, immo potius de spebus remediorum atque 1
solaciis, scilicet hoc primum inquirendae salutis esse suffragium, ut peccatorem paeniteat erroris, tum ut iuxta sermonem sacrum statim peccata sua misericordiis redimat, postremo, si id non fecerit, ne quid saltim moriens inexpertum relinquat, vel ultima sibi rerum suarum oblatione succurrat. Sed respondeatur fortasse illud: si peccatores homines hac redimendorum criminum necessitate teneantur, sanctos absque dubio, qui sint expertes criminum, non teneri, ac per hoc non habere eos causam substantiae largiendae, qui non habeant, quod redimere eos necesse sit largitate. Audio: sed id quale sit, iam videbimus. Interim, etiamsi praeterita mala non sint, 2
quae sanctum hominem oporteat rebus cunctis redimere, sunt tamen perennia bona, quae magno debeat conparare. Sed de hoc plenius postea. Nunc autem hoc dico libere et constanter adfirmo, neminem esse omnino sanctorum, qui non in multis sit deo debitor, ac per hoc eum quaecumque domino suo dederit, non tam donare quam solvere. Ac primum, ut de beneficiis generalibus dicam, id est, quod quisquis vel 3
sanctorum es ille vel divitum, primum benivolentia ac dono dei et natus et altus et educatus es, quod rebus ad vitam necessariis communitus, quod etiam non necessariis locupletatus, quod plus ad usum tibi dominus tuus tribuit quam modus usuum postulavit, quod extendit denique super spes tuas munera sua et, quod est maximum ac rarissimum, dona illius etiam tua vota vicerunt. Addo autem post ista omnia, quod 4
idem dominus, qui te primum munere suo genuit, postea etiam passione salvavit, quod propter te, o homo, terram ac lutum, immo exiguam terrae ac luti partem, rerum universarum dominus terras adiit, ex carne pariter et in carne processit, humiliatus usque ad humani exordii pudorem et pannorum inluviem et praesepii vilitatem, tolerans indignas se vitae istius passiones, edendi, bibendi, somni, vigiliarum aegras

---

1 ei *A rasura ex* enim (dicens enim ad eum *p*) 2 forsitam *AB*, *item A v.* 3 9 propheta illa A^1B 16 peccatorum *B* 19 illud *AB:* hoc loco illud *p* 21 sunt *p* 29 uel diuitum] uel tibi uideris *Jul. Meyerus coll. p. 132, 12, recte ut videtur* alitus *B corr.* 30 edocatus *AB* 31 modus usum *p* 32 et *p: om. AB* 35 terra *A* 36 dominus e coelo uenit, terras adiit *p* in carnem *p* 37 praesepii *A, sed ultima littera correcta videtur,* praesepi B^1, praesepis *B corr. m. 2, cf. Roensch, Itala u. Vulg. p. 260* 38 se uitae *Ap* · seuitiae *B* somnii *p*

vicissitudines et caducae istius conversationis contumeliosas necessitates, ipsam denique hominum circa se conversantium foetidam commorationem, populos peccatorum sordentium luto oblitos, semper malae conscientiae admissu reos, turpium ex se actuum nidorem exalantes, et ideo caelestium praeceptorum incapaces, nec sustinentes sacri
5 fulgoris iubar, quia caligantes peccatis oculos splendor divini luminis obruebat. Nec solum hoc, sed post haec omnia adde protervas superbientis populi contradictiones, adde convicia, adde maledicta, inpiam insectationem, testimonium falsum, iudicium cruentum, inrisiones populi, sputa, verbera, acerbissimas quidem poenas, sed indignitates poenis acerbiores, coronam spineam, aceti poculum, cibum fellis, damnatum ab hominibus dominum universorum, pendentem in patibulo humani generis salutem, deum terrenae condicionis lege morientem.

6 II. Quae cum ita sint, quicumque ille aut sanctus es aut sanctum te esse credis, dic mihi, quaeso, numquid solvi haec sola possunt, etiam si nulla alia debeantur? Quicquidlibet enim homo pro deo perferat, solvi omnino non potest, quod deus pro homine perpessus est, quia etiamsi passio ipsa non differat genere poenarum, multum tamen distet necesse est diversitate patientium. Sed forsitan dicis generale in his quae diximus omnium hominum esse debitum et in hoc universorum hominum
7 genus indiscrete obnoxium. Verum est. Sed numquid aliquis ideo minus debet, si et alius idem debeat? aut si centum hominum cautiones de centenis sestertiis scriptae sint, num idcirco adlevatur unius debitum, si omnes sint eiusdem numeri debitores? Unus quisque enim, inquit apostolus, suum onus portabit et unus quisque pro se rationem reddet. Nequaquam ergo unius pondus pondere adlevatur alterius nec absolvitur reus societate multorum. Neque ideo minus est cuilibet taetra
8 damnatio, si multos videatur conplices poenae habere damnatus. Ita hoc, quod supra dixi, licet generale sit debitum, et speciale tamen esse non dubium est; licet sit commune omnium, est tamen peculiariter singulorum; ita ad omnes aequaliter pervenit, quod tamen de summa unicuique nil recedit. Christus enim, sicut pro omnibus passus est, sic pro singulis, et cunctis se inpendit pariter et singulis, et totum se dedit universis et totum singulis; ac per hoc quidquid passione sua salvator praestitit, sicut totum ei debent universi, sic totum singuli, nisi quod prope hoc plus singuli quam universi, quod tantum acceperunt singuli quantum universi. Ubi enim hoc unus accipit quod universi, etsi par est mensura, maior invidia est. Quo fit ut, licet ipsum accipiat, plus debere videatur, quia magis fit unus obnoxius, qui videtur omnibus conparatus. Haec ergo hactenus, quia debitores deo quidam sanctorum esse se non putant, cum debitum aestimare non possint.

9 III. Sed dicit fortasse aliquis, non quidem debitores non esse sanctos, sed multo tamen maiora hominum saecularium esse debita, quorum sint plura peccata. Quod tale est ac si quispiam dicat: ideo ego sum innocens, quia alius magis nocens est, ideo ego iustus, quia alter iniustus, ideo ego adprime bonus, quia alius singulariter malus. Iam primum enim indecorum hoc sanctae menti est, ut bona sua crescere malis arbitretur alienis et meliorem se esse existimet conparatione peiorum. Infelicis-

21) Gal. 6, 4.

---

2 faetidam *AB* 3 admissis *malebat Rittershusius* 4 exhalantes *p* 7 conuitia *B* 9 acerbionis *B 1 m.* 10 salutem hum. generis *ed. Baluz.* 11 conditionis *B* 16 patientem *A 1 m.* patientium *p* 24 complices poenae uideatur *ed. Baluz* damnatos *p* 25 et speciale *Ap:* et *om. B* 27 ut tamen . . recedat *p* 29 quicquid *B ut fere semper* 32 est inuidia *ed. Baluz.* 34 hactenus, et haec ideo, quia *p* 37 sint *AB:* sunt *p* 38 nocens est *AB:* est nocens *p* 40 sanctae mentis *B,* sanctimoniae *p* 41 existimet *nos:* aestimet *s.* estimet *libri,* meliorem sese aestimet *Rittershusius*

simum enim consolationis genus est de miseriis hominum peccatorum capere solacia, cum apostolus gaudere nos cum gaudentibus iubeat et deflere cum flentibus, et non quae sua sunt singulos cogitare, sed ea quae aliorum. Sed esto istiusmodi conpa- 10 ratio iusta atque honesta videatur: numquid etiam fida existimari potest? Quis enim de illo tanto ac tam terribili futuro dei iudicio satis certus est? aut quis dicere potest: ego minus debeo, ille plus debet? quis postremo de se praesumere aut de alio desperare? Omnes enim, inquit apostolus, stabimus ante tribunal Christi, et unus quisque suum onus portabit. Nihil ergo, inquit aliquis, inter sanctos 11 et peccatores est? Multum plane et paene inmensurabile. Sed quia scriptura dicit 'beatus homo, qui semper est pavidus', et numquam est de salute propria mens secura sapientis, licet multum inter sanctos et peccatores sit, quaero tamen ab omnibus religionem professis, quis sibi iuxta suam conscientiam satis sanctus sit, quis de illa futuri examinis tremenda severitate non trepidus, quis de perpetua incolumitate securus? Quod si utique non est, sicuti neque esse debet, dicat mihi, obsecro, 12 quilibet hominum, cur non totis substantiae suae viribus id adnititur, ut vel mortis devotione redimat quidquid vitae offensione contraxit? Quamquam haec, quae loquor, scire omnes legentes volo, non me de omnibus sanctis, sed de his tantum loqui, qui licet religionem professi sint, tamen divitias non relinquunt. De illis enim, qui 13 expediti omnibus sarcinis salvatoris viam sequuntur et dominum Iesum Christum non sanctitate tantum, sed etiam paupertate mercantur, nihil est quod dici possit, nisi illud tantum, quod etiam propheta dixit: mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, deus. Hos enim ego omnes non aliter quam imitatores Christi honoro, non aliter quam Christi imagines colo, non aliter quam Christi membra suspicio, et ad hoc tantum illorum memini, ut eorum memoria dignus fiam.

IV. Sed iniuriosa forsitan illa, quae supra diximus, religiosae professioni esse 14 videantur. Quid enim, inquit aliquis, si vidua sit dives, et viduitatem tamen in magna opum copia non relinquens? quid, si virgo integritatem professa et inpolluti corporis sanctitate devota? quid, si coniugium sine opere coniugali, negans se ipsum sibi et habens se quasi non habens? quid, si monachus ab incunabulis deo militans? quid, si clericus sacri ministerii servitutem fideli servitute consummans? numquid etiam hi aeternae salutis fructu periclitantur, si aut viventes opes integras habeant aut morientes indigentibus non relinquant? Parva est ad promulgandam de huiuscemodi quae- 15 stione sententiam sermo atque auctoritas mea. Videamus ergo, quid de his omnibus sacrorum voluminum linguae ac praeceptorum caelestium voces sonent, et tum rectissime secundum datam a deo normam opinionis nostrae regulam dirigemus. Ac primum non est, quod confugiendum sibi nunc quisquam putet ad veterum exemplorum esse solacia, ut dicat aliquos fortasse sanctos aut in lege aut ante legem divites fuisse. Abiit quippe illud tempus, mutata ratio est. Ante legem enim liberum omnibus erat 16 vel habendae vel etiam consectandae facultatis arbitrium, quia scilicet adhuc tunc virga interdictorum caelestium non castigabatur. Ubi enim, inquit apostolus, non

2) Rom. 12. Phil. 2. 7) Rom. 14, 10. 8) Gal. 6, 4. 10) Prov. 28, 14. 21) Psal. 138, 17. 40) Rom. 4, 15.

---

1 consulationis *AB*[1] 2 deflere *ABp* · flere *ed. Baluz.* 6 disperare *AB* 9 est *om. B* poene *B* 13 incolomitate *B* 14 si *om. B* 15 id adnititur *AB:* id adnitatur *p*, ad id nititur *B corr.* 18 sunt *p* 19 aut omnibus aut pene omnibus sarcinis *p* 20 mercantur *AB:* imitantur *p et vulgo* 25 forsitam *AB* 32 relinquunt *p* parua sunt (*vel* parum est) *coni. Rittershusius* 34 tum *nos:* cum *A*, tunc *Bp* 37 solatia *B* 39 consecrandae *p*

est lex, nec praevaricatio. Lex ergo fecit aliquid non licere: nam concupiscentiam, inquit apostolus, nesciebam, nisi lex diceret: non concu-
17 pisces. Et ideo opes, quas ante legem deus non reprehenderat, homo libere possidebat. In lege quoque nihilominus prope idem iuris omnibus suppetebat, quia lex hominem, dummodo iuste, habere quod vellet penitus non vetabat. Itaque tunc omnes omnino sancti cunctis facultatibus suis iuxta praescriptos legis terminos utebantur, ambulantes, ut legimus, in omnibus mandatis et iustificationibus dei
18 sine querela. Sic utique illi ipsi ambulaverunt, de quibus ista memorantur, sicut prophetes Anna in ieiuniis atque orationibus vivens, sicut Nathanael ille, quem legimus, veri Israhelitae laude sublimis et ipso domino ac deo teste mirabilis, sicut Tobis, magnanimitate devotionis praecepta legis excedens, sepulturis hominum mortuorum etiam cum mortis periculo serviebat, et indigentibus usque ad indigentiam suam consulens in tantum largitatis affectum venerat, ut mercennario suo partem bonorum omnium deputaret, et hoc, quo magis possit mirum esse, iam dives et, quo mirabilius, dives ex paupere, quia maiorem ferme habendi excitant cupiditatem opes post indigentiam.

19 V. Tales ergo tunc sancti erant, secundum legem omnia habentes, secundum legem omnia relinquentes. Ac sic perfectus fuit omnis, qui legi paruit, et tam devotus, qui sub lege tunc minus fecit, quam nunc in evangelio qui plus facit: tunc enim quasi evangelium lex fuit. Quo fit, quod qui se obtemperantem tunc legi praebuit, quasi evangelia conplevit. Non est ergo quod confugiendum sibi nunc quisquam ad legem putet; vetera enim, ut ait apostolus, transierunt, facta sunt omnia
20 nova. Plus tunc indulgentiae erat et plus licentiae. Tunc esus carnium praedicabatur, nunc abstinentia: tunc in omni vita ieiuniorum paucissimi dies, nunc quasi unum ieiunium vita omnis: tunc laesis ultio suppetebat, nunc patientia: tunc irascentibus lex ministra erat, nunc adversaria: tunc accusatori gladium porrigebat, nunc caritatem: tunc etiam carnali inlecebrae lex indulgebat, nunc evangelium nec aspectui: tunc corporeae voluptates habebant quandam licentiam, nunc iubentur etiam oculi custodire censuram: tunc ad multas uxores recipiendas unius mariti torum lex dila-
21 tabat, nunc etiam ad unam excludendam casti affectus devotione constringit. Superest enim, inquit apostolus, ut et qui habent uxores ita sint ac si non habeant, et qui flent tamquam non flentes, et qui gaudent tamquam non gaudentes, et qui emunt tamquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur; praeterit enim figura huius mundi. Videte quam breviter missus a deo doctor cuncta moderatus sit et intra quam perfectionem universa concluserit, non inlicita solum interdicendo, sed etiam licita coartando, circumcidens scilicet et usum coniugiorum et infidelitatem fletuum et intemperantiam gaudiorum et habendi libidinem et emendi cupiditatem et ipsam denique
22 mundi huius brevem atque umbratilem voluptatem. Et haec omnia cur? cur utique nisi, ut ipse dixit, quia praeterit figura huius mundi. Quam longe ergo sunt a man-

1) Rom. 7, 7. 7) Luc. 1, 6. 22) II Cor. 5, 17. 30) I Cor. 7, 29.

---

1 licere *AB:* licere secundum illud *p* 4 lex uetus *p* 5 paenitus *AB* 8 quaerella *A* sic *A:* sicut *Bp et edd.* 9 prophetissa *p* natanahel *B* 10 israhelitae *AB:* Israelitae *p* tobis *AB:* Tobias, qui *p* 13 mercenario *Bp* 14 omnium mediam deputaret *p* 15 excitant habendi *p* 18 et tam *AB:* etiam *p* 21 euangelia *ABp:* euangelium *ed. Baluz.* fugiendum *p* 23 indigentiae *B l m.* 25 subpetebat *B* 27 aspectum *p* 30 ad unam *om. B l m.* 36 interdicendo *Rittershusius:* intercidendo *ABp* 39 cur *alterum in A erasum, om. B* 40 figura *AB:* forma *p* sunt ergo *ed. Baluz.*

dato dei, quos cum ipsos iusserit deus viventes opibus renuntiare, illi eas cupiunt etiam in cognatis suis mortui possidere: aut quam longe ab ea devotione sunt, ut exheredent ipsos se propter deum, qui exheredare nolunt saltim extraneos propter se. Quibus libenter libere dicerem: quae insania est, o miserrimi! ut heredes alios quoscumque faciatis, vos ipsos vestro exheredatis; ut alios relinquatis vel brevi divites, vos ipsos aeterna mendicitate damnatis.

VI. Sed quaerit fortasse aliquis, quid sit istud, quod nunc plus exigat deus a 23
Christianis per evangelium quam a Iudaeis ante per legem. Certa istius rei ratio est: ideo enim maiora nunc domino nostro solvimus, quia maiora debemus. Iudaei quippe habebant quondam umbram rerum, nos veritatem: Iudaei fuerunt servi, nos adoptivi: Iudaei acceperunt iugum, nos libertatem, Iudaei maledicta, nos gratiam, Iudaei litteram interficientem, nos spiritum vivificantem: Iudaeis servus magister missus est, nobis filius: Iudaei per mare transierunt ad heremum, nos per baptisma introimus in regnum: Iudaei manna manducavere, nos Christum, Iudaei carnes avium, nos dei corpus, Iudaei pruinam caeli, nos deum caeli: qui cum, ut apostolus ait, in forma dei esset, humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis, non contentus scilicet simplicem pro nobis subire mortem, nisi ipsam voluntariae necis susceptionem summorum suppliciorum perpessione cumulasset. Pro hoc 24
ergo solo quid solvere homo poterit, cui se per ultimam poenarum acerbitatem Christus inpendit? aut quid pro se dignum domino repensabit, qui ipsum a quo redemptus est deum debet? Haec ergo causa est, qua devotiores esse nos dominus sibi velit, quia tam magno devotionem nostram pretio conparavit. Et ideo beatissimus Paulus quis ergo, inquit, nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? Non apostolus solam pecuniam nec solas deberi a nobis divitias deo dicit, sed tribulationem, angustiam, famem, gladium, passionem, effusionem sanguinis, animae exalationem, mortem denique omni poenarum genere conditam: unde intellegant omnes religiosi non satis se deo reddere, etiamsi universas dederint facultates, quia licet sua cuncta dispensent, ipsos se tamen debent. Et ideo, sicut supra dicere coeperamus, 25
si vidua est quaepiam, nequaquam sibi sufficere ad aeternam salutem nomen viduitatis putet, sed videat qualem esse in apostolo viduam deus iubeat dicens: quae vere vidua est, desolata sperat in domino, instat orationibus nocte ac die; nam quae in deliciis agit, vivens mortua est. Uno eodemque praecepto duas apostolus formas viduitatis expressit, unam vitae, alteram mortis: in deliciis mortem posuit. Ergo absque dubio divitem esse non vult quam deliciosam esse non patitur, quia omnis fructus divitiarum in usu est positus deliciarum; alioqui remoto usu deliciarum causae opum non relinquuntur.

VII. Cum itaque apostolus in deliciis viduae mortem esse memoraverit, promptum 26
est quod ad vitae aeternae fructum vult universa distribui, qui non vult ad mortis

15) Phil. 2, 8. 23) Rom. 8, 35. 31) I Tim. 5, 5.

---

3 se ipsos *ed. Baluz.* 4 libenter *A ante rasuram,* libet *A corr.* dicerem *p:* dicere *A,* diceremus *B* miserrimi homines *p* 5 uestro *AB:* uero *p* alio (alii *corr.*) *B* 6 damnetis *p* 7 a *Bp: om. A* 8 certa *AB:* aperta *p* 11 maledictam *B,* maledictum *p* 13 eremum *p* babtisma *A* 14 mannam *A 1 m.* manducauerunt *p* dei corpus *AB:* corpus dei *p* 18 necis *Bp:* nec *A* 20 ipsum deo a quo *p* 24 famis A^1 26 exhalationem *p* 27 paenarum *A* genere sublimiter conditam *p* 31 apostulo *A* 33 diliciis *A,* delicitiis *B* (*prima syllaba huius nominis et derivatorum est in AB fere semper* di) 34 mortis *AB:* mortis, cum *edd* 36 omnes *B* 38 prumptum AB^1 39 distrui *B 1 m.*

usum aliqua reservari. Et ideo dicit: quae vere vidua est, desolata sperat in domino, docens scilicet parum esse, si non sit vidua deliciosa, non dives, nisi fuerit deo adhaerens, nisi orationi dedita, nisi a cunctis mundi inlecebris desolata et
27 per haec omnia vere vidua. Quod si ita est, quaecumque se vitae cupit esse, non mortis, nequaquam sufficere sibi aestimet, si et delicias sibi ob deum et divitias abnegarit, nisi et oratione et labore id promeruerit, ut vidua dei esse videatur: quia non est dubium, quod quemadmodum quis in hoc saeculo Christo adhaeserit, ita in Christi corpore permanebit, secundum illud: adhaesit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua. Quo declaratur, quod eam tantum animam, quae deo adhaeserit in hoc saeculo, dextera dei suscipiet in futuro. Haec ergo viduitatis
28 est regula. Nam de coniugibus continentiam professis et spiritu dei plenis dubitare quis debeat, quin sua heredibus mundanis servire nolint, qui se ipsos mundo eliminaverint? quomodo enim ad se pertinentia aliis addicant, qui ipsos se sibi denegant? Tam nova enim virtute praediti concessasque et, quod maius est, expertas corporum voluptates admirabilis continentiae austeritate calcantes, quemadmodum aliquid rerum suarum non deo voveant, qui ipsum intra se deum esse fecerunt? ut meo quidem iudicio etiam de tali coniugio rectissime dici possit: laetare sterilis quod non paris, erumpe et exclama quod non parturis, quia multi filii deser-
29 tae magis quam eius quae habet virum. Et sterile namque est, quod non parit, et desertum, quod ab omnibus se mundi inlecebris separavit, et sine viro, quod sine viri usu ita virum habet, ut non habere videatur. Hos ergo coniuges tales quis dubitet, et dum vivunt, sicut in se, ita etiam in suis substantiis deo vivere, et cum e vita exeunt, cum sua ad deum, cui vixerint, facultate migrare? Aliter enim quilibet horum, si res suas saeculo deditis atque ipsi saeculo derelinquit, frustra sibi nomen religionis inscripsit: ei videtur semper vixisse, cui moritur. De coniugibus itaque ista sufficiunt.

30 VIII. Transeamus ad sacras virgines, quibus legem devotionis salvator ipse praescripsit, exemplo scilicet decem virginum, ex quibus fatuarum numerum puellarum ideo tantummodo dicit poenis perennibus dandum, quia sit ei opus misericordiae defuturum. Quo dicto evidentissime docuit quanti pretii iudicarit largam misericordiam,
31 sine qua dixit nec integritatem quidem ipsam virgini profuturam. Sed blandiuntur sibi fortasse quaedam et sufficere sibi aestimant, si, cum multa in facultatibus habeant, saltim exigua largiantur. Nec ego abnuo, ut, si ita ratio est, ita esse credatur. Parum detur, si parum dedisse sufficiet: sed ego sufficere parum nescio, immo parum non sufficere certo scio. Si aliud ipsae sciunt, apud se ipsas sciant: ego unum scio, quod deus dicit extinctas fatuarum virginum lampadas, operum bonorum oleum
32 non habentes. Sed tu, quaecumque es, habere te oleum abunde putas? Et illae profecto, de quibus dixi, stultae virgines sic putabant: nisi enim habere se credidissent, providerant ut haberent. Nam cum postea, ut ait dominus, mutuari velint et omni studio atque ambitione perquirant, absque dubio etiam ante quaesissent, nisi eas habendi fiducia decepisset. Et tu itaque, quaecumque virgo es, vide ne sic non ha-

8) Psal. 62, 9. 17) Isa. 54, 1. 27) Matth. 25.

---

1 reseruare *B 1 m.* 6 promeruit *B 1 m.* ut *AB:* ut uere *p* 9 quo *A post rasuram:* quod *A¹Bp* 15 continentiae *p:* conscientiae *AB* 17 sterile *AB¹* 22 sicut se *A* 23 cum uixerint e uita exeunt *A, sed* uixerint *erasum* 25 ei *ABp:* eique *ed. Baluz.* 29 sit *ABp:* scit *ed. Baluz.* 32 multa *AB:* multa ac magna *p* 34 sufficiet *AB:* sufficit *p* 39 prouiderant *AB:* prouidissent *p* uellent . . perquirerent *p* 41 decipisset *A*

beas, licet habere te credas; eiusdem enim nominis cuius illae, eiusdem professionis
es. Tu virgo es, et illae virgines erant: tu praesumis te esse sapientem, et illae se 33
fatuas non putabant: tu lumen habere lampadem tuam iudicas, et illae profecto lumen
praesumptione futuri luminis perdiderunt. Nam et ideo scribuntur aptasse lampadas
5 suas, quia inluminandas esse credebant. Et quid plura? etiam emicuisse in eis quid-
dam luminis puto. Cum enim ipsae, ut legimus, extinguendas fore lampadas suas 34
reformidarint, habebant profecto aliquid quod verebantur extingui. Nec falsa opinio
metuentium fuit: extinctae siquidem et obcaecatae sunt. Nihil enim profuit illi in-
tegritati, quod in ea lumen virginitatis apparuit, quia substantia olei non suppeditante
10 defecit. Ex quo intellegimus id, quod parum est, quasi nihil esse: quia non satis
prodest ilico extinguendum lumen accendi, nec iuvat aliquid inlucescere, quod in ipso
ortu habeat occasum, et ad hoc tantummodo initium habere viventis, ut possit initium
habere morientis. Plena itaque lucerna opus est, ut lumen possit esse diuturnum. 35
Nam si in lychnis ipsis, quibus ad breve tempus utuntur homines, languescit lumen
15 ac deficit, nisi oleum large fuerit infusum, quanta tibi, quaecumque illa es, quanta
tibi olei abundantia opus est, ut lucerna tua luceat in aeternum? Nemini itaque ad
vitam perennem sat est, si putet se habere quod non habet; stultae enim praesump-
tiones perditionis causae sunt, non salutis: nam qui se, inquit apostolus, existi-
mat esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Nisi forte tibi, quae- 36
20 cumque illa es, revelatus a deo modus sit largitatis et praescriptos a spiritu sancto
donandi terminos habeas, quos excedi piaculum putes, ac transgressionis quodammodo
genus iudices, si religiosior fueris quam a deo esse iubearis. Si ita est, non pro-
hibeo quin utaris scientia a divinitate concessa. Quodsi tam falsum est hoc quam
frivulum, quae insania est, ut non quanta potes omnino facias per cautam et timidam
25 provisionem, cum ignores penitus quid tibi conpetat ad salutem?

IX. Superest de ministris et sacerdotibus quiddam dicere, licet superflue forte 37
aliqua dicantur. Quidquid enim de aliis omnibus dictum est, magis absque dubio ad
eos pertinet, qui exemplo esse omnibus debent, et quos utique tanto antistare ceteris
oportet devotione quanto antistant omnibus dignitate. Quid est enim aliud principa-
30 tus sine meritorum sublimitate nisi honoris titulus sine homine, aut quid est dignitas
in indigno nisi ornamentum in luto? Et ideo cunctos, qui sacri altaris suggestu emi-
nent, tantum excellere oportet merito quantum gradu. Si enim viris in plebe positis 38
et mulierculis ipso sexu infirmioribus talem ac tam perfectam deus vivendi regulam
dedit, quanto utique esse illos perfectiores iubet, a quibus omnes docendi sunt, ut
35 possint esse perfecti, et quos tam magni esse exempli in omnibus deus voluit, ut eos
ad singularem vivendi normam non novae tantum, sed etiam antiquae legis severitate
constringeret? Nam licet decretum vetus largam cunctis ampliandarum opum dederit
facultatem, omnes tamen levitas et sacerdotes intra certum habendi limitem coartavit,
quos scilicet neque segetem neque vineam neque ullum omnino fundum habere per-

18) Gal. 6, 3.

---

1 nominis es *p* 2 es (*ante* tu) *om. p* se *AB:* se esse *p* 4 lampades *B* 6 fore *AB* · forte *p* 7 reformidauerint *p* 8 ille *B 1 m.* 9 substantię *B* subpeditante *B*, suppetente *p* 11 ilico *B:* illico *Ap* inlucessere *B* 12 habere initium *p* possint *AB* initium *AB:* finem *p* 13 plena *AB:* plane *p* 14 lyghnis *AB*, lignis *p* 15 defecit *AB* 17 se *B corr. ex* esse 22 iudices *B corr. et p:* iudicis A^1B^1, iudicas *A corr.* 24 friuolum *p et corr. AB* 26 quiddam et clericis dicere *p* 28 antistare *p:* antestare *AB* 29 antistant AB^1p: antestant *B corr. cf. infra 3 § 36* dignitate. quid *AB:* dignitate. nihil est enim turpius quam excellentem esse quemlibet culmine et despicabilem uilitate. Quid *p et edd.* 33 ipso sexu *ABp:* ipsa faece *ed. Baluz.*

39 misit. Ex quo intellegi potest, an ea nunc deus noster velit in evangelio viventes clericos suos mundanis post se heredibus derelinquere, quae adhuc in lege positos ne ipsos quidem voluit possidere. Unde est quod eis salvator ipse in evangelio non ut ceteris voluntarium, sed imperativum officium perfectionis indicit. Quid enim eum laico illi adulescenti dixisse legimus? Si vis esse perfectus, vende quae habes et da pauperibus. quid autem ministris suis? nolite, inquit, possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris· non peram
40 in via neque duas tunicas neque calciamenta neque virgam. Videte quanta sit in utroque hoc dei sermone diversitas. Laico dixit si vis, vende quae possides, ministro autem nolo possideas. Sed et hoc parum existimavit, ut possessionem ei substantiae amplioris auferret, nisi etiam peram ipsam acturo iter longum apostolo sustulisset et unius eum tunicae singularitate multasset. Et quid postea? Nec hoc satis est. Nudis quoque insuper servos suos lustrare pedibus orbem
41 terrarum iubet et calciamenta plantis gelu rigentibus tulit. Quid dici amplius potest? Pedum de apostoli manu rapuit et peragrantibus universum mundum ministris suis usum unius virgulae non reliquit. Et post haec parum est successoribus eorum, id est levitis ac sacerdotibus, tanta divinarum rerum administratione fungentibus, si ipsi tantum divites fuerint, nisi etiam heredes divites derelinquant. Erubescamus, quaeso, hac infidelitate. Sufficiat nobis quod videmur usque ad vitae terminos deum spernere:
42 cur id agimus, ut contemptum ipsius etiam post mortem extendamus? Diximus de personis atque officiis singulorum, et haec omnia ideo, quia, ut supra diximus, quidam religionem professi aut non debere se sicut ceteros mundiales substantiam suam domino aut certe minus debere arbitrarentur, cum utique hoc magis debeant, quia servus, qui scit voluntatem domini sui et non facit eam, vapulet multis, qui autem
43 nescit, vapulet paucis. Religio autem scientia est dei, ac per hoc omnis religiosus hoc ipso, quod religionem sequitur, dei se voluntatem nosse testatur. Professio itaque religionis non aufert debitum, sed auget, quia adsumptio religiosi nominis sponsio est devotionis, ac per hoc tanto plus quispiam debet opere, quanto plus promiserit professione, secundum illud: melius est non vovere quam post votum promissa non reddere.

44 X. Sed forsitan dicit aliquis: si haec ita sunt, tutior ergo est inreligiositas quam religio. Minime. Religiosus enim per hoc est debitor, quod profitetur religiosum, inreligiosus autem per id, quod neglexerit religionem; ac per hoc ambo habent pro diversitate condicionis debitum suum. Religiosus debet quidquid se professus est agnovisse, inreligiosus vero etiam quod non dignatur agnoscere, secundum illud, quod
45 specialiter sermo divinus de eo dicit: noluit intellegere ut bene ageret. Sed tamen quia onerasse religiosos hac re videmur, quia professionem nominis sponsionem esse diximus religionis, removeamus hanc sarcinam, putemus non ita esse quae dixi. Consideremus, non quid professione, sed quid ratione, non quid voto, sed quid sa-

5) Matth. 19, 21. 6) Matth. 10, 9. 24) Luc. 12, 47. 29) Eccles. 5, 4. 36) Psal. 35, 4.

---

1 noster *p:* non *AB,* non *in B m. 2 expunctum* 5 aduliscenti *A* habis *A* 8 tunicas (ton- *B*) *ABp:* tunicas habeatis *ed. Baluz.* 10 ut *Ap* · et *B,* si *ed. Baluz.* 14 gelu algentibus *A ex corr.* *an* tollit *? cf. ad* 4, 74 *de gub. dei* 15 pedum *Bp, item A ut videtur* (*hic habet* pe***) pecuniam *A s. l. manu recenti,* peram *ed. Baluz.* 16 relinquit *B* 18 derelinquant *ABp:* relinquant *ed. Baluz.* 19 hac infidelitate *Ap:* hanc infidelitatem *B* 22 religionis professe *B 1 m.* 23 arbitrarentur *ABp:* arbitrentur *ed. Baluz.* arbitrantur *alii* 24 facit, is uapulet *p* 26 se *om. B* 27 religiosi] religionis *B 1 m.* 33 autem *Ap:* enim *B* 35 illud *om. p* 37 tamen quia *AB:* tamen qui *p* 39 consideremus *AB:* consideremus denique *p* professionem *A*

lubritate ipsa facere debeamus. Dicite mihi, quaeso, omnes religiosi, numquid est 46
ullus hominum, qui non omnia quae facit vel salutis suae vel certe utilitatis gratia
faciat? Nemo, opinor; omnes enim ad affectum atque appetitum utilitatis suae natu-
rae ipsius magisterio atque inpulsione ducuntur. Ideoque et qui militant, id sibi pul-
5 chrum, et qui negotiantur, id sibi utile, et qui agricolantur, id sibi fructuosum esse
existimant. Et quid plura? Fures quoque ipsi et latrones et venefici et sicarii et
omne inprobae conversationis genus id sibi, quod agit, congruum putat, non quod ulli
prava conveniant, sed quod ille, qui pravis utitur, hoc sibi credat congruum esse, quod
pravum. Ergo et nos non alia, opinor, causa religionis philosofiam adpetivimus quam 47
10 quod nobis id conveniens arbitrati sumus, cogitantes scilicet et praesentium rerum
brevitatem et futurarum aeternitatem, quam parvum istud, quam grande illud, cogi-
tantes quoque futurum iudicem et tremendi iudicii graves exitus, ardentem in medio
populorum circumstantium vallem perennium lacrimarum, quam non solum introiri at-
que tolerari inaestimabile ac summum malum, sed etiam videri ac timeri pars mali
15 summi sit; cogitantes quoque, inter haec horrenda et poenalissima praeclara illa ac 48
beatissima, novos scilicet caelos et terram novam, vultum rerum omnium pulchriorem,
aeternum iustitiae habitaculum, recens aedificium creaturarum, aureas super rudes
caelos sanctorum omnium domus, aulas gemmis intermicantibus expolitas et inmorta-
lium metallorum fulgore pretiosas, lucem illic septuplo inlustriorem, puniceo semper
20 splendore radiantem, beatitudinem ineffabilibus bonis divitem, laetam cum incolis suis
perennitatem, patriarcharum consortium, prophetarum societatem, apostolorum germa-
nitatem, martyrum dignitatem et in omnibus sanctis angelorum similitudinem, opum
caelestium copiam, deliciarum inmortalium afluentiam, communem cum deo vitam.
Haec itaque cogitantes, haec contemplantes ad cultum religionis sacrae officiumque 49
25 confugimus eumque nobis ad obtinenda haec bona suffragatorem quodammodo et ad-
vocatum efficacissimae intercessionis adsumpsimus atque in eius nos protectionem ac
patrocinium ambitiosa humilitate contulimus.

XI. Unde cum haec tanta et cogitaverimus pariter et petierimus, videamus nunc 50
et expendamus diligentissime, si est vel in actibus nostris vel in substantiis, unde
30 haec tanta a deo emere possimus. Quod si non est, cur, rogo, non unus quisque
nostrum totum pro se offerat quod habet, quia non potest totum offerre quod debet?
maxime cum salvator ipse ac deus noster nihil tutius ac salubrius omni homini esse
dixerit quam rem suam atque substantiam in usu misericordiae conlocare, idque prae-
cipue et in vetere et in nova lege mandaverit, dicens, quod qui dividant propria, di-
35 tiores fiant, et quod misericordia a morte liberet. Et alibi de sancto viro: disper- 51
sit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. In evangelio
quoque: nolite, inquit, thesaurizare vobis thesauros in terra. Et iterum:
non potestis deo servire et mammonae. Et iterum: vae vobis, divites,
qui habetis consolationes vestras. Avaris quoque et inhumanitatis crimine
40 reis: ite, inquit, in ignem aeternum, quem paravit pater meus diabolo

35) Psal. 111, 9. 37) Matth. 6, 19. 38) Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. Luc. 6, 24.
40) Matth. 25, 41.

---

2 fecit *p* 5 agriculantur A^1 9 philosophiam *p* 11 parum *AB* 15 praeclara illa *AB:* alia illic praeclara *p*, alia haec praeclara *ed. Baluz.* 16 nouam terram *p* 18 domus *AB:* domos *p* 20 radians *p* 23 afluentiam *AB*, *ut semper in hoc nomine:* affluentiam *p* 24 regionis *A* 28 expetierimus *p* 29 perpendamus *p* 30 haec tanta *Ap:* ac tanta *B*, talia ac tanta *ed. Baluz.* 32 noster *p:* non *AB cf. ad p.* 138, 1 totius *B* 34 diciores *A* 38 mammone *AB* 40 preparauit *B* diabulo A^1B, *item paulo post*

52 et angelis eius. Quorum quae poena semper futura sit, facile intellegitur, quibus sors cum diabolo deputatur. Per quae tamen tormenta maxima non atrocissima illa in eis fornicationum aut homicidiorum aut sacrilegiorum crimina puniuntur, sed sola
53 tantummodo avaritia et abdicatrix misericordiae inhumanitas. Unde intellegere nos convenit, quid passuri sint quos praeter alia peccata etiam avaritia reos fecerit, cum summo supplicio adficiendi sint, quos expertes omnium peccatorum solum avaritiae crimen morte damnarit. Quae utique si futura omnia credimus, absque dubio evitare debemus. Si autem non devitamus, profecto non credimus. Si autem non credimus, Christiani nequaquam sumus; neque enim possumus quemquam dicere Christianum, qui non putat Christo esse credendum.

54 XII. Sed esto illas quas supra diximus poenas non timeamus rei: numquid etiam praemium sperare possumus non merentes? Et ideo si opes non damus ob peccatorum redemptionem, demus saltim ad emendam beatitudinem, si non damus ne damnemur, demus saltim ut muneremur, quia etiamsi praeterita mala non sint quae oporteat sanctos redimere, sunt tamen perennia bona, quae magno debeant conparare, etiamsi poena non sit quae timeatur, est tamen regnum quod ambiatur, ac per hoc, etiamsi non habent sancti quae redimant, habent tamen quae emant. Nisi forte aliquis damnum in emptione vereatur, videlicet ne plus commodet quam recipiat, ne grandia faeneranti parva reddantur, ne largitionem redhibitio non repenset, et data semel pretii magnitudine pecunia periclitetur emptoris, ac si magnum quid domino
55 commendarit in terra, non habeat Christus forsitan unde ei solvat in caelo. Plane, si ista dubitatio est, fieri nihil suadeo, quia nec prosunt omnino ulla dubitanti. Cassa quippe est operatio, si fides certa non fuerit, et frustra faenerat qui de receptione desperat. Christus enim, ut credimus, factorum omnium retributor est. Si ergo aut inopem eum, qui retribuere non possit, aut infidelem putas esse. qui nolit, quomodo ab eo retributionem sperare poteris, quem et inpossibilitatis et infidelitatis ipse dam-
56 naveris? Quod si non ita est nec ambigis facturum esse quae dixit, quae insipientia aut qui error est, ut non ei tantum des quantum potes, cum utique non dubites multo te plus recepturum esse quam dederis? quae denique miseria ut malis nihil ex his recipere quae relinquis, cum totum possis penitus possidere quod credis? Sed, miserum me! puto non creditur deo. Et quod dico puto, utinam ambigue putarem et non evidenter agnoscerem. Laborarem fortasse intra me vincere opiniones meas et coge-
57 rem sensum dubia non credere, ut mentem melioribus applicarem. Sed quid agimus? non dubiis rebus vincimur et evidentibus coartamur. Quis enim domino mente credit et facultate non credit? quis deo animam suam mancipat et pecuniam negat? quis promissis caelestibus fidem commodat et non agit ut esse possit particeps promissionum? Et ideo cum videamus homines haec non agere, cogimur non credentes palam et evidenter agnoscere. Non licet ut eos nos deo fidem putemus adhibere, cum illi
58 se rebus clament negare. In quo necesse est infidelitatem paene omnium hominum plangi atque lugeri. O miseria, o perversitas! Homini ab homine creditur et non creditur deo: humanis promissionibus spes commodatur, deo negatur. Omnia denique in rebus humanis spes futurorum agunt: vita quoque ipsa haec temporaria nonnisi spe

---

1 eius *Bp:* suis *A*, *cf. infra 4, §§ 20 et 29* 2 illa *om. p* 8 euitamus *p* 14 quia ut ante iam dixi, etiamsi *p* 15 sanctos de quibus nunc specialiter loquimur, facultatibus suis redimere, potest tamen *p* comparari *p* 19 faeneranti *AB* (*et sic plerumque in hoc verbo et derivatis*): foeneranti *p* redibitio *AB* 21 commodarit *p* 24 disperat *AB* 27 facturum *ABp* · eum facturum *ed. Baluz.* 29 his *AB:* hiis *p*, eis *ed. Baluz.* 30 totum] tecum *p* 32 uincerem *p* 33 ut possem mentem melioribus applicare *p* 34 et *AB:* sed *p* domino *A s. l, manu antiqua* 36 agit *Ap:* ait *B* 38 illi se rebus *Ap:* illis heredibus *B*

alitur ac sustinetur. Ideo enim terris frumenta credimus, ut cum usuris credita reci- 59
piamus: ideo in vineis labor maximus ponitur, quia homines spes vindemiae consolatur: ideo negotiatores thesauros suos emptionibus vacuant, dum venditionibus sperant esse cumulandos: ideo navigantes vitam ventis ac tempestatibus credunt, ut spebus votisque potiantur. Et quid plura? pax quoque inter feras ac barbaras gentes spe innititur et fide adstipulante firmatur. Latrones quoque ipsi et sanguinarii fidem sibi invicem non negant, et quae promiserint mutuo servaturos esse confidunt. Totum denique, ut dixi, inter homines spebus agitur. Solus deus est, de quo desperatur: cumque elementa ipsa et naturam mundi dominus noster fidelem fecerit, illi tantum prope ab omnibus non creditur, qui solus fecit ut rebus omnibus crederetur.

XIII. Sed dici forte hoc loco possit, quod rebus suis utantur homines, non esse 60
infidelitatis interdum, sed necessitatis, neque deo non credere religiosos, sed vitae atque usui necessaria reservare; multos enim sanctorum hominum a summa dispensandarum opum perfectione aut sexu nonnumquam aut aetate aut ipsa infirmioris corpus-
culi inbecillitate prohiberi. Esto hoc ferri possit, sed tamen, etiamsi fertur, ita feren- 61
dum est, ut pro qualitate necessitatum atque causarum sufficientia retineantur, inmoderata resecentur. Habentes enim, inquit apostolus, victum et vestitum his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in temptationem et laqueum diaboli. Ergo, ut videmus, in rebus tantum necessariis salus est, in superfluis laqueus, in mediocritate dei gratia, in divitiis diaboli catena. Denique quid statim apostolus subdit? quae demergunt, inquit, hominem in interitum et perditionem. Ergo, si divitiae interitum in se habent, evitemus opu- 62
lentiam, ne in interitum conruamus. Ampla ac locuples facultas perditionem inferre dicitur: refugienda est ampla possessio, ne consequatur profunda perditio. Ac per hoc, sive sexus sive aetas sive infirmitas necessaria requirant, sufficientibus debent esse contenta, ita ut quidquid temporarium excedit usum, religiosum absumat officium.
Ceterum si tu, quicumque aut quaecumque illa es sanctae professionis, si tu aut con- 63
servandis opibus aut cumulandis facultatibus inhies, superflue de infirmitate causaris. Numquid enim infirmior sexus ducere aliter vitam non potest, nisi animi sui curas multa ingentis patrimonii administratione distenderit? numquid puella sacra aut vidua castitate devota servare inlaesam sanctae professionis perseverantiam non valent, nisi argenti et auri ponderibus incubarint ac tantas intra conscientiam opes possidere se
noverint, quantas usus possidentium non requirit? Aut, quia huic et sexui pariter et 64
pudori quies maxime necessaria est, numquid inpossibile sibi quaepiam forte aestimat inter pauca famulantium ministeria inviolatam quietem posse servare, nisi aures eius familiae ingentis strepitus verberarit et turbarum circumsonantium tumultuosus clamor obtuderit? Quae utique sanctae animae et quietem veram desideranti non pati tantum nimis magna inquietudo, sed etiam videre quodammodo pars est inquietudinis, quasque etiamsi subdere aliquis disciplinae ac silentio velit, conprimere tamen earum inquietudinem cum sua quiete non possit: adeo etiam ipsa emendatio alienae inquie-

17) I Tim. 6, 8. 21) ibid. v. 9.

---

2 uineo *A* 3 sperantes se A^1B^1 4 spebus suis *p* 9 cumque natura ipsa et elementa *B* 10 non creditur — omnibus *om. B* 15 fertur *ABp:* feratur *ed. Baluz.* 18 simus *AB:* sumus *p* temptationes *B 1 m.* 19 et laqueum *om. p* 24 est itaque ampla *p* 25 necessaria *AB:* necessaria uictui *p* debet *p* 26 ita *om. p* 27 quicumque ille aut *p* si tu (*ante* aut) *ABp: om. ed. Baluz.* 28 inhias *p* superfluae *A*, superfluendę infirmitatis *B 1 m.* 30 multas *B* 31 ualet *p* 32 incubarint *A* incubauerint *B*, incubarit *p* 33 nouerit *p* 39 subdere *Ap:* sedaie *B corr. 2 m. ex* sedere 40 ipsum commertium alienae *p*

65 tudinis perturbatio est nostrae quietis. Haec autem, quae de hoc sexu locuti sumus, ad omnes pertinent omnique pariter aetati, sexui infirmitatique conveniunt. Non est itaque quod conpetere quisquam aut non obesse divitias religioni putet: inpedimenta haec sunt, non adiumenta, onera, non subsidia. Possessione enim et usu opum non suffulcitur religio, sed evertitur, secundum illud, quod dominus ipse dicit: sollici- 5 tudo saeculi istius et fallacia divitiarum suffocant dei verbum et sine fructu efficitur. Proprie utique ac satis pulchre fallaces dixit esse divitias: bona enim et putantur et appellantur, ac per hoc fallunt homines nomine praesentium bonorum, cum sint causae malorum aeternorum.

66 XIV. Sed licet haec ita sint, ut deus ipse praedixit, adquiescamus tamen mise- 10 riis quorundam atque languoribus, qui putant se sine magnis omnino opibus vitam agere non posse. Esto tu, quicumque aut quaecumque illa es sancti nominis ac professionis, esto divitias, esto copias tuas usque ad finem vitae istius habeas, dummodo saltim in fine tibi conferas: esto rebus ac facultatibus tuis in vita hac uti velis, dummodo tui vel moriens non obliviscaris et ad eius cultum atque honorem referen- 15
67 dam tibi substantiam tuam memineris, cuius te munere accepisse cognoscis. Humanum est, quod ab omnibus vobis, o divites mundi huius, petitur ac deliciosum. Si inpetrari ab unoquoque vestrum non potest, ut esse in hoc saeculo pauper velit, praestet sibi saltim ne in aeternitate mendicet. Qui praesentem inopiam tantum fugitis, cur in perpetuum non reformidatis? in brevibus meticulosi longa et interminabilia vi- 20 tate. Quid tantopere in vita ista paupertatem horretis, quid expavescitis? Minus
68 multo est quod hic timetis. Si tenuitatem temporariam gravem ducitis, qualis, quaeso, erit illa quae numquam desinet? Quasi vestri apud vos animi rem agimus vestrique voti. Si usu vestrarum rerum penitus carere non vultis, id agite ne aliquando careatis. Deliciosam a vobis rem et voluptariam poscimus. Qui sine divitiis omnino esse 25 non adquiescitis, id agite ut divites semper esse possitis, secundum illud: si ergo delectamini sedibus et stemmatibus, reges populi, diligite sapien-
69 tiam, ut in perpetuo regnetis. Alioqui qui error aut quae insania est quemquam hominum esse posse, qui acta in amplis opibus, quod solum sufficit ad reatum, usque ad diem ultimum vita ne in supremo quidem exitu large ac salubriter sui me- 30 mor sit, nec in ipsa iam de suo sibimet aegra extremitate succurrat (praesertim cum in divitiis, per se dominum accusantibus secundum illud 'vae vobis divites', etiam alia ipsi domino peccatorum genera non desint, quae in ipso divitiarum sinu atque matrice quasi in naturali quodam fomite pullularint), et non vel in ultimis suis id agat, id elaboret, id omni rerum suarum ambitu promereatur, ne reus exeat, ne reus 35 vadat, ne cruciandum postea corpus, cruciandam etiam ad praesens animam derelin-
70 quat? Quis ergo est aut tam infidelis aut tam insanus, qui haec non cogitet, haec non timeat, qui de substantia sua aliis magis quam sibi consulat, et cuncta penitus spe vitae huius, cunctis subsidiis destitutus, unam tantummodo tabulam, cui inhaerere adhuc quasi in medio mari naufragus possit, amittat, nec amittat tantummodo, sed 40

5) Matth. 13, 22. 26) Sap. 6, 22.

---

4 subdia *B* 5 religiose deuertitur A^1B, religio, sed subuertitur *ed. Baluz.* 6 fallatia *B* 12 quicunque ille es aut *p* 14 cũferas *p* 24 penitus *B* 28 perpetuo AB^1: perpetuum *B corr. et p* alioquin *AB corr.* 29 quo solum B^1 30 ne AB^1p: nec *B corr. et ed Baluz.* 31 aegro *Rittershusius* 32 in diuitiis, quae per se sufficiunt ad reatum, per se dominum *p* accussantibus *B* illud domini dictum *p* 33 domino *AB:* diuiti *p* 34 et *AB:* Vel quae insania est, ut *p* 36 crucianda . . anima AB^1p 39 distitutus AB^1 inhaereat *p* 40 possit] post *p*

abiciat atque a se penitus expellat, omnibus modis id elaborans, ne quid sibi omnino reliquum esse faciat, quo periturus evadat?

XV. Quae cum ita sint, dicite mihi, quaeso, omnes Christum amantes, si esse 71
ulli omnino homines tam saevi ac tam crudeles adversum inimicos suos possunt quam
5 sunt isti adversum se? Nulli quippe sunt tam feri, tam inhumani, qui non vel desperatos iam atque morientes adversarios suos persequi desinant: isti se ipsos etiam in
morte positi persequuntur. Annon est hoc persecutio aut esse alia maior potest, ex- 72
heredari hominem a se ipso, extorrem bonorum omnium fieri, et quasi in exilium a se ipso agi? atque hoc non communi more aut usitato, sed novo et crudelissimo, sci-
10 licet ubi in exilium anima ipsa mittitur, ubi e facultatibus suis spiritus abdicatur. O quanto leviores sunt extranei et carnales inimici! illi enim corporum tantum hostes
sunt, vos et animarum. Leve est itaque in conparatione facinorum vestrorum illorum 73
odium. Facile est enim quidquid in praesenti saeculo nocet: illud grave, illud perniciosum est, quod in aeternitate iugulabit. Et ideo salvator ipse: nolite, inquit,
15 eos timere, qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt. Facile est ergo odium, quod corpus laedit, non laedit animam, quia laeso corpore anima extra damnum est et passionibus carnium beatitudo spirituum non interpolatur. Illud itaque, illud inexpiabile malum est, illud aestimari omnino non potest, quod totum omnino hominem sine fine damnabit. Et ideo leviores vobis inimici vestri sunt
20 quam vos ipsi. Omnis siquidem inimicitia morte dissolvitur: vos contra vos ita agitis, ut inimicitias vestras nec post mortem evadatis.

LIBER III.

I. Duobus superioribus libris cum duabus filiorum tuorum partibus, id est, una 1
mundi amatrice, alia religionis imaginem praeferente, o domina mi ecclesia dei, quasi
25 separatim locuti sumus. In hoc autem, si deus adnuit, ad utramque, prout causa ac ratio postulaverint, loqui cupimus, nunc divisim alterutram, nunc ambas pariter adloquentes. Superest ut ab utraque earum agnoscente in lectionis serie partes suas, quidquid pro affectu dei a nobis dicitur, cum affectu dei recipiatur. Igitur quia in 2
cunctis, quae iam locuti sumus, speciale Christianorum omnium bonum misericordiam
30 ac largitatem esse memoravimus, praecipuaque in eis et merita sanctorum et peccatorum remedia contineri idoneis, ut reor, ac multis testibus adprobavimus, non opinor a quoquam plura expectari, maxime cum, si quis cupidus est plurium, ipsos adire debeat libros dei, qui tam multis ac magnis testibus pleni sunt, ut universarum caelestium litterarum paene unum sit testimonium. Superest adversum eas responsionum 3

14) Matth. 10, 28.

---

3 quae cumq; *A 1 m.* 7 exheredare *B* 9 *post* crudelissimo *additum est in p et edd.:* Omnes enim exules, etsi corporibus ablegantur, animis non eliminentur: et si carne captiui sunt, cordibus tamen si uolunt liberi perseueiant. Hoc autem unde nunc loquimur, nouum exilii genus atque tormentum est. *Hoc additamento AB carent, ut multis aliis in his libris* 12 uos et animarum *AB:* uos spirituum: illi tantum artuum, uos et animarum *p* 17 spiritum *B* 19 hominem et intus et foris sine *p* 24 mi *AB:* mea *p* 25 annuet *Rittershusius,* annuerit *ed. Baluz.* 26 postulauerit *p* 29 bonorum *B* 30 praecipueque *p* 34 eam *B corr.*

infidelium causas, quae a quibusdam mortiferae excusationis gratia opponi solent, quippiam dicere. Loquens salvator in evangelio propterea commodari hominibus opes a domino ac pecuniam dicit, ut cum usuris multiplicibus commodata reddantur, dicens avarissimo debitori: Serve male ac piger, sciebas quod ego meto, ubi non semino, et congrego, ubi non sparsi. Oportuit ergo te pecuniam meam dare nummulariis, et ego veniens cum usuris recepissem quod meum est. Tollite itaque ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta. Ac paulo post: et servum nequam proicite in tenebras exte-
4 riores, ibi erit fletus et stridor dentium. Quod tamenetsi etiam ad aliud referri potest, tamen loco quoque et causae huic non insalubriter coaptatur. Cum enim nummularii salvatoris pauperes et egeni recte intellegantur, quia pecunia, quae talibus dispensatur, augetur, cum usuris absque dubio deo redditur quidquid egentibus erogatur. Unde et alibi apertius ipse dominus distribuere divites opes mundi et facere sibi sacculos, qui non veterescant, iubet. Sed et in vase electionis suae idcirco
5 locupletibus divitias a domino dari indicat, ut bono opere ditescant. Et ideo etiam ego minimus et indignissimus famulorum dei primum ac saluberrimum religionis officium esse dico, ut Christianus dives, dum in hac vita est, divitias mundi huius pro dei nomine atque honore consumat; secundum autem, ut si id vel metu vel infirmitate vel necessitate aliqua praepeditus forte non fecerit, saltim moriens universa dispenset.

6 II. Sed dicit fortasse: filios habeo. Iam de hoc quidem principalis libelli pagina et convenientia, ut arbitror, et non pauca memoravit, satisque ad hanc rem domini sermo sufficit dicens: qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Sed et propheticum illud, quod ait, neque patres pro filiis neque filios pro parentibus iudicandos, sed unum quemque hominum aut sua iustificatione salvandum aut sua iniquitate periturum: ac per hoc, quaslibet divitias homo filiis suis congerat,
7 nequaquam hoc ei proderit in iudicio, quod divitem reliquit heredem. Sed esto ignosci parentibus possit, si ex parte aliqua hereditarias facultates filiis derelinquant, si tamen id ipsum bonis, si tamen sanctis: esto quoque ignosci possit, si etiam malis quiddam atque vitiosis. Habere aliquam excusationis speciem videntur dicentes: pietas vicit, vis sanguinis conpulit, natura ipsa quasi amoris manu in ius suum traxit. Scivimus quid iustitia dei posceret, quid sacra veritas postularet, sed subacti, fatemur, sumus iugo incarnatae necessitudinis et dedimus captivas manus vinculis caritatis; cessit san-
8 guini fides et vicerunt devotionem religionis iura pietatis. Dici aliquid potest, tametsi salubriter dici non potest: est umbra excusatiunculae non excusans, dans reo deprecatiunculae speciem, non reatus securitatem. Nequaquam enim id ulli spondeo, quod possit cuiuslibet rei firmum habere subsidium qui aliquid plus amaverit quam deum, secundum illud, quod scriptum est, in hoc futurum esse iudicium, quod venerit lux in hunc mundum et dilexerint homines magis tenebras quam lucem. Nemini enim dubium est totum id tenebras futurum homini quidquid divinae praetulerit caritati.
9 Haec ergo ita sunt. Sed esto, ut dixi, indulgeri parentibus possit naturae insalubriter

4) Matth. 25, 26. 8) ibid. v. 30. 13) Luc. 12. 14) I Tim. 6. 23) Matth. 10, 37. 24) Ezech. 18. 38) Joh. 3, 19.

---

1 causam *B* quae *om. A in fine versus* opponi] opinione *p* 4 auarissimo illi ac nequissimo debitori *p* 6 meam *om. p* nummolariis A^1B et] ut *p* recipissem *AB* 8 seruum *AB:* seruum inquit *p* 9 ad aliud quiddam *p* 12 dispensator *B 1 m.* 14 ueterescant *ABp:* ueterascant *vulgo* 17 duco *p* 28 hereditaria *B 1 m.* 32 quid (*ante* sacra)] qui *B 1 m.* 34 fidis A^1B 37 qui *ABp:* si *ed. Baluz.* 38 iudicium esse *B*

indulgentibus. Quid quod nonnulli, filios non habentes, a respectu se tamen salutis suae et remedio peccatorum penitus avertunt, ac licet semine sanguinis sui careant, quaerunt tamen quoscumque alios, quibus substantiam propriae facultatis addicant, id est, quibus umbratile aliquod propinquitatis nomen inscribant, quos sibi quasi adopti-
5 vos imaginarii parentes filios faciant, et in locum eorum quae non sunt pignorum perfidia generante succedant. Ac sic miserrimi quique et inpiissimi, cum vinculis filio- 10
rum non constringantur, ipsi tamen sibi vincula parant, quibus infelicia animarum suarum colla constringant: cum vis domesticorum discriminum nulla sit, foris discrimen arcessunt, et licet causae desint periculorum, ruunt tamen quasi in interitum voluntarium: quorum errores infelicissimi quo affectu animi accipiendi sint, prope incertum
10 apud quosdam videri potest, irascendumne his an dolendum sit. Error enim dolore 11
dignus est, inpietas execratione: ad fletum trahimur infelicitate, ad iracundiam infidelitate. In una re est quo pro hominum insipientia lugeamus, in alia quo pro dei amore moveamur, ullum omnino hominum inveniri aut esse posse, qui decurso infeli-
15 cis vitae istius brevi spatio, in ipsa extremitate iam pendens, iturus ilico ad tribunal dei, quicquam aliud cogitet praeter finem suum, quicquam aliud praeter exitum suum, quicquam aliud praeter periculum suum, et neglecta spe sua atque anima, cui opitulari aliquatenus vel in ultimis suis omni studio, omni nisu, omni re ac substantia sua debeat, hoc solum cogitet, hoc solum animo suo volvat, quam laute heres suus
20 res suas comedat!

III. Miserrime omnium, quid sollicitus es, quid aestuas, quid auctorem te ipse 12
rerum perituraruṁ facis? An times forte ne desint, qui te mortuo quod reliqueris vorent? nolo metuas, nolo verearis. Utinam tam facile tu salvus esses quam tua omnia deperibunt! O infidelitas, o perversitas! Etiam vulgo dictum est, omnes sibi
25 melius velle quam alteri. Novum hoc monstri genus est cuilibet quemquam velle consulere, tantum ne sibi. Ecce iturus es, infelicissime omnium, ad examen sacrum, 13
ad tremendum illud intolerandumque iudicium, ubi peregrinanti animae atque anxiae nullum potest omnino esse solacium nisi sola tantummodo bona conscientia, nisi sola tantum innocens vita, aut, quod proximum est bonae vitae, misericordia, ubi reo ho-
30 mini nullum est adiutorium nisi sola mens larga, nisi paenitentia fructuosa et eleemosynae copiosae quasi manus validae, ubi denique pro diversitate meritorum aut summum bonum invenies aut summum malum, aut inmortale praemium aut sine fine tormentum. Et tu de locupletandis quibuscumque heredibus tuis cogitas, de opibus 14
agnatorum cognatorumque suspiras, quem potissimum ditiorem patrimonio tuo facias,
35 cui supellectilis variae ornamenta transscribas, cuius apothecas copiis tuis repleas, cui maiorem servorum numerum derelinquas. Infelicissime omnium, cogitas quam bene alii post te vivant, non cogitas quam male ipse moriaris. Dic mihi, quaeso, o miser, 15
o infidelis! cum multis patrimonium tuum dividas, cum multos facultatibus tuis dites, numquid de solo te es tam male meritus, ut tibi nec inter extraneos locum facias
40 heredis? Ecce expectat te iam egressurum de vita ista officium tribunalis sacri, expectant tortores angeli et inmortalium tormentorum terribiles ministri, et tu futuras

24) Terent. Andr. II, 5, 16.

---

5 sint *p* 7 ipsi tamen] ipsatem *B* infilicia *A*, *item v.* 12 infilicitate 10 accipiendi sint *AB:* accip. sint ac ferendi *p* 11 his *AB:* hus *p*, iis *ed. Baluz.* 13 quo (*post* est) AB^1p: quod *B corr.* in alia quo *Ap:* in aliquo *B*, in alia quod *ed. Baluz.* 22 rerum periturarum te ipse *ed. Baluz.* timis A^1B^1 reliqueris *A:* dereliqueris *Bp* 30 elemosynae *AB* 34 agnatorum *AB:* agnatorum tuorum *p* 35 transcribas *Bp* 38 infidelitatis *B 1 m.* multos] multis *B 1 m.* 39 numquid *Bp et corr. A:* num *A 1 m.* 41 terribilis AB^1

post te heredum mundialium voluptates animo volutas, tu delicias aliorum mente pertractas: quam bene scilicet post te heres tuus de tuo prandeat, quibus copiis ventrem
16 expleat, quomodo usque ad nauseam redundantem viscera exsaturata distendat. Infelicissime omnium, quid tibi est cum his naeniis, quid tibi cum his deliramentis, quid cum stultitia huius erroris, quid cum perditione istius vanitatis? Numquid succurrere hoc tibi inter supplicia summa poterit, si is, qui res tuas prodige comedit, lautus et pransus bene eructarit?

17 IV. Sed de his, unde nunc loquimur, si res ac ratio postulaverint, etiam post haec aliqua subdemus. Interim hoc specialiter dico et peculiari admonitione conmoneo, ne ullum omnino aliquis quamvis carissimum pignus animae suae praeferat. Neque enim iniquum est, ut quilibet Christianorum etiam legitimis heredibus in hoc saeculo minus congerat, dummodo sibimet in aeternitate succurrat multis modis, quia et facilius est hic deesse filiis quippiam quam parentibus in futuro et multo levior praesens tenuitas quam aeterna paupertas, maxime quia, cum illic non paupertas tantum, sed etiam mors ac poena timeantur, facilius est utique hic heredibus deesse quiddam de patrimonio quam illic testatoribus de salute, idque et ipsi, quibus hereditas derelinquitur, si modo pietatis aliquid in se habent, specialiter velle debeant, ne illi pereant qui relinquunt. Quod utique si nolunt, multo minus digni sunt quibus aliquid relinquatur, quia non iniuste testator sapiens non relinquit, quod heres inpius non meretur.
18 Itaque optimum est, ut unusquisque sibi consulat et animae ac saluti suae omnia derelinquat, sint quamvis interdum non filii tantum, quibus videtur naturaliter plus deberi, sed etiam pignora alia eius vel meriti vel condicionis, ut eis ad inpertiendum quiddam ac largiendum iustitia ipsa ac dei cultus patrocinetur, et quibus non solum
19 pie aliquid relinquatur, sed etiam inreligiose non relinquatur: scilicet si aut parentes sint calamitosi aut germani fideles aut sanctae coniuges aut, ut longius denique munus pietatis extendam, si aut propinqui inopes aut adfines egestuosi aut denique cuiuslibet necessitudinis indigentes, vel certe, quod super omnia est, deo dediti. Hoc enim est praecipuum ac supereminens, si id ipsum, quod agit aliquis pietatis officio, reli-
20 gionis faciat affectu. Beatus enim ille, qui suos ipsos divini amoris spiritu amat, cuius caritas Christi cultus est, qui in naturae vinculo deum cogitat, naturarum patrem, et amoris munera in sacrificia convertens tantum sibi inmortalis lucri et beatorum fructuum parat, ut dum id quod pignoribus suis praestans domino suo faenerat, hoc ipso,
21 quod suis liberalitatem tribuit temporariam, sibi mercedem pariat sempiternam. At vero nunc diversissime et inpiissime nullis omnino a suis minus relinquitur, quam quibus ob dei reverentiam plus debetur, nullos pietas minus respicit, quam quos praecipue religio commendat. Denique si qui a parentibus filii offeruntur deo, omnibus filiis postponuntur oblati: indigni iudicantur hereditate, quia digni fuerint consecratione, ac per hoc una tantum re parentibus viles fiunt, quia coeperint deo esse pretiosi. Ex quo intellegi potest, quod nullus paene apud homines vilior est quam deus, cuius utique fit despectione, ut eos praecipue parentes filios spernant, qui ad deum coeperint pertinere.

22 V. Sed praeclaram videlicet qui haec faciunt rationem consilii sui reddunt dicen-

---

4 neniis *AB* diliramentis A^1, deleramentis B^1 7 *post* eructarit *additur in p et edd.:* aut etiam ut tibi, qui deuoranda tua omnia tradidisti, redundanti cruditate plus praestet, si bene uomuerit? 8 postulauerit *p* 12 minus congerat *AB:* consulat *p* 13 multo est leuior *p* 15 quidam *B* 17 debeat *A 1 m.* 19 heris A^1B^1 20 salutis *AB* 25 germani deo fideles *p* aut sanctae coniuges *om.* A^1, *supplevit m. 2 sed antiqua* 26 egestuose *B 1 m.* 30 deum diligit, deum cogitat *p* 32 fenerat *B*, foenerat *p* 33 liberalitatem *AB et Rittershusius:* libertatem *p* 37 fuerant *p* 38 ceperint *B* 40 dispectione AB^1 qui ad *Bp:* quia *A*

tes: quid opus est ut filiis iam religiosis aequa hereditatis portio relinquatur? Nihil ergo iustius, nihil dignius quam ut, quia coeperunt religiosi esse, mendicent, non quidem quod eos haec res mendicitate oppressura sit, quod a terrenis facultatibus abdicantur, caelum spe possidentes, cito etiam re possessuros, regente illos deo suo ac
5 protegente, qui eos cum immortali spe aeternorum etiam sufficientia temporalium muneratur. Sed tamen, quantum ad inhumanitatem parentum pertinet, egent, a quibus sic relicti sunt ut egerent: certe etiam si qui non penitus domu eliminantur et quibus non omnino extorribus quasi aqua et igni interdicitur, tanto inferiores fratribus relinquuntur, ut etiamsi paupertate non egeant, conparatione tamen egere videantur. Di- 23
10 citis, quid opus sit religiosis iusta patrimonii portione? Respondeo: ut religionis fungantur officio, ut religiosorum rebus religio ditetur, ut donent, ut largiantur, ut illis habentibus cuncti habeant non habentes, immo, si tanta est eorum fides atque perfectio, ut habeant cito non habituri, beatius utique, postquam habuerint, non habentes. Cur eis, quaeso, o inhumanissimi parentes, necessitatem indignissimae paupertatis in- 24
15 ponitis? Permittite hoc religioni ipsi, cui filios tradidistis: rectius pauperes a se fiunt. Si tantum eos inopes esse cupitis, concedite id ipsorum devotioni. Liceat eis, quaesumus, ut velint pauperes fieri: eligere inopiam debent, non sustinere. Postremo, etiamsi sustineant, devotione eam tolerent, non damnatione patiantur. Cur eos velut 25
a natura expellitis et quasi a iure sanguinis abdicatis? Et ego esse eos pauperes
20 volo, sed ut habeat tamen praemium suum ipsa paupertas, ac praeclara demutatione eligant inopiam ex copia, ut ex inopiae electione copiam consequantur. Quamquam quid ego vos per ipsum sanctissimae rationis officium trahere ad humanitatem pietatemque contendo, cum id maxime obsistat et haec res parentes inpios faciat, quae pios facere deberet? Nam cum vos ideo plus relinquere ex patrimonio vestro religiosis 26
25 filiis deberetis, ut aliquid ad deum ex facultatibus vestris saltim per filios perveniret, ideo filiis non relinquitis, ne illi deo habeant quod relinquant. Praeclara videlicet ratione atque cautela contenti estis vos filios non agnoscere, ne illi se filios dei esse cognoscant, magnificam repensantes beneficiis sacris vicissitudinem, dum id studiosissime procuratis, ne vel per vestros aliquid honor dei habere possit, cum omnia vos
30 per dei munus habeatis. Cur, rogo, tam infideliter, cur tam inpie? Non exigimus 27
ut vestra domino largiamini: aliquid deo de suo reddite. Cur tam avare, cur tam impie agitis? Non est vestrum quod denegatis. Iniquum igitur arbitramini, ut saecularibus filiis religiosos substantia pares esse faciatis? Id ergo agitis, ut paeniteat eos coeptae religionis, quos religio apud vos fecerit viles. Pius itaque ac bonus dominus,
35 qui servet in eis propositum ac professionem suam: ceterum, quantum in vobis est, id agitis, ut saeculi eos cultores esse faciatis, quibus saeculares filios antefertis. Quid est enim aliud quam religionem interdicere ob religionem despectui habere?

VI. Sed iniusti fortasse videamur cunctos parentes in hoc negotio aequaliter ac- 28
cusando, cum scilicet non omnes pari agant iniquitate cum filiis. Sunt enim, inquit
40 aliquis, sunt ex parentibus multi, qui aequales filiis suis faciant portiones, nisi quod una tantum eos condicione discernunt, quod in iis ipsis partibus, quae religiosis vi-

---

1 aequa cum fratribus suis haereditatis portio *p* 4 etiam *A sup. lin. m. 2* cito repossessuros *p* 5 munuratur *A 1 m.* 7 domu *AB:* domo *B corr. p* 8 interdicitur tanto *AB:* interdicitur, cum ut tenues aut certe usufructuarii relinquuntur, tamen tanto *p et vulgo* 10 sit *ABp:* est *ed. Baluz.* iusta patrimonii portione *AB:* aequam accipere cum fratribus patrimonii portionem *p et vulgo* 14 paupertates *B 1 m.* 16 quaeso *p* 23 pios *AB* · magis pios *p* 26 habeant quod deo *ed. Baluz.* 30 inpie *ABp:* impie agitis *ed. Baluz.* 32 secularibus *B* 34 coepta *AB, uterque 1 m.* 35 caeterum *A* 37 dispectui *AB* 40 aliqui *AB* quia aequales *B 1 m.* 41 quod *A corr. ex* quid iis] is *A*, his *Bp*

29 dentur adscribi, usum iubent ad eos, proprietatem ad alios pertinere. At vero hoc multo est peius et infidelius. Tolerabilioris quippe inpietatis videtur esse cum proprietate aliquem filiis suis minus relinquere quam proprietatem his rerum penitus auferre. Potest enim aliquatenus ferri ista condicio, si aut amicis aut adfinibus aut propinquis hac lege aliquid relinquatur: filiis vero qui proprietatem rerum non tribuit, nil relinquit. Sed invenit iniquissima infidelitas parentum, quomodo a patrimonio suo deum penitus excluderet, proprietatem rerum religiosis filiis auferendo. Usum enim his dedit, ut esset quo ipsi viverent, proprietatem his tulit, ut quod deo relinquerent
30 non haberent. O novum inreligiosae mentis ingenium! invenit quo filiis suis videretur maiore erga deum sua inpietate consulere. Fecit enim ut sancta suboles usum rerum habens, ius rerum non habens, quasi locuples quidem viveret, sed quasi mendica moreretur, ac sic testator infidelissimus plena de hoc mundo possit securitate discedere, cum sciret de suo ad deum penitus pervenire nil posse. Quamvis in hoc ipso, quod supra dixi, per usum rerum aliquam filios religiosos opum imaginem possidere, ne hoc sit quidem, quia etsi usus videtur aliquid habere, conscientia tamen non habet; nemo enim potest se vel brevi divitem credere, qui scit se proprium nil habere.

31 VII. Quid agis, miserrima infidelitas et paganicae, ut ita dixerim, inreligiositatis error? Itane tantum odisti deum, ut possis etiam filios tuos ob hoc tantum, quia ad deum pertinent, non amare? meliore enim condicione quidam relinquunt libertos suos quam tu relinquis filios tuos. In usu siquidem cotidiano est ut servi, etsi non optimae, certe non inprobae servitutis, Romana a dominis libertate donentur, in qua scilicet et proprietatem peculii capiunt et ius testamentarium consequuntur, ita ut et viventes cui volunt res suas tradant et morientes donatione transscribant: nec solum hoc, sed et illa, quae in servitute positi conquisierant, ex dominorum domo tollere non vetantur. Tantum eis interdum gratia patronae liberalitatis inpertit, ut etiam iuri suo
32 detrahat, quod libertorum dominio largiatur. Quanto, o quisquis ille es infidelissime pater, quanto domini illi melius cum libertis agunt quam tu cum liberis! Illi quae donant perpetuo iure donant, tu temporario: illi testamenti faciendi arbitrium dant libertis, tu tollis liberis: illi postremo servos suos dant libertati, tu quasi addicis filios servituti. Nam quid est aliud quam servituti addicere quos non vis aliquid quasi in-
33 genuos possidere? More ergo illorum uteris, qui servos suos non bene de se meritos, quia civitate Romana indignos iudicant, iugo Latinae libertatis addicunt: quos scilicet iubent quidem sub libertorum titulo agere viventes, sed nolunt quidquam habere morientes. Negato enim his ultimae voluntatis arbitrio, etiam quae superstites habent,
34 morientes donare non possunt. Ita ergo et tu religiosos filios tuos quasi Latinos iubes esse libertos, ut vivant scilicet quasi ingenui et moriantur ut servi, et iuri fratrum suorum quasi per vinculum Latinae libertatis adstricti, etiamsi videntur arbitrii sui esse, dum vivunt, quasi sub illorum tamen positi potestate moriantur. Quid tantum, quaeso, sceleris in titulo esse religionis putas, ut ideo eos, qui religiosi sunt, filios tuos esse non credas, quia filii dei esse coeperunt? In quo tibi bonae voluntatis quasi piaculo rei facti sunt, ut idcirco eos putes habendos esse peiores, quia optant esse meliores?

---

1 ad alios, id est ad seculares filios pertinere *p* Ad uero *AB* 2 uidetur esse cum proprietate *AB:* esse uidetur hereditatem *p* 3 his *AB:* hiis *p*, iis *ed. Baluz.* 5 aliquit A^1, *item paulo post* 7 excludat *p* 9 filiis suis uideretur (uidetur *B*) *AB:* uideretur filiis suis *p* 10 soboles *Bp* 11 quasi (*post* sed) *A s. l. 2 m.* 15 conscia *A* tamen utentes non habet *p* 20 meliori *p* 21 obtimae *B* 26 gratiae *p* 27 infidelissimae *A* 28 cum (*post* tu)] con *B* 29 testamento . . dant libertatis *B l m.* 38 adstricte *B corr.* 40 sunt deo filios *p*

VIII. Sed dicitis non eo a vobis animo hoc agi. Quod unum est, ac si quispiam 35
dicat malas res bono animo a se fieri et inpietatis facinus pia mente committi. Quid
prodest, o inhumanissimi parentes, quod filios religiosos bono a vobis dehonorari animo
adseveratis? Res ipsa hoc respuit, res refellit. Parum est quod nudis adsertionibus
5 dicitis, ipsi actibus vestris contra vos testes estis. Indignum ergo arbitramini, ut
sancta ac placita deo pignora filiis mundo servientibus conparentur? Verum est et
bene arbitrabamini, si tamen arbitrio isto iuste et in diversum uteremini, id est, ut
conparandos bonis filiis malos et peccatores sanctis non putaretis, et qui apud deum
vita ac meritis antecellerent, îdem apud vos gratia atque honore superarent. Quid 36
10 enim rectius, quid magis iustum, quam ut qui meliores sunt, îdem etiam honoratiores
essent, qui vincunt iudicio, îdem vincerent praemio, qui antistant in evangelio sacro,
îdem quoque in testamento humano antistarent, et hac saltim re concordaret cum vo-
luntate Christi parentum pietas ac voluntas, ut quos deus praeposuisset electione, eos-
dem etiam parentes anteponerent dignitate. Sed non solum hoc non agitur, sed in
15 diversum omnia aguntur. Praeponuntur enim puris commaculati, praeponuntur fide-
libus inpii, praeponuntur lumini tenebrae, praeponitur terra caelo, praeponitur mun-
dus deo. Et evasuros se huiusmodi parentes vel in hoc solo iudicium dei aestimant,
qui cultum dei et dignitatem iudicii sui indignitate conculcant?

IX. Sed videlicet non contemptu dei dicunt parentes haec a se fieri, sed causa 37
20 atque ratione. Quibus enim, inquiunt, relictam substantiam relicturi sunt filios non
habentes? Dicam quibus, nec nominabo eos, quos supra dixi, pauperes dei, non alie-
nos aut longe positos, ne durum aut inhumanum forte videatur. Illos dico caros et
individuos, et quos recte etiam vos, qui multas suboles habetis, filiis antefertis: ipsos
se inquam homines, o infidelissimi parentes, ipsos se inquam dicimus. Numquid potest
25 cuilibet quidquam se ipso propius, numquid carius inveniri? suam unicuique vestrum
animam, suam salutem, suam spem commendamus. Et pios vos esse dicitis, qui filios 38
diligatis? Nihil plane durius vobis, nihil inhumanius, nihil tam ferum, nihil tam in-
pium dici potest, a quibus inpetrari omnino non potest, ut vos ipsos ametis. Pel-
lem, inquit diabolus in scripturis sacris, pellem pro pelle et cuncta quae ha-
30 bet homo dabit pro anima sua. Dilectissimam esse animam suam homini etiam
diabolus non negavit, et qui avertere omnino cunctos ab affectu animarum suarum ni-
titur, idem tamen carissimas esse debere cunctis animas confitetur. Quis ergo furor 39
est viles a vobis animas vestras haberi, quas etiam diabolus putat esse pretiosas?
quis furor est viles a vobis haberi, quas etiam ille caras vobis debere esse dicit, qui
35 viles facere conatur? Ac per hoc quicumque animas suas neglegunt, etiam infra iu-
dicium diaboli se amant. Quae cum ita sint, videte vos, qui putatis religiosos homi-
nes non habere quibus relinquant substantiam suam, videte vel iuxta diaboli opinio-
nem, videte si non habent, qui se ipsos habent.

28) Job 2, 4.

---

1 Quod idem est *p* 4 adseratis *p* 5 testis *B 1 m.* 7 arbitrabamini *AB*[1]*:* arbitramini *B corr. et p* 9 idem *AB:* iidem *p et sic deinceps* 11 qui (*ante* antistant) *AB:* et qui *p* antestant *B corr.* 12 antestarent *B* 15 praeponuntur enim puris *AB:* praep. enim puris inuiolatisque *p* (Puris enim commaculati praeponuntur, fidelibus *etc. ed. Baluz. et vulgo*) 16 tenebrae] *additum in p:* praeponitur uita morti 17 existimant *Rittershusius* 23 soboles *Bp* ipsos se . . parentes *om. A* 25 proprius *AB* 26 qui filios diligatis *AB* · quia filios diligitis *p* 27 nil (*quater*) *B* 29 diabulus *A*, *item v.* 33 pellem (*post* sacris) *om. p* cunctaq. (que *B*) habet *AB* 30 dilictissimam *A* 31 negabit *B* et quia *p* 32 animas *AB:* suas animas *p* 34 a uobis uiles *B* 36 religiosas *B 1 m.*

40 X. Sufficere quidem ad hanc negotii portionem, de qua nunc agitur, haec quae iam diximus satis arbitror: sed ostendi id vobis forsitan non solis virtutibus rerum, sed etiam auctoritatibus exemplorum desideratis. Possim quidem dicere maiora exemplis omnibus dei esse mandata, nec interesse ad augendam divinorum verborum auctoritatem, inpleant ea homines an non inpleant, quia virtutem eorum ex domini certum est constare persona, non ex servorum oboedientia, nec addi eis nec decedere
41 aliquid per nos potest, quorum honor per auctorem deum semper aequalis est. Sed tamen si adiuvari se etiam exemplis hominum humana optat infirmitas, scilicet quo facilius etiam ipsa nunc faciat, quae alios fecisse ante cognoscat, ostendimus primo libro haec, quae etiam nunc ab aliquantis Christi imitatoribus fiunt, non mediocriter, sed abundanter, nec a paucissimis, sed a populis, nec ab antiquissimis, sed paene a recentissimis nuper esse conpleta. Quid enim novi et adhuc prope in oculis constituti apostolorum actus loquuntur? Omnes inquam qui credebant, habebant in unum omnia communia. Et iterum: Gratia quoque magna erat in illis omnibus; nec enim quisquam egens erat inter illos. Quicumque enim possessores praediorum ac domorum erant, vendentes adferebant pretia venditorum et ponebant ante pedes apostolorum. Alibi quoque:
42 et nemo ex eo quod possidebat suum proprium esse dicebat. Atque hoc non parvus credentium numerus, ne quem forsitan minus scriptorum auctoritas moveat, dum putant exempla esse paucorum. Quae fuerit quippe tunc multitudo ecclesiae principalis vel ex hoc solo agnosci potest, quod in principiis statim ipsis octo hominum milia biduo ecclesiae accessisse referuntur, pateatque aestimationi, quae ceteris diebus universi generis multitudo concreverit, ubi duo tantummodo dies, praeter
43 disparem aetatem pariter ac sexum, tantam virorum copiam procrearunt. Unde cum et tam innumerabilis iam tunc et tam perfecta plebs fuerit, quaero a vobis, cum quibus loquor, cuncti parentes, in illis tot ac tantis tunc credentium milibus, tanta fidei perfectione viventibus, omnesne cum filiis an omnes sine filiis fuerint? Neutrum, opinor; nulla enim ecclesiae plebs est non de utroque permixta. Intellegere ergo possunt quicumque ex Christianis filios non habent, cui relinquere substantias suas debeant, cum videant cui reliquerint tunc illi filios non habentes. Sin autem habent, discant quid etiam ipsos oporteat facere, cum videant tunc parentes amorem dei filiis
44 praetulisse. Habet igitur omnis aetas, habet omnis condicio quod sequatur: quicumque est particeps fidei, participem se beati faciat exempli. Si illi tunc ob deum do-

9) lib. II § 13. 13) Act. 2, 44. 14) Act. 4, 33. 17) Act. 4, 32.

---

2 arbitror *AB* · arbitror, id est, quod praeponere uitam spem salutemque uestram cunctis omnino rebus atque affectibus debeatis *p et vulgo* 3 desideretis *B* (?) *teste Baluzio* 4 esse mandata] *sequuntur in p et vulgo haec:* clamantia quotidie in omni mundo · Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, thesaurizate autem uobis thesauros in caelo. Et alibi: Quaecumque homo seminauerit, haec et metet. Quae utique tam ad mundi homines quam ad dei, tam ad eos qui filios habent, quam ad eos qui non habent, aeque pertinet (*sic p*). quia cum uitam aeternam cuncti desiderent possidere, non est dubium, quod ubi par uniuersorum uotum est ad habendum, parem esse curam omnibus ad promerendum 5 domini *Ap* · dei *B* 7 per nos *om. p* 8 hominum etiam exemplis *B* 9 primo libro *ABp: immo* secundo libro, *ut vulgo legitur, incertum est scriptorisne sit vitium an librariorum* 11 a paucis *p* 15 quisquam *A corr m. recenti ex* quisq. 18 Atqui *p* 19 forsitam *AB* 20 eclesiae *A ut saepius* 22 pateatque omnium aestimationi *p* 24 procrearint *p* 26 loquor, Christo dicati cuncti *p* 27 an *B corr. ex* ac 28 intellegere *AB:* Et ideo cum ecclesia utrumque habuerit, intelligere *p* 31 dei amorem filiis *p*, amorem filiis dei filius *AB, sed in B prius* filiis *1 m. deletum est, ut item Rittershusius correxit, in A manu admodum recenti correctum est:* amorem filiorum dei filiis, *ut vulgo inepte legitur; nam sententia est:* amorem dei potiorem habuisse quam filios 32 igitur *A s. l. manu 2, sed antiqua*

nantes omnia sua etiam se ipsos exheredavere viventes, discite vos, quaesumus, bona vestra vel ipsi hereditare morientes. Oportet quippe vos, mihi credite, etiam inter filios vestros salutis animarumque vestrarum non oblivisci. Propinqua enim vestra pignora esse vobis et coniunctissima satis certum est: sed, mihi credite, nemo vobis propinquior, nemo coniunctior quam vos ipsi. Amate itaque, non obsistimus, amate filios vestros, sed tamen secundo a vobis gradu: ita illos diligite, ne vos odisse videamini; inconsultus namque et stultus amor est alterius memor et sui inmemor. Non accipiet, inquit scriptura sacra, iniquitatem patris filius, neque pater accipiet iniquitatem filii sui. Et apostolus unus quisque, inquit, proprium onus suum portabit.

XI. Relictae itaque filiis divitiae parentes non liberant de mendicitate, immo re- 45
licta inmoderate filiis facultas parentum est sempiterna mendicitas, ac per hoc nulli parentibus magis noxii quam filii nimis amati. Dum enim illi patriis bonis afluunt, parentes in sempiternitate cruciantur. Etiamsi tam pius sit filius, ut refrigerandi supplicii paterni gratia communicare cum patre postea bona relicta cupiat, non valebit: reddere siquidem post mortem patri pietas filii non poterit, quod unicuique indevotio sua et infidelitas denegarit. Ideoque iuxta apostolum unus quisque sarcinas suas co- 46
gitet, quia unus quisque hominum sua onera portabit. Flammae infelicium mortuorum divitiis non refrigerantur heredum. Dives ille in evangelio, qui purpura induebatur et bysso, absque dubio qui locuples in hoc saeculo ipse fuerat, etiam heredes suos morte ditarat. Sed nequaquam hoc ei proderat, quod opibus ac talentis eius germani divites incubabant, et ille guttam refrigerii inpetrare non poterat. Illi erant in abundantia, sed ille in egestate, illi in gratulatione, sed ille in dolore, illi in divitiis, sed ille in tormentis, illi fortasse iugiter in luxuria, sed ille semper in flamma.
O infelix ac miseranda condicio! Bonis suis aliis praepararat beatitudinem, sibi ad- 47
flictionem, aliis gaudia, sibi lacrimas, aliis voluptatem brevem, sibi ignem perennem. Ubi erant tunc adfines, ubi propinqui, ubi vel filii, si habuerat, vel germani, quorum meminerat, et quos certe tanto amore dilexerat, ut eorum ne in supplicio quidem positus oblivisceretur? quid ei proderant, quid suffragabantur? Torquebatur infelix, et 48
opes suas aliis devorantibus ille refrigerii guttam ardens petebat et inpetrare non poterat. Et hoc, si quid addi ad poenam potest, per illum sibi tribui postulabat, quem aliquando contempserat, per illum, qui in pure ac sanie conputruerat, per illum, cuius foetorem ac squalorem longe refugerat, qui membrorum suorum ulceribus canes paverat, quem scatentes vermium globi etiam intra recessus peresi corporis exararant. O 49
gravis nimium et lugenda condicio! Pauper beatitudinem emit mendicitate, dives supplicium facultate: pauper, cum penitus nil haberet, emit aeternas divitias egestate. O quanto has facilius tam multa rerum possessione dives potuerat conparare, qui inter tormenta aestuans et inter supplicia proclamans: pater, inquit, Abraham, miserere mei et mitte Eleazarum, ut intinguat extremum digiti sui in

8) Ezech. 18, 20. 9) Gal. 6, 5. 19) Luc. 16. 38) Luc. 16, 24.

---

1 exheredauere *AB et Rittershusius:* exhaereditauere *p* 2 *post* morientes *additum est in p et vulgo:* quae quidem, ut dixi, etiam uos, o fidelissimi (infidelissimi *ed. Baluz.*) parentes, curiosius attentiusque pro uobis conuenit cogitare 9 et] sed et *p* proprius *A* 11 immo relictae *A 1 m.* 13 filiis *B* patris *A 1 m.* 15 non ualebit reddere: si quidem . . non proderit *p* 18 quia unusque *A 1 m.* 22 Illi] ille *A 1 m.* 24 luxoria *A* 25 ac *B et s. l. m. 2* (*sed vetere*) *A:* et *A 1 m.* praepararat *Ap:* praeparat *B*, praeparauit *ed. Baluz.* 27 si *Ap:* sibi *B*, quos *B s. l. manu recenti et ed. Baluz.* si quos *alii* 30 et *om. B* 33 faetorem *AB* 39 eleazarum *et p.* 152, 2 eleazari A^1p: lazarum (*et* lazari) *A corr. B et vulgo* intingat *p*

aqua, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Non horrebat tunc scilicet dives ille Eleazari quondam pauperis manum nec dedignabatur auxilium: inseri eius digitos ori suo et mitigari intolerandas faucium flammas illius pridem foetidae ac squalentis manus munere postulabat. O quanta rerum mutatio facta fuerat! tangi tunc ab eo desiderabat, quem etiam videre ante despexerat.

50 XII. Haec ergo divites cogitent, qui redimere facultatibus suis nolunt, ne ista patiantur. Dives fuit ille, de quo nunc loquimur, divites sunt et isti, ad quos nunc loquimur. Unius sunt nominis: caveant ne sint etiam condicionis unius. Non liberabunt enim filii divites parentes reos, nec restinguet flammas miseri testatoris deli-
51 ciis afluentibus opulentus heres. Durum est ab aliquo filiis ac propinquis parum relinqui: multo est durius in aeternitate torqueri. Opinor enim divitem illum, cum torqueretur, non tantum delectabant opes heredis sui quantum angebant tormenta corporis sui, non tantum delectabat quod heres suus bene epulabatur, quam angebat quod ipse male cruciabatur, non tantum delectabat quod heres suus in exquisitis deliciis afluebat, quam angebat quod ipse intolerandis ignibus defluebat, non tantum delectabat quod heres suus pascebat parasitos et helluones copiis suis, quantum angebat quod
52 ipse pascebat flammas medullis suis. Et puto, si quis ei tunc optionis copiam praestitisset, utrumne mallet, divites heredes suos esse an se in miseriis tormentisque non esse, voluerat profecto illos omnibus bonis alienari, dummodo ille posset malis omnibus liberari, voluerat offerre omnia quae possederat, dummodo evaderet quae perferebat, voluerat cunctam illam substantiam quam habuerat et temporales argenti et auri thesauros pro se dare, ut iuges suppliciorum inmortalium cruces et perenne illud incendium superiecta, si quo modo posset, divitiarum suarum mole restingueret et exun-
53 dantes ignium globos opposita ingentium facultatum inmensitate prohiberet. Et quid dicam voluisse eum, ut interminabile illud malum redimeret facultatibus suis? Plus dico aliquid. Voluerat omnem substantiam suam tradere, ut posset sibi in flammis situs unius saltim horae requiem conparare. Desiderans enim ad mitigandas faucium flammas vel tinctum aqua pauperis digitum, quomodo non quantolibet pretio mercari requiem praeoptaverat, qui parvam refrigerii guttam tam magno ambitu postulabat?
54 Sed iam ista quid proderant aut quid iuvabat miserum, quod tunc pro se offerre omnia volebat, qui male ante noluerat? Vel quid tunc proderat, quod dare cuncta cupiebat, quae iam amiserat, qui nihil tunc pro se dederat, quando omnia possidebat? Sera quippe, ut ait in scripturis spiritus sanctus, sera est paenitentia mortuorum. Quomodo? Non est enim, inquit ad deum patrem sermo divinus, non est in
55 morte qui memor sit tui. in inferno autem quis confitebitur tibi? Excludi penitus a confessione peccati peccatorem mortuum protestatur nec posse esse quemquam postea dei memorem, qui in hac vita sui fuerit oblitus. Adeo omnis ei spes penitus absciditur et omnis vitae aditus obseratur, ut, cum una sit reo salutis via preces ad deum fundere et caelestem misericordiam incessabiliter orare, etiam hac peccator letiferae oblivionis animadversione damnetur, ut ei nec memoria quidem dei,

34) Psal. 6, 6.

---

2 orrebat *B* 4 faetidae *AB* 5 tangi *Ap:* tanti *B* dispexerat *AB* 8 unius sunt nominis *A ante* diuites (*v.* 7) *habet, sed adiecta sunt a manu vetere signa transpositionis* 10 heredes *A 1 m.* 13 quam *ABp:* quantum *ed. Baluz.* 15 defluebat *AB:* diffluebat *p et vulgo* tantum enim delectabat *p* 16 heris *A 1 m.* 17 puta *A 1 m.* 19 posset *corr. B:* possit *Ap,* poscit *B 1 m.* 20 possideret *AB uterque 1 m.* 23 possit *AB*[1] 26 suam *om. B* (?) *teste Baluzio* possit *A 1 m. B* 32 amisserat *A* 34 quomodo *ed. Baluz.* quõ *A,* quõ *B,* quoniam *p* 38 absciditur *ABp:* abscinditur *ed. Baluz.* 40 damnatur *AB, an anacoluthon est?*

a quo sperare debeat, relinquatur. Haec ergo cogitent, qui dum filios habere post 56
mortem divites cupiunt, futurorum suppliciorum nec in morte meminerunt: haec cogitent, qui ut in hac caduca et brevi vita heredes divites habeant, aeterna se ipsos morte condemnant. In quo quidem non tam illos amant quam se oderunt, quia non tam salubris amor est, qui brevi consulit, quam grave odium, quod in aeternitate cruciabit. Et ideo deus noster, ut in primo dudum libello diximus, disciplinam parentes thesaurizare iubet filiis, non pecuniam, perennia praecipit, non peritura conferre. Scilicet quia res istiusmodi atque opus sanctum et filiis pariter et parentibus prosunt, filiis utique per disciplinae institutionem, parentibus per munificentiae largitatem. Et filiis enim hoc disciplina praestat, ut salutem capiant perpetuam, et parentibus largitas, ut mortem effugiant sempiternam.

XIII. Sed cui haec dicimus aut cur dicimus? ubi apertas aures aut videntes ocu- 57
los invenire poterimus? Omnes enim, ut de inpiis legimus, paene omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est paene usque ad unum. Nova quippe amentia tam saeculares quam etiam quosdam religionem professos incessit homines. Siquidem, ut dudum dicere coeperamus, iam non tantum filiis aut nepotibus, quod ob naturae necessitudinem ferri potest, sed etiam agnatis et cognatis, neque solum, ut aiunt, ex directo, sed etiam ex obliquo et ex transverso, immo potius ex averso perversoque venientibus res propriae
facultatis, id est pretium suae redemptionis addicunt. Nec interest paene iam apud 58
homines quibus consulant, dummodo sibi omnino non consulant. Si qui enim ex istis, de quibus loquimur, morte adpropinquante filios non habent, quaerunt infidelissime, quos aut propinquos aut adfines suos dicant, aut, si id forte deest, quaerunt saltim aliqua novarum necessitudinum ficta nomina. Nec interest, ut dixi, apud eos quorum meminerint, dummodo sui obliviscantur: non interest quos amare se dicant, dummodo animas suas oderint: non interest quos divites faciant, dummodo se aeterna mendicitate consumant.

13) Psal. 13, 3.

---

4 in quo quidem non tam illos amant *AB:* in quo quidem non tam heredibus consulunt quam sibi obsunt, non tam illos amant *p et vulgo* 10 largitur *p* 17 ferre *B 1 m.* 18 agnatis *suppletum in A m. 2 sed vetere* et *AB:* atque *p* 19 auerso *ABp:* aduerso *B corr. m. eadem et ed. Baluz.* 20 *post* addicunt *adiectum est in p et vulgo:* sicut scriptum est: Non dedit deo propitiationem suam et pretium redemptionis animae suae. Et paulo post: Simul, inquit, insipiens et stultus peribunt, et relinquent alienis diuitias suas, et sepulchra eorum domus eorum in aeternum. Quid inter stultum sit et insipientem, non est nunc disserendi locus: nec sane interest, quae inter eos meritorum sit differentia, quorum est una perditio. Quod causae itaque sufficit, cum dixisset simul insipientem et stultum esse perituros, uideamus quid uel ad causam uel ad cumulum perditionis adiecerit. Relinquent, inquit, alienis diuitias suas. Verum est: quid enim siue tam stultum, siue tam perditum, quam ut aliquis de suo non sibi consulat, praesertim cum deus dicat, nihil prodesse homini, si totum mundum lucrifaciat, animae autem suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit, inquit, homo commutationem pro anima sua? Si ergo homines totum mundum spernere oportet, ne animarum damna patiantur, et propter suam salutem debet quispiam etiam sua lucra contemnere, quam infidelis est, quam insipiens est, qui ut alium diuitem faciat, animam suam ipse condemnat? maxime cum et ille non multum adipiscatur, qui usum temporalium rerum accipit, et ille inaestimabilia damna perferat, qui fructum beatae aeternitatis amittit. Nam et ideo sequitur in Psalmo: Sepulchra eorum domus eorum in aeternum. Quam misera ergo erit perdita sors eorum, qui quasi sepulchris perennibus deputati, quam conditionem post mortem perferunt corporum, eandem quodammodo patiantur animarum, et quidem minus miseram, si eandem, aut si ad eos ad iumenta insipientia nec bonorum sensus nec malorum passio peruenirent (pertineret *ed. Baluz.*). Illud (Sed illud *ed. Baluz.*) acerbum atque intolerabile, quod similiter pereunt, sed non similiter puniuntur; illorum enim mors sempiterna sine sensu est, istorum omnium cum dolore. Ac sic conditionem hominum peccatorum perditio quidem facit pecudibus esse similem, sed tamen poenam grauiorem. Cogitent igitur cuncta ista quae dicimus, immo cogitent cuncta illa quae deus dicit, qui sibi nec ante mortem omnino consulunt, nec in morte succurrunt, apud quos obliuio est penitus suarum animarum 22 infidelissimae *AB*

59 XIV. O infelicitas, o insania! Quid tantum, quaeso, de se miserrimi omnium male promeruerunt, ut dum aliorum voluptatibus serviunt, se perpetuo persequantur! Videas enim a quibusdam infelicissima vanitate investigari quosdam novos ac nobiles propinquos, videas incognitarum agnationum pudenda nomina et recentium ac praepotentium adfinitatum ridicula commenta, cum dicat quis de aliquo adoptivo ac subitaneo propinquo: illum heredem facio parentem meum: aut quaecumque sanctae professionis vidua vel puella: illum heredem scribo proximum meum. Ac sic quidam, quos in omni vita quasi extraneos alienosque habuerant, subito in extremis propinquos ha-
60 bent, et qui extranei semper fuere viventium, parentes esse incipiunt mortuorum. Introducunt enim repente in testamentum quos numquam introduxere in affectum, et hoc maxime, ut dixi, aut locupletes aut nobiles aut honoratos, et qui nisi potentes essent, parentes forsitan non fuissent. Ridicula miseri testatoris ambitio, dans censum propriae facultatis ad conparandum mendacium propinquitatis, emens pretio hereditatis nomen heredis, et totis patrimonii sui viribus hoc elaborans, ne se ille, qui heres scribitur, parentem neget, et ut testator infelicissimus stultissima ac miserrima vanitate facto herede nobili, qui in vita sua humilior esse visus est, honoratior in
61 morte esse videatur. O caecitas, o insania! quanto studio, infelicissimi homines, id efficitis, ut miseri in aeternitate sitis! quanto minore cura, minore ambitu id vobis praestare potuistis, ut semper beati esse possitis! Cuius quidem rei causam aliam omnino invenire non possum nisi solam tantummodo incredulitatem atque perfidiam, id est, quod aut iudicandos se a deo homines esse non putant aut resurrecturos omnino esse non credunt. Nemo est enim qui resurrecturum se et iudicandum a deo de operibus bonis ac malis certus sit, qui non vel spei ac beatitudini suae praestet, ut pro bonis operibus perennia bona capiat, vel timori atque discrimini, ne pro malis mala aeterna patiatur.

62 XV. Sed abhorrere hoc videlicet a Christiano nomine videtur, ut dicatur futura non credere. Quid ergo causae est ut, si credit quae dixit deus, non timeat quae minatur deus? si non credit verbis quae dixit deus, non credat praemiis quae promittit deus? Neque enim se probat promissionibus dei credere, qui non sic agit, ut possit
63 ad promissa a deo praemia pervenire. In ipsa quippe hac vita hominum, si iudicandum se aliquis ab humana hac potestate et rapiendum ad tribunal terrenum esse cognoverit, advocatos requirit, patronos adhibet, officialium gratiam favoremque mercatur, et haec omnia metu iudicii futuri agit, cum tamen eventum iudicii comparare non possit. Adeo etsi victoriam emere ipsam non valet, spem tamen victoriae magno
64 emit. Dic mihi, quisquis ille es, qui credere te iudicium dei dicis, tu, si vel supradictorum exemplo hominum iudicandum te esse a deo crederes, nonne spem ac salutem tuam quolibet pretio conparares? Sed non credis utique, non credis, et licet credulitatem tuam verbis velis adseverare, non credis; verbis enim, ut ait apostolus,
65 confiteris, sed factis negas. Denique ut infidelitatem tuam tibimet ex te ipso probem,

38) Tit. 1, 16.

---

1 o infilicitas *A*, O infidelitas, o infelicitas *p* 2 mali *p* persequatur *A 1 m.* 4 rectium *B* 6 aut *Ap:* at *B* 7 quosdam *p* 10 enim multi repente *p* 11 locopletes *A* 16 qui *ABp:* quia *ed. Baluz.* 17 cecitas *AB* imprudentissimi infelicissimique *p* id efficitis, id efficere curatis *p* 19 poteratis *p* possetis *p* rei quidem *p* 23 praestet *B m. 2 in rasura habet* 24 timore *B 1 m.* 26 dicatur bona aeterna futura *p* 29 agere *B 1 m.* 31 humana potestate *coni. Rittershusius* rapiendum *ABp:* rapiendum se *ed. Baluz.* 32 officialium atque apparitorum gratiam *p* 35 mihi igitur quisquis *p* dices *B 1 m.* 36 exemplorum *A ante rasuram* ac] ad *B* 37 et licet . . non credis *B in marg. m. 2, sed antiqua* 38 uerbis tuis uelis *ed. Baluz.*

dic mihi, obsecro, quisquis ille es, qui substantiam tuam vel propinquo cuipiam diviti vel adfini, vel, si hi forte desunt, etiam extraneo derelinquis, cur eam non sanus a te atque incolumis abdicasti? cur non sospes ac vegetus heredibus tradidisti? sed in testamento ipso providentissime caves et sollicite ac diligenter inscribis: quando ego
5 ex rebus humanis excessero, tunc mihi tu ille carissime heres esto. Dic mihi, quaeso, 66
cur huic carissimo, ut ipse ais, ac devinctissimo tuo tamdiu nihil de tuo tribuis, tamdiu nihil de tuo tradis, quamdiu te putas esse victurum, sed tum cum vides esse te moriturum? Et quid dico, cum esse te moriturum vides? immo id caves providentissime, ne vel spirante vel moriente te quidquam de tuo habeat, sed iam defuncto
10 omnino, iam mortuo. Et mirum est, quod hoc ipsum sinis, ut iam funestato te tua habeat, iam exportato atque tumulato. Quamvis etiam in hoc, quod ais 'quando ego ex rebus humanis excessero', id ipsum cavisse videaris. Hoc est enim ex rebus humanis penitus excedere, totum omnino cum suo corpore hominem in praesentia humanarum rerum esse desisse. Dic mihi itaque, cur haec tam provide in testamento ca- 67
15 ves, cur tam sollicite ac prudenter interseris? Absque dubio, quia necessariam tibi, dum vivis, rem tuam iudicas, quia alienare te facultatibus tuis non vis et iniquissimum putas vivo te et incolumi alium tuo divitem fieri, te autem mendicitate consumi. Verum est nec inrationabilem curam abnuo, et quidquid a te in hunc modum dicitur probo. Sed in uno tamen mihi satis fieri a te cupio. Quid est quod tu, qui tibi 68
20 usum rerum tuarum tantopere necessarium putas, fructus ac reditus facultatis tuae post mortem necessarios esse non putas? Dicis absque dubio, quia mortuo nihil opus est nec reservandum mihi quidquam in tempus illud est, quia defunctus ac nihil sentiens nec delectari possum possessione rerum mearum neque amissione cruciari. Evi- 69
dens causa est. Ergo idcirco moriens substantiam tuam alteri deputas, quia capere
25 ex ea fructus post mortem ipse non possis. Sed quid, quod electissimum vas dei apostolus Paulus testificatur et clamat, quod quaecumque homo in vita hac seminaverit, haec post mortem metet, et qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictione, ex benedictione et metet. Ex quo aperte intellegi voluit eos, qui seminant in parcitate, benedictionem metere non
30 posse. Cum enim dicens: 'qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictione, ex benedictione et metet', evidenter utique benedictionem in sola posuerit largitate, ostendit parcos seminatores mendicitatem, largos benedictionem esse messuros.

XVI. Sed fortasse haec tibi, quicumque es infidelis, aut parum valida aut parum 70
aperta esse videantur. Quid quod dominus ipse in evangelio nihil quemquam de
35 operibus bonis perdere Christianum manifestissime docet dicens: quicumque po-

26) Gal. 6, 8. 35) Matth. 10, 42.

---

2 hii *ABp* eam *ed. Baluz.* ea *ABp* 4 cauis A^1B^1, *item infra* quandoque *p* 6 diuinctissimo A^1B^1 7 te *om. ABp*, te uides esse *vulgo* 8 dicam *p* 10 sinis et (in *A erasum*) non iam funestato te tua habent iam exportato *AB*, sinis ut funestato te tua habeat, nisi etiam iam exportato *Baluzius cum cod. Parisino recentiore* (*sententia admodum inepta*), sinis et non addis ut iam funestato te tua habeat: iam exportato *p*, sinis ut te non iam funestato aliquid te tuo habeat: iam exportato *Pithoeus, ut item in A manu recentissima* (*ab ipso Pithoeo?*) *correctum est; eius loco quod habent AB* sinis et non iam funestato *ipse malim:* sinis ut demum funestato (*pro* funestato *coni. Rittershusius* funerato) 11 ais *Ap:* agis *B* 14 desisse *AB:* desiisse *p* 18 Verum est, ac rectum putas, nec *p* rationabilem *Rittershusius* 19 fieri a te cupio *AB:* cupio fieri a te *p* tibi *AB:* tibi in uita ista *p* 22 in tempus illud est, quo defunctus *Rittershusius* 25 dilectissimum (del- *corr.*) *B* 27 metat (*ter*) *AB*, *haud scio an recte ut in relatione indirecta*, metat . . metet . . metet *p* 28 seminauerit *p* 29 seminauerint *p* 30 cum *ABp:* dum *ed. Baluz.* metet *Ap:* metat *B* et qui . . metet (*sic hoc loco*) *Bp: om. A* 33 es infidelis *AB:* es, o infidelis *p et vulgo*

tum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Quid dici evidentius potuit? Etiam eam rem in futuro habituram praemium esse dixit, quae in praesenti pretium non haberet: tantum honoris cultui suo tribuit, ut aliquid esset
71 illic per fidem, quod hic omnino nihil esset per vilitatem. Sed tamen ne in hoc sibi quidam forsitan blandirentur, si multa habentes exiguis possint magna mercari, subtiliter posuit etiam pro calice aquae frigidae non perituram esse mercedem, hoc utique evidenter ostendens non pro parvo aliquid magnum esse reddendum, sed tamen
72 qualecumque fidei opus non esse periturum. Habes itaque indubitabilem futurae retributionis securitatem, habes recipiendorum bonorum operum satis idoneum vadem: qui quidem tantae non solum fidei, sed etiam misericordiae atque pietatis est, ut non solvat tantum quod promiserit quasi debitum, sed etiam ostendat aliquid quo se faciat debitorem. Nam qui pro calice aquae frigidae redditurum se dixit esse mercedem, non solum vult solvere quae acceperit, sed etiam demonstrat aliqua quae solvat. Pius scilicet ac misericordia plenus et consulere volens non solum diviti largitati, sed etiam pauperculae officiositati ostendit, quo obnoxium sibi in aliquo deum faceret etiam qui quod faeneraret penitus non haberet.

73 XVII. Sed forsitan tibi, quicumque dives es, indignum hoc facultatibus tuis opus pauperculorum esse videatur, et velis aliquam ad te peculiariter pertinentem sponsionem sacrae promissionis audire. Habes primum illud, quod ad divitem illum in evangelio deus loquitur: vade, vende omnia bona tua, et habebis thesaurum in caelo. Deinde illud, quod praecepto interdictorio generaliter iubet: nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, thesaurizate autem vobis the-
74 sauros in caelo. Postremo illa, quibus omnes rerum mundialium possessores ad opus profluae largitatis spe infinitae remunerationis invitat, dicens, quod omnis, qui propter honorem atque amorem suum aut domum aut agrum aut quamcumque aliam facultatem in usus misericordiae prorogarit, centuplum accipiat in futuro: insuper autem, inquit, et vitam aeternam possidebit. Quid spondere maius credentibus sibi potuit, qui magnis faeneratoribus suis centuplum se redditurum esse pro-
75 misit? Nec solum hoc, sed vitam, inquit, aeternam possidebit. Hoc multo plus est quam ipsa centupli retributio, quia id ipsum, quod quis in centuplo acceperit, in perpetuo possidebit. Non erit ergo tunc fragilis et caduca possessio, nec in similitudinem terrenarum divitiarum, umbrae praetereuntis aut somnii vanescentis more peritura. Quidquid datum a deo fuerit, inmortale erit, quidquid acceptum fuerit, sine termino permanebit. Ac per hoc, ut dixi, plus quam centuplum accipit qui sic accipit, quia vincit centupli pretium, id ipsum esse centuplum sempiternum.

76 XVIII. Quae cum ita sint et cum tanta absque dubio recepturus sit qui deo credit, quomodo tu his rebus, quas deo dederis, usurum te esse post mortem non putas, quarum tibi non usum tantummodo dominus, sed augmentum etiam et superexcellentem cumulum pollicetur? Aut forte accipere haec tanta non vis? sed hoc ratio non patitur ut

21) Matth. 19, 21. 22) Matth. 6, 19. 27) Matth. 19, 29.

---

4 tantum *ABp:* tantumque *ed. Baluz.* ut nonnihilum esset illic per hominum operantium fidem *p* 5 per rerum uilium paruitatem *p* in hoc *ABp:* hoc *ed Baluz.* 6 quidem *p* possint *AB.* se putarent *p* 12 ostendat aliquid atque ingerat quo se magis faciat *p* 16 quo AB^1p: quod *B corr.* facere possit *p* 20 sacrae promissionis *AB* · dominicae repromissionis *p* deus in euangelio *p* 21 tua *AB:* tua et da pauperibus *p* 23 in terra. Et rursum: thesaurizate *p* 27 prorogauit *p* 29 feneratoribus *B* 30 possidebunt 33 praetereuntes *AB* 36 uicit *A 1 m.* (uincit *corr. 2 sed vetere*) 40 tanta *om. p*

nolis. Nemo enim est inter homines, qui cum beatus esse valeat, miser esse malit; 77
nemo est, qui cum habere possit delicias summi boni, pati velit supplicium summi mali; nullus profecto, nullus, et ideo ne tu quidem: nisi forte monstruosa sit in te aliqua et discrepans ab humano genere natura, ut solus tibi penitus bene esse nolis,
5 solus beatitudinem fugias, solus suppliciis delecteris. Quod si utique non est, quid 78
ergo causae est, ut non vel moriens et in ultimis situs id saltim supremae oblationis officio et omni rerum tuarum ambitu agas, ut, si mereri a deo potes, locuples ac beatus sis, sin autem id non potes, certe ut miser non sis, certe non uraris, certe non torquearis, certe tenebris exterioribus non eneceris et ardentibus sine fine flammis
10 non decoquaris. Quid ergo, ut dixi, causae est, quod haec non agis? quid causae 79
est, ut bona aeterna non emas? quid causae est, ut mala aeterna non timeas? quid utique nisi illud, quod praelocutus sum, quod aut iudicandum a deo te esse non putas aut resurrecturum omnino esse non credis? Si enim crederes, quomodo non futuri iudicii inaestimabile malum fugeres et inmortalium suppliciorum tormenta vitares? Sed 80
15 non credis utique, non credis, ac licet aliud et sermone adseras et professione, non credis; sermo enim et professio tua iactitant fidem, sed vita atque obitus publicant infidelitatem. Alioqui vince me: vinci volo. Non quaero, ut mihi credulitatem tuam superioris vitae actibus probes: uno contentus sum testimonio supremorum tuorum. Ecce iam, ecce morieris, egressurus de domo corporis tui, nesciens quo iturus, quo 81
20 abducendus, ad quam poenalia et quam taetra rapiendus, cui unum tantummodo superest inter suprema perfugium, una effugiendi aeterni ignis speicula datur, ut pro te offeras saltim quod in substantia habes, quia aliud quod possis deo offerre iam non habes: et tu inmemor tui, oblitus salutis tuae, de legatariis novis cogitas, de locupletando herede suspiras. Et haec faciens credere te iudicium dei dicis, qui tibi, 82
25 cum iudicandus sis, vel inter suprema non consulis? et credere te aliquid de salute animae tuae loqueris, cui nullus est anima tua vilior, apud quem prope non interest cui prosis, dummodo ut tibi noceas? et credere te futurum iudicem dicis, apud quem nullus est minor atque despectior quam ipse iudex? Nam in tantum eum spernis, in tantum despicis, ut nec tibimet ipsi consulas, dummodo eius iussa contemnas. Aut re- 83
30 felle me et convince, si mentior. Clamat tibi ecce morienti ipse, qui te iudicaturus est iudex tuus, ne ullum omnino hominum in prorogandis rebus ac facultatibus tuis plus quam te ames, ne ulli de substantia tua moriens magis quam tibi consulas, nullum tibi anima tua propinquiorem, nullum iudices cariorem. Quid enim proderit, inquit salvator, homini, si lucretur mundum totum et detrimentum faciat
35 animae suae? aut quid dabit homo commutationem pro anima sua? Hoc 84
est dicere: quid tibi, o infelicissime homo, proderit, si omnem mundum aut ipse habeas aut tuis proximis derelinquas, si salutis atque animae detrimenta patiaris? Damna enim animae totum penitus secum auferunt, nec quidquam homo omnino habere poterit,

33) Matth. 16, 26.

---

3 ne *ABp:* nec *ed. Baluz.* monstrosa *p* 5 beatidunem *A* 8 certe ut *AB:* certe uel pro hoc merearis ut *p et vulgo* certe ut non uraris *p* 9 certe ut tenebris *p* eneceris *AB:* inuciaris *p* 10 decoquaris *AB:* decoquaris. Quae cum ita sint *p* causae est quod haec non agis *AB.* causae est, ut non omnibus modis uel mala fugias uel bona adsequi uelis? quid causae est quod haec non agis? *p et vulgo* 13 esse *ABp:* te esse *ed. Baluz.* 14 fugeris *A 1 m.* immortalia *p* 15 aliut *A* 16 iactitat *B* 17 alioquin *B corr.* uince *Bp:* uinci *A* 19 morieris *p:* moreris *AB* quod abdicendus *B 1 m.* 21 supraema *AB* 25 credere *AB:* cogitare *p* 27 ut *AB: om. p* 28 dispectior AB^1 29 dispicis AB^1 nec] net *A* 31 praerogandis *Rittershusius* 35 quid AB^1p: quam *Vulg. sic item* A^1Bp *infra p.* 158, 1 36 omniu *B 1 m.* 37 derelinquas *AB:* relinquas *p*

qui se ipsum damno animae pereuntis amittat. Aut quid, inquit, homo commutationem dabit pro anima sua? Hoc est dicere: non respicias, o homo, pecuniam, non possessionem, nec dubites saltim moriens pro spe tua quantum potes rei tuae ac facultatis offerre. Quidquidlibet enim dederis pro te, vile est, quidquid pro te obtuleris, parvi pretii est, quia anima tua in omnium rerum est conparatione pretiosior. Et ideo nihil dubites pro te dare, quia, si te amiseris, omnia in te perdis: si autem te lucrifeceris, tecum et in te omnia possidebis.

85 XIX. Cum haec ergo tibi iam morienti, o homo quisquis es, dominus tuus clamet, tu mentem obturas, tu aurem obstruis, et nudis sermonibus fidem adserens sufficere tibi putas verba pro rebus, ac satis te firmum aestimas credulitatis habere subsidium, si deum, quem rebus atque operibus tuis despicis, verbis mendacibus honorare videaris. Fili, inquit scriptura sancta, si habes, benefac tecum et deo bonas
86 oblationes offer. Et alibi miserere, inquit, animae tuae. Vide quam misericors sit dominus deus noster, qui nos ipsos pro nobis misericordiam rogat: miserere, inquit, animae tuae. Hoc est dicere: miserere etiam tu illius, cuius vides miseratione me frangi, miserere illius tandem, cuius misereor ego semper, miserere tu animae saltim tuae, cum misereri me cernas alienae. Et quid post haec, o miserrime homo, cum deus sic tecum agat, non adquiescis? rogat te ut tui miserearis, et
87 non vis? causam tuam apud te agit, et a te non potest impetrare? Et quomodo, quisquis es o miserrime, quomodo te postea supplicantem ille in iudicio suo audiet, cum tu hic eum pro te rogantem audire ipse nolueris? Sed videlicet causa grandis est, qua deum audire non possis. Circumstant enim te aegrotantem cognati atque agnati tui, circumstant locupletes matres familiae, circumstant nobiles viri, obsidet lectum infirmitatis tuae sericis atque auratis vestibus circumfusa numerositas. O quantus fructus aeternitatis est talibus bona propria erogare mendicis! Digna videlicet causa et satis iusta est, ut tu animae tuae auferas, quod egenis talibus derelinquas.
88 Sed nimirum misericordia frangeris et lamentantium propinquorum pietate superaris. Est certa ratio. Vides quippe opulentissimi ac splendidissimi cultus homines tibi flentes, tristi vultu et festo habitu conpositas ad maestitudinem facies tibi ostentantes, per imaginariam sollicitudinem suam ementes hereditatem tuam. Quem non moveat tanta pietas? quem non moveat talis dolor? aut quomodo, cum haec talia videas, non obliviscaris tui? Vides enim extortas lacrimas, simulata suspiria, fictam anxietatem, non optantem ut convalescas, sed expectantem quando moriaris: vides defixos
89 in te, quasi accusantes tui obitus tarditatem, omnium vultus. O infelicem te ac miserrimum, cuius supremum exitum tantus desiderat numerus propinquorum! nisi quod scio ac satis certus sum nihil omnino apud deum vota talium praevalere. Nam mirari possem forte quod viveres, quem mori tam multi velint. Et propter hos, quisquis ille es, propter hos tales animam tuam deseris et credere te iudicium dei dicis, cum ad

12) Eccles. 14, 11. 13) Eccles. 30, 24.

---

5 est (*post* rerum) *ABp: om. ed. Baluz.* 7 lucri te feceris *p* 9 obturas *Rittershusius:* obduras *libri; emendationem necessariam esse docet contrarium* aurem obstruis 13 uide quam *AB:* uide pietatem erga te domini nostri uide quam *p et vulgo* 14 deus non qui non ipsos *B* 15 illis *A 1 m.* uidis A^1B 16 illius illius *B* 19 apud te agit *AB:* apud te agit et a te non admittitur? dignatur te pro te petere *p et vulgo* 20 miserrime *AB:* miserrime homo *p* 24 sericis *p:* syricis *AB* 26 tu] tua *p* aegenis *AB* 28 homines tibi (tibi *in A erasum*) flentes *AB:* hom. tibi anxios, tibi flentes *p* 34 in te et quasi *p* accussantes *A 1 m.* accusantis *B 1 m.* 35 exitus *B 1 m.* desiderat *AB:* desiderat ac precatur *p* 37 possem forte, posse te uiuere *p* uiueris *AB uterque 1 m.* 38 es *AB:* es, o miserrime omniuṁ *p* te iudicium te (te *eras.*) dei *A*

hoc eius iussa despicias, ut patrimonium tuum talibus derelinquas? Dispersit, in- 90
quit propheta de eo, qui deum credit, dispersit, dedit pauperibus, iustitia
eius manet in aeternum. Sed et salvator ipse ad omnes divites: vendite quae
possidetis et date eleemosynam. Et alibi: vende quae habes et da pau-
5 peribus. Numquid dicit, agnatis da, numquid adfinibus? non utique, sed pauperi-
bus, sed egenis: numquid propinquo diviti, numquid ulli omnino homini praepotenti?
non utique, sed inopi, sed egestuoso. Numquid enim, cum locupletibus cognatis tuis 91
substantiam tuam dederis, iustitia tua manet in aeternum? aut cum divitias eorum
divitiis tuis auxeris, thesaurum habebis in caelo? Vae, inquit propheta, his, qui
10 dicunt dulce amarum et amarum dulce. Etiam laudari a te tales hos deus
prohibet, et tu ditare non metuis? dari his praedicatoria verba non vult, et tu etiam
talenta largiris? honorari vitam eorum fictis sermonibus vetat, et a te thesauri eorum
divitiaeque cumulantur?

XX. Sed vereris videlicet vultus circumsidentium propinquorum et praesentes at- 92
15 que obsidentes lectulum tuum metuis offendere. Ne timueris eos, inquit dominus
per prophetam, neque paveas a facie eorum, quoniam domus exasperans
est. Et ideo etiam tu esto intrepidus et constans: non formides vultus eorum neque
frangaris ambitu eorum. Despice concupiscentes hereditatem tuam et dividentes iam 93
inter se substantiam tuam, qui non te, sed patrimonium tuum diligunt, immo qui cu-
20 piditate rerum tuarum te execrantur. Nam dum tua inpatienter sitiunt, te oderunt
praesentiamque tuam quasi aemulam sibi et adversariam iudicantes obicem atque ob-
staculum putant cupiditatis suae esse quod vivis. Despice ergo hos tales ac nihil
facito. Non te moveant blandimenta eorum: venena tibi sunt: non respicias adula- 94
tiones eorum: gladii sunt iugulatores tui, et quidem ferreis atque hostilibus gladiis
25 taetriores. Illos enim homines cuncti vident, istos incauti non vident: illi, quia aperte
saeviunt, evitantur, isti, quia occulte insidiantur, occidunt, et hoc periculosiores sunt
ac novo nocendi genere peiores, quod illis ferreis gladiis nemo est penitus qui se laedi
velit, istis multi se etiam occidi volunt. Nova atque inaestimabilis mali letalis inle-
cebra. Illis gladiis quicumque percutitur, et timore pariter et dolore torquetur: istis
30 quicumque occiditur delectatur. Fuge ergo hoc malum, fuge adsentationes insidiantes 95
tibi, fuge obsequellas noxias tibi, fuge ambitus deceptores tuos: ista sunt officia, quae
te iugulant, ista sunt, quae in mortem trahunt. Fuge eorum talium blandimenta,
fuge eorum sedulitatem: isti sunt carnifices ac tortores tui, qui te in praesenti quidem
ambiunt, sed in futuro necant et consertis quodammodo manibus ac velut coniurata mu-
35 tuo factione in sempiternos tartari ignes cogere ac praecipitare conantur. Et ideo non
timeas eos, non expavescas: erige animum et vim sanctae auctoritatis adsume. Si
enim illi tantopere adnituntur ut pereas, cur non maiore tu animo adnitaris ut vivas?
confortare ergo et constanti animo tibi consule. Satis infidelis ac satis stultus est, qui
mavult praestare aliis, ut sit miser, quam sibi, ut sit beatus, et ut alios afluere fa-
40 ciat deliciis temporariis, se tradit urendum ignibus sempiternis.

1) Psal. 111, 9. 3) Luc. 12, 33. 4) Matth. 19, 21. 9) Isa. 5, 20. 15) Ezech. 2, 6.

---

1 dispicias *AB*[1] 3 uendite *AB:* uendite inquit *p* 4 elymosinam *AB* 5 agnatis tuis da *p* 6 hominum *p* 7 sed inopi *Ap:* sed egeni sed inopi *B*, sed egenti, sed inopi *ed. Baluz.* numquid *AB:* et recte. numquid *p* 10 laudare *B* 14 circumsedentium *B* 15 timueris *ABp:* metueris *ed. Baluz.* 17 tu etiam *ed. Baluz.* 18 dispice *A*, *item AB*[1] *v.* 22 20 siciunt *B* 22 nihil *AB:* nihili *p*, *cf. p.* 160, 12 *et p.* 164, 21 23 respicies *B 1 m.* adolationes *A* 28 multis *B* inaestimabili *Rittershusius* laetalis *ABp* 30 hoc malum tale *p* 31 obsequellas *A 1 m.* obsequelas *A corr. Bp* 32 eorum talium *Ap:* ergo talium *B* 33 eorum *Bp:* horum *A* 34 coniurati mutua *p*

LIBER IV.

1 I. Non me praeterit, domina mi ecclesia, nutrix beatae spei, haec quae libellis superioribus diximus, nonnullis filiis tuis Christum parum amantibus displicere. Sed nos voluntates eorum non magni pendimus, quia nec mirum est, ut eis loquentia de deo verba non placeant, quibus ipse forsitan deus non placet, nec expectandum, ut insinuatorem salutis atque animarum sermonem ament, qui salutem ipsam atque animas suas non amant. Sufficiunt itaque, sicut in aliis, ita etiam in hac parte nobis sensus tantum et iudicia sanctorum: quibus idem atque apud nos sentientibus, certi profecto sumus etiam deum ipsum sentire nobiscum, quia, cum in sanctis suis spiritus dei maneat, absque dubio deus illic est, ubi illa pars fuerit, a qua dei spiritus non
2 recedit. Pravorum ergo hominum, id est vel paganorum vel mundialium, sensus aut parvi aestimandi sunt aut nihil omnino faciendi: quia si hominibus, inquit apostolus, placere vellem, Christi servus non essem. Illud durius ac molestius, quod quidam, ut arbitror, filiorum tuorum sub religionis titulo a religione dissentiunt et habitu magis saeculum reliquere quam sensu: quorum, ni fallor, sententia hoc habet atque adserit, omni omnino homini Christiano propinquitatem in exitu magis conside-
3 randam esse quam Christum. Et quia profana penitus per se erat execrabilisque sententia, velare, ut puto, infidelissimam praedicationem quasi umbratili quadam adiectione conantur, dicentes cunctos, qui credunt deum, sanos tantum atque incolumes officiosos Christo esse debere, ceterum iam exeuntes e saeculo carnalis magis propinquitatis quam divini officii oportere meminisse. Quasi vero homines Christianos alios esse oporteat incolumes, alios de hoc saeculo recedentes, et alios se cuncti exhibere Christo
4 debeant in sospitate, alios in morte, alios in superiore vita, alios in posteriore. Quod si ita est, ergo alterum quis habiturus est Christum iuvenis, alterum senex, et totiens debent homines demutari fide quotiens demutantur aetate. Si enim erga dei cultum alter quispiam futurus est vigens, alter infirmus, alter sanus, alter aegrotans, ergo prout status fuerit humani corporis inaequalis, ita erit homini etiam deus ipse mutabilis, et quotiens fuerit in homine valitudo contraria, totiens erit etiam religio diversa: quasi vero qui incolumes Christi esse debent, morientes Christi esse non debeant.
5 Et ubi illud est: qui perseveraverit in finem, hic salvus erit, aut illud in proverbiis sacris divini sermonis oraculum: sapientia in exitu canitur? Quo utique ostenditur, licet salubris sit in omni aetate sapientia, praecipue tamen omnes in exitu suo debere esse sapientes, quia laudari penitus praeteritae aetatis prudentia
6 non merebitur, nisi bono fine claudatur; sapientia enim in exitu canitur. Cur eam

12) Gal. 1, 10. 30) Matth. 10, 22. 31) Prov. 1, 20.

---

2 mi *AB:* mea *p* nutrix *AB:* cultrix *p* 4 ut *AB:* si *p* eloquentia *p* 7 itaque *AB:* utique *p* 8 atque *AB:* aeque *ed. Baluz.* (quibus itaque unum atque idem apud *p*) 11 uel paganorum *ABp:* paganorum *ed. Baluz.* 12 existimandi *p* nihil *AB:* nihili *p* 16 considerandum *A* 17 per se erat *AB:* perseuerat *p* 18 umbratili, ut reor, quadam *p* 19 credant *p* 20 esse iam debere, caeterum exeuntes *p* e] ae *A*, a *Bp* 22 alios iam de *p* exibere *B* 25 demutare *B 1 m.* 28 ualetudo *A corr. et p* 31 in exitu canitur] *est falsa interpretatio verborum* σοφία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται (*Vulg.* sapientia foris praedicat) 33 sapientes, quia sapientia, inquit, in exitu canitur, id est, laudari *p* praeteritae *AB:* anteactae *p* 34 sapientia . . canitur *om. p; sequitur deinde in p et vulgo:* Sufficit, inquit pestilens praedicatio, sufficit praeteritum opus homini, etiam si in fine nihil faciat. Ego multo plus addo, aut non minus eis, si potest, morte uicina, aut certe plus multo esse faciendum. Primum, quia de bono opere nihil nimis est. Deinde quod ad tribunal dei pergens magis placare iudicem debet, quasi iam in iudicio constitutus. Postremo quod si aliqua ante exitum bona fecit, multo ma-

non dixit cani in pueritia, non in iuventute, non in statu rerum incolumium, non in prosperitatibus secundorum? scilicet quia in his omnibus quidquid laudatur, incertum est. Quamdiu enim quis subiacet mutationi, non potest cum securitate laudari et ideo, ut ait, sapientia in exitu canitur. Exiens enim quis de incertis periculorum certum merebitur evasa omnium rerum varietate suffragium, quia tum stabilis et firma laus est, quando meritum iam non potest perire laudati. Sapientia, inquit, in 7
exitu canitur. Quid est, quaeso, sapientia Christiani? quid nisi timor et amor Christi? initium enim, inquit, sapientiae timor domini: et alibi perfecta, inquit, dilectio foras mittit timorem. Ergo, ut videmus, initium sapientiae est in timore Christi, perfectio in amore. Itaque si sapientia Christiani timor est atque amor domini, ita demum vere sapientes sumus, si deum semper ac super omnia diligamus, et hoc cum omni tempore, tum praecipue in exitu nostro, quia sapientia in exitu canitur.

II. Si ergo sapientia per hoc maxime in exitu canitur, si deus super omnia dili- 8
gatur, quae igitur insania est, ut dicat aliquis Christum carnali propinquitati praeponi ab incolumibus oportere, a morientibus non debere? Cur enim eum praeferant incolumes, si non debent praeferre morientes? Aut si potest quispiam religiose agnatos atque adfines suos Christo in morte praeponere, cur non religiose etiam ante praeponat? Aut si est ulla hora in vita ultima, qua quis plus alios diligere debeat quam se ipsum et deum, cur non et in vita anteriore plus diligat? Ac sic fit ut solvantur 9
omnia et evanescant intereantque, neque ullum quis viliorem habeat quam se ipsum neque ullum inferiorem quam deum. Si enim ullum est tempus, quo ab aliquo possit deus adfinibus aut propinquis iure postponi, nullum est, quo possit iure praeponi: sin autem, quod verum est, nullum est omnino tempus, quo non debeat anteponi, nullum est omnino tempus, quo possit iure postponi. Nullum utique, et ideo ne in extremis quidem, quia etiam iustum hominem propheta in die, qua erraverit, dicit esse periturum. Itaque si omnis error errantis perditione multatur et his quoque erroribus vita hominum 10
periclitatur, quibus usitate atque communiter innocentia humana polluitur, quid futurum existimamus, ubi in deum ipsum detestabili infidelitate peccatur? Si enim, inquit apostolus, omnis inoboedientia iustam accipit mercedis retributionem, quo modo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Nullus autem salutem veram plus neglegit, quam qui deo aliquid anteponit. Cum enim salus nostra munus ac misericordia dei sit, quae ei ratio consequendae salutis est, qui deum ipsum despicit, in cuius misericordia salus nostra consistit? Aut cum iudex et vivorum sit deus et 11
mortuorum, quae ei spes in dei iudicio esse poterit, qui eum etiam moriens iudicio suo

8) Psal. 110, 10. I Joh. 4, 18. 30) Hebr. 2, 2.

---

gis facere iam in exitu suo debet, ne deterior scilicet superioribus uitae actibus finis esse uideatur. Si autem ante (ante *om. ed. Baluz.*) bonis operibus parum studuit, multo utique magis facere eum uel in exitu suo conuenit, ut quod uita anteriore non reddidit, saltem in extremitate persoluat: et qui ex hoc reus est, quod ante neglexit, uel per hoc excusari aliquatenus domino suo possit, quod praeteritam inhumanitatem ultima saltem deuotione compenset. Sed ad superiora redeamus. Sapientia, inquit sermo diuinus, in exitu canitur *hoc additamento carent AB*

1 iuuentate *A* incolumium? cur non *p* 4 in exitu *A s. l. m. 2, sed vetere* 5 omni *p* tum *A et corr. B:* dum *B 1 m.* tunc *p* 6 non poterit iam *p* 10 perfectio] perpetuo *p* 14 sic ergo *B corr.* 18 praeponat *Ap:* praeponebat *B* 20 et (*post* non) *Ap:* aut *B* 21 euanescat *A 1 m.* intereantque *p:* intereant *AB,* et intereant *vulgo* 23 nullum . . praeponi *A in marg. habet m. secunda, sed antiqua* 24 quo deo quisquam debeat *p* 25 omnino *Bp:* omni *A* 26 profeta *A* 27 omnis iudicio dei error *p* 30 inoboedientia *A:* inobydientia *B,* inobedientia *p* 31 effugiamus *B 1 m.* 33 dispicit *AB*[1] 35 qui eum *AB:* quem *p*

spreverit, a quo est statim mortuus iudicandus? Et ideo, ut scriptura divina ait, in quo iudicio iudicat, in eo iudicabitur de eo: hoc est: quo iudicio iudicat de deo, eo ipse iudicabitur a deo, neque iniquum putare poterit, si eum cunctis in futuro dominus postposuerit, qui in praesenti deum cunctis ipse postponit, nec queri, si eum omnibus deus aestimet damnabiliorem, cum ipse omnibus deum aestimet viliorem.

12 III. Sed dicit aliquis non se hoc animo ista facere, quo aut contemnat deum aut vilem putet, sed quo vel amet eos, quos heredes instituit, vel honoret. Adquiescamus hoc ita esse: omnibus ferme etiam aliis flagitiosissimis et criminosissimis reis excusatio ista suppetit. Nam dicere et fornicatoribus licet non se hoc animo fornicari, quo deum spernant, quia calore corporis atque infirmitate vincantur. Et homicidae id adfirmare possunt, non se contemptu dei humanum sanguinem fundere: vel odio
13 enim se vel cupiditati tantum scelera praestare. Sed quid prodest malis haec excusatio, cum scilicet nihil intersit, qua se quispiam dicat peccare causa, cum sit omne peccatum divinitatis iniuria? Adquiescamus tamen, ut supra dixi, hoc ita esse, nec ex contemptu dei res suas quempiam alii magis quam deo tradere, sed vel honore heredis sui se ad hoc trahi vel certe amore conpelli. Sed quid facimus, quod hoc
14 ipso magis incuria dei probatur atque contemptus? Si enim, o quisquis es, per id, quod heredibus tuis vel quibuscumque res proprias derelinquis, et honorare te eos indicas et amare, deum utique, cui non relinquis, nec honorare te indicas nec amare. Ac per hoc quidquid pro te dixeris, contra te est et ad contemptum atque ad contu-
15 meliam dei pertinet amor et honorificentia ceterorum. Cum enim aliis ideo relinquas, quia eos honoras, deum, cui non relinquis, utique non honoras: cum aliis ideo relinquas multa, quoniam amas, deo ideo non relinquis profecto, quia non amas. Ecce enim adsistit tibi morienti atque testanti homo pariter ac deus. Res aperta est et non dubia: quem elegeris, praetulisti. Si in uno est honor solo, necesse est in alio inveniatur esse despectio. Si homo, qui praefertur, gaudet se a te diligi, necesse est
16 ut se doleat deus, qui praetermittitur, non amari. Sed putas deum videlicet munificentia hominis non egere, et ideo, quid necesse est, inquis, ab homine ei quippiam tribui, qui ipse cuncta omnibus dedit? Utrum egeat munificentia nostra dominus an non egeat, aut quomodo vel egeat vel non egeat, iam videbimus. Interim, quia ab eo cunctis cuncta praestari etiam tu negare non ausus es, hoc dignior est absque dubio largitate nostra, quia nobis ipse ante largitus est, hoc iustius ei officiis respon-
17 dere temptamus, quia beneficiis illius magis inpares sumus. Nam et natura ipsa hominum consuetudoque communis hac quasi generali cunctos lege constringit, ut a quibus aliquid liberalitatis accipimus, plus eis gratiae debeamus: artat quippe nos ad retributionem dati accepta largitio. Ante usum enim ac munificentiam liberalitatis alienae liber est quispiam, beneficiorum faenore non gravatus. Coguntur autem omnes ipsa conscientia sua ad repensationem vicissitudinis, postquam esse coeperint debitores.
18 Ita ergo et deo hoc maiora debemus, quod ab eo cuncta percepimus, et hoc respon-

1) Matth. 7.

---

1 scribtura *A* ait diuina *B* 4 queri *p:* quaeri *AB,* queri potest *B corr. manu recenti et ed. Baluz.* 5 dampnabiliorem *p* 6 condemnat *A* 7 sed quia uel *p* 10 quo *Rittershusius:* quod *ABp, cf. v.* 6 quia *ABp:* sed quia *ed. Baluz.* 11 uel odio, sed cupiditate *ed. Baluz.* 12 haec *om. B* 15 contemtu *B* 16 sui *AB:* sui uel gratia *p* 17 iniuria *malebat Rittershusius* quisquis es ille *p* 18 propriis *B* 19 honorari a te . . amari *p* 20 adque *A* 26 dispectio *AB* 30 uel egeat *Bp. om. A* 31 cuntis *A* 33 quia *nos:* quoa *A,* quod *B,* quo *p* 34 a quibus *B corr. ex* aliquibus 35 accipimus *AB:* accepimus *p* ei *B* arctat *p* 36 libertatis *B* 38 coeperunt *p*

dere beneficiis illius minus possumus, quod ei etiamsi quae debemus redhibere cupiamus, tamen de suo reddimus. Ac per hoc non est quod placere sibi quisquam largitione sua debeat. Sicut sua non sunt cuncta, quae a domino suo accipit, sic sua non sunt cuncta quae reddit. Et ideo perfidiae quidem poena debetur ei, qui negaverit deo quae sunt sibi ab eodem commodata, inputare autem largitionem non potest, qui reddiderit accepta.

IV. Sed deus, inquis, non eget retributione. Nihil minus quam ut non egeat. 19 Non eget enim iuxta potentiam suam, sed eget iuxta praeceptionem suam: non eget secundum maiestatem suam, sed eget secundum legem suam, et in ipso se quidem non eget, sed in multis eget: non quaerit in se munificentiam, sed in suis quaerit, et ideo non eget quidem iuxta omnipotentiam, sed eget iuxta misericordiam: non eget deitate pro semet ipso, sed eget pietate pro nobis. Quid enim dicit ad pios ac largos 20 dispensatores deus? Venite, benedicti, possidete regnum patris mei, quod vobis paratum est a constitutione mundi: esurivi enim et dedistis mihi manducare, sitivi et dedistis mihi bibere, et alia in hunc modum. Et ne hoc causae, de qua nunc loquimur, parum forsitan videretur, adiecit rerum diversitatem, avaris et infidelibus dicens: ite maledicti in ignem aeternum, quem paravit pater meus diabolo et angelis eius: esurivi enim et non dedistis mihi manducare, sitivi et non dedistis mihi bibere: Ubi sunt, qui dicunt dominum Iesum Christum officio nostrorum munerum non egere? 21 ecce et esurire se pariter et sitire et algere commemorat. Respondeat quilibet horum, si non eget qui esurire se queritur, si non eget qui se sitire testatur? Ego plus addo aliquid, Christum non solum egere cum ceteris, sed plus multo egere quam ceteros; in omni enim pauperum numero non est universorum una paupertas. Sunt enim 22 quidam, quibus etiamsi vestimenta desunt, alimenta non desunt, multi sunt hospitio egentes, vestibus non egentes, multi domo carentes, sed non substantia, sunt denique, quibus etsi desunt multa, non desunt omnia: Christus tantummodo solus est, cui nihil est, quod in omni humano genere non desit. Nullus servorum suorum exulat, nullus frigore ac nuditate torquetur, cum quo ille non algeat: solus cum esurientibus esurit, solus cum sitientibus sitit. Et ideo, quantum ad pietatem illius pertinet, plus quam ceteri eget; omnis enim egestuosus pro se tantum et in se eget, solus tantummodo Christus est, qui in omnium pauperum universitate mendicet. Et cum haec ita sint, quid ais, o 23 homo! qui Christianum te esse dicis, cum Christum egere videas, tu facultates tuas quibuscumque non indigentibus derelinquis? Christus pauper est, et tu opes divitum cumulas? Christus esurit, et tu delicias afluentibus paras? Christus etiam aquam sibi deesse queritur, et a te apothecae ebriosorum vino replentur? Christus rerum omnium egestate conficitur, et a te luxuriosis copiae congregantur? Christus tibi pro muneribus a te datis praemia sempiterna promittit, et tu nil praestaturis cuncta largiris? Christus tibi et pro bonis bona inmortalia et pro malis mala aeterna proponit, et tu

13) Matth. 25, 34. 17) ibid. v. 41.

---

1 quae *AB:* quod *p* redibere *AB* 2 quisquam *A corr. ex* quispiam, *ut videtur* 7 *verba* nihil minus quam ut non egeat *p post* accepta (*v.* 6) *habet* 9 ipso se *AB:* se ipso *p* 13 possidete regnum patris mei *ABp:* patris mei, possidete regnum *p* 14 dedisti *B* 16 forsitam *AB* 18 diabulo *AB* 19 mihi (*ante* bibere) *om. B* bibere *AB:* bibere: nudus fui et non operuistis me *p* 20 ubi *AB:* ubi ergo illi *p*, ubi ergo *ed. Baluz.* numerum *B* 27 etsi desunt *AB:* etsi desint *p* 28 humani *B 1 m.* non *in B punctatum* seruorum *ABp: om. ed. Baluz.* exulat, cum quo ille non exulet *supplevit Rittershusius* 30 ceteri eget *Bp:* ceteris egent *A* 31 tantum et in se eget solus *om. A* 33 dices AB^1 Christum *om. B* 35 deliciis *B* 39 propoittit (*sic*) *A 1 m.*

nec bonis caelestibus flecteris nec malis perennibus commoveris? et credere te domino tuo dicis, cuius nec remunerationem desideras nec iracundiam contremescis?

24 V. Non credis igitur, sicut iam diximus libro superiore, non credis, ac licet religionem vestibus simules, licet fidem cingulo adseras, licet sanctitatem pallio mentiaris, non credis omnino, non credis. Et hoc tam viris istiusmodi quam feminis dico: non credunt. Induat sibi quamvis quaelibet habitum sancti nominis et titulum sacrae religionis inscribat, si de substantia sua aliis magis quam sibi consulit, profecto non
25 credit. Nemo est enim credens, qui facultates suas aliis prodesse malit quam sibi, nemo est, qui beatitudinem aliis miseria sua emere contentus sit, nemo est, qui ut aliis paret delicias temporarias, subire egestates cupiat sempiternas. Et ideo, qui patrimonio suo aliis magis quam sibi consulit, profutura sibi quae deo dederit omnino esse non credit. Dicat enim mihi quilibet horum, cur facultates suas aliis derelinquit? Numquid non ideo, quia profuturas cui reliquerit esse non ambigit? ideo absque dubio.
26 Igitur, quicumque ille es, si ea quae alii relinquis, ideo relinquis, quia profutura ei cui reliqueris certus es, sic profecto, si quaecumque religiosis muneribus prorogasses profutura esse tibi crederes, tibi absque dubio peculiariter deputares: quia quanto te plus amas quam eos, quibus relinquis, tanto magis tibi relinqueres, si profutura ea
27 tibimet vel tenui opiniuncula iudicares. Non enim te odisti, ut prodesse tibi nolis, sed quae pauperibus dereliqueris, profutura tibi esse non credis: unde est, quod aliis magis quam tibi consulis, quia profuturum tibi opus religiosum esse non credis. Sicut credis itaque, sic recipies. Tu salvatorem perparvi pendis, et te salvator nihil: tu Christum postponis aliis, et te omnibus Christus: tibi in conparatione etiam hominum perditorum vilis est dominus, et tu eris inter perituorum ultimos deputandus.

28 VI. Sed blandieris tibi forsitan, ut iam ante dixi, aliquo religiosae professionis intuitu. Magis es debitor, quia proposito sanctitatis maiora promittis, et ideo plus tolerabis supplicii, quia minus solveris sponsioni. Grandia specie polliceris, et rebus nulla restituis, falsarii criminis reus es, deo cuncta mentiris. Nec inmerito sacer sermo iudicium de templo dei incipiendum esse testatur; iudicium enim, inquit, de
29 domu domini. Alibi quoque et a sanctis, inquit, meis incipite. Sed ad superiora redeamus. Ite, inquit avaris atque incredulis deus, ite in ignem aeternum, quem paravit pater meus diabolo et angelis eius. At liberandum te ab hoc malo quibusdam forsitan bonis corporalibus putas: pudicitiam quippe amasse te iactas. Sed memento quia et illos, quos in evangelio inmortalibus poenis salvator tradidit, inpudicitiae non notavit. Sobrietatem tibimet placuisse commemoras? nec illi, de quibus scriptura loquitur, ebrietatis crimine puniuntur. Ieiunasse te dicis? nec
30 illos prandia reos esse fecerunt. Sed videlicet magna causa est, qua tibi abstinentia

28) I Pet. 4, 17. 29) Ezech. 9, 6. 30) Matth. 25, 41.

---

2 disideras *A* contremescis *AB:* contremiscis *p* 3 ac licet relig. uestibus simules (simulis *1 m.*) *AB:* ac licet de conuersorum uenerabili choro esse uidearis, licet relig. uestibus simules *p* 5 dico *Gul. Meyer*. dici *ABp:* dixi *ed. Baluz.* 6 quamuis *om. B* quaelibet *AB:* quilibet *p* 8 mallit *B* 12 derelinquis *B 1 m.* 13 non (*ante* ideo) *om. p* 14 ei] ea *B* 15 praerogasses *Rittershusius* 19 unde *ABp:* et inde *ed. Baluz.* 21 nihil *AB:* nihili *p, cf. ad p.* 159, 22 22 in *om. p* 23 uilis . . perituorum *B in marg. m.* 2, *sed antiqua* 24 blandieris *A:* blandiris *Bp* dixi *om. p* 25 intuitu, ignorans quod magis *p* es *A:* esse *B*, es deo *p* et deo *p* 26 tolerabilis *B* sponsioni *AB:* sponsionis *p; additum deinde in p et vulgo:* Seruus enim, inquit sermo diuinus, qui nescit uoluntatem domini sui et non facit eam, uapulabit paucis, qui autem scit et non facit ea (eam *ed. Baluz.*) uapulabit multis. Et tu specie professionis specie *om. p* 29 domu *A:* domum *B*, domo *B corr. et p* alibo *A* et *Ap: om. B* 31 at *B corr.* ad *AB¹p* 32 forsitam *A* putas *AB:* uteris *p* 35 scribtura *A*

ac ieiunio tuo placeas: qui ad hoc ieiunasti, ad hoc parce exiliterque vixisti, non ut post mortem tuam egenos facultatibus tuis pasceres, sed ut censum cuiuscumque heredis divitiis ampliares. Magnos videlicet abstinentiae fructus capis; minus enim panis tu manducasti, ut auri alius plus haberet. Tibi venter frugalitate decrevit, ut
5 cuiuscumque hominis fortasse vitiosi thesaurus cresceret. Cum ergo ad iudicium dei 31
veneris, iure inputare ieiunium tuum poteris dicens: ieiunavi, domine, et abstinui ac diu me ab omnium deliciarum fruge suspendi. Et res hoc probat: ecce enim nunc heredes mei de meo afluunt, inmensarum divitiarum copiis exabundant. Et ut aliquid 32
etiam de evangelica lectione praesumas, hoc quod salvator dixit de illo divite, potes
10 et tu de heredibus tuis dicere: induuntur purpura et bysso et epulantur splendide, incubant defossis a me talentis, premunt argenti et auri congestas strues, materiam quoque his voluptatum omnium praeparavi, distenduntur deliciis a me relictis. Ego 33
diu abstinui, ut nunc illi ebriarentur. Crapula est illorum frugalitas mea. Natant tricliniorum redundantium pavimenta vino, Falerno nobili lutum faciunt, mensae eo-
15 rum ac toreumata mero iugiter madent, semper uda sunt. Luxuriant in peristromatis, quae ego feci, fornicantur in sericis, quae reliqui. Et cum haec omnia pro te dixeris, quomodo non aeternam a Christo remunerationem mereri poteris, cui in talibus sanctis tantarum deliciarum copiam praepararis?

VII. O quanto melius, quaecumque illa es, quanto melius et salubrius pauper 34
20 fueras et egestuosa quam dives; paupertas enim te deo insinuare potuisset, divitiae ream esse fecerunt. Rectius ergo per indigentiam salva fueras, quam per opes tuas et te et alios praegravasses, te scilicet, dum male aliis relinquis, alios, dum a te relicta et ipsi usu inhumanissimo male possident et post se male aliis derelinquunt. Si 35
vis ergo, quaecumque illa es, si vis tibi esse consultum, si vis aeternam habere vi-
25 tam et cupis videre dies bonos, relinque substantiam tuam indigentibus sanctis, relinque languentibus, relinque claudis, relinque caecis: sint facultates tuae alimenta miserorum, sit opulentia tua pauperum vita, ut illorum refrigeria praemia tua sint, ut illorum refectio te reficiat. Si enim illi de tuo edent, tu saturaberis: si illi de tuo biberint, tu sitis tuae aestum ardoremque restingues: te illorum vestitus vestiet, te
30 illorum apricitas delectabit. Non ergo vile ac despicabile putes, si substantiam tuam 36
miseris atque egentibus derelinquas: Christum in illis facies heredem. Et quid dicam de Christi nomine? Christum quidem heredem facis, sed tu hereditatis emolumenta percipies. Quaecumque enim Christo reliqueris, per Christum omnia possidebis. Sed 37
haec tu, ut reor, frivula esse iudicas et quasi somnia quaedam ac deliramenta con-
35 temnis; non enim credis Christum vera dixisse. Et res probat nequaquam te ei credere; nam qui mandata eius nec in postremis facis, aut nulla esse omnino aestimas aut falsa esse condemnas. In quo quidem lugere omnes sanctos ac flere convenit, nulli te et alios tui similes, nulli minus quam Christo credere. Si tibi quicumque ex 38
cauponibus quid promitteret, fidem promittenti non abnegares: si mutuum a te quip-

9) Luc. 16.

---

4 panes *B 1 m.* 6 inputare *AB:* imputare ei *p* 8 exhabundant *A*, et abundant *p* aliquid pro te etiam *p* (etiam *A s. l. sed m. vetere*) 9 de (*post* etiam) *om. p* de illo *AB:* de perditissimo illo *p* 10 tu forsitan de *p* epolantur *A*, epulantur quotidie *ed. Baluz.* 13 ut *Bp:* et *A* inebriarentur. Crapula nunc est illorum uetus *p* 14 pauimentum *A 1 m.* mensa *B* 21 salua fieres *p* 22 mala *p* 23 ipsi usu *p:* ipsius usu *AB* inumanissimo *A corr. ex* inmanissimo 25 relinque languentibus *est in Bp post* relinque caecis 30 putas *B* 32 facis *ABp:* facies *ed. Baluz.* 34 friuola *B corr. et p* diliramenta *AB* 37 contemnis. in quo quidem, ut iam ante dixi, lugere *p* 39 promitterit *B* quispiam *Rittershusius*.

piam propola aut salgamarius postularet, redditurum eum non diffideres quae dedisses: mendacibus denique interdum atque periuris, cautione facta et dato fideiussore, res
39 creditur. Christus tibi et fidelissimam cautionem et fideiussores optimos dedit, cautionem scilicet in evangelio, fideiussores apostolos suos, et si id parum est, patriarchas, prophetas, martyres suos, totam denique divinarum seriem litterarum: et non credis ei nec fidem commodas? Quem, rogo, tam prodigum inter homines ac tam miserum invenire possis, cui fidem sub tot fideiussoribus denegares? Das itaque res tuas diviti et egenis negas, das luxuriosis et negas sanctis, das cuicumque fortasse perdito et negas Christo. Prout ergo iudicasti, sic iudicaberis, sicut eligis, sic recipies: non habebis cum Christo partem, quem despexisti: cum his habebis, quos ei praetulisti.

40 VIII. Sed dicit fortasse aliquis ex infidelium numero, non dignam esse causam quae vel deum moveat vel homines in aeternum periculum trahat. Scio quidem, quod omnes rei veniabiles putant semper reatus suos. Nam et furta furibus leves culpae sunt et innocua ebriosis videtur ebrietas et apud inpudicos fornicatio scelus non est, quia nullum omnino tam grande crimen est, quod non cuius facinore committitur, eius
41 sententia sublevetur. Sed si qui vult ex peccatoribus scire, quam graviter censenda a deo sint magna crimina, discat qualiter in semet ipsis puniant sancti etiam levia peccata, conscii scilicet iam ex ipsius dei dictis futuri examinis, ac per domini sui verba etiam iudicia rimantes, et ideo semper in dei opere, semper in conpunctione, semper in cruce positi. Beati, qui cum omnium misereantur, sibi numquam penitus ignoscant, in nullo sibi parcentes, sed totos se admodum deo inpendentes et ideo in futuro iu-
42 dicio digni praemio, quia hic apud se iugiter in reatu. Nam de misericordia eorum ac largitate quid dicam, quae virtus apud eos quasi virtutum omnium initiatrix? Plerique enim eorum haec habent quasi exordia et quasi incunabula conversionis suae, ut priusquam limen sanctae professionis introeunt, de propriis sibi facultatibus nil relinquant, secundum illud scilicet domini nostri dictum, quo ait: vende omnia bona
43 tua et da pauperibus, et veni, sequere me. Et illi itaque secuturi vocantem deum prius vendunt omnia quam sequantur. Divitias enim onerum atque inpedimentorum loco esse ducentes expeditos se non putant ad sequendum, nisi omnia prius carnalium sarcinarum inpedimenta proiecerint, simul ut more hominum commigrantium prius ad locum habitaculi destinati res suas transferant quam se ipsos, scilicet ut, cum ea quae ad se pertinent universa transtulerint, tunc ipsi in plenam ac refertam bonis inmortalibus domum, praemissa rerum facultate, commigrent, securi absque dubio nihil sibi postea defuturum, qui exituri de habitaculo vili et contempti-
44 bili ac iam iamque ruituro nihil illic de suo penitus reliquerint quod periret. Haec ergo sanctorum spes, haec fiducia est: sic sibi opulenta rerum transmissione prospiciunt, ut aeternis inmortalium facultatum copiis perfruantur. Ceterum tu, quicumque ille es aut quaecumque, quae animae tuae ac salutis oblita ipsa te resculis tuis spolias, quomodo in futuro quasi condita ac parata reperies, quae hic aut non indigenti-

26) Matth. 19, 21.

---

1 propula *AB* salgamarius *AB* · salsamentarius *p*, salgamentarius *ed. Baluz.* 2 periuriis *A* 4 scilicet Euangelium *p* 7 posses *B* diuiti *AB:* diuitibus *p* 8 luxoriosis *A* 9 eligis *A et corr. B:* elegis *B 1 m.* elegeris *p; possis etiam* eliges *suspicari, sed praesens praecedenti* prout iudicasti *magis videtur respondere* 10 dispexisti *AB*[1] ei *om. p* 16 si qui *AB:* si quis *p* 20 ignoscant *AB:* ignoscunt *p* 23 initiatrix *AB:* initiatrix est *p* 24 conuersationis *B* 25 introeunt *AB:* introeant *p* 28 honerum *AB* 29 sequendum *AB:* sequendum deum *p* prius omnia *B* 32 tum *p* 33 rerum omnium facultate *p* 35 reliquerit *A 1 m.* 36 fidutia *B* ex opulenta *p* 38 reculis *p* 39 repperies *A*

bus aut etiam abundantibus deputaris? quomodo reddenda tibi a deo credis, quae deo ipse non credis? postremo, quomodo reddi vis, quae credi non vis? Nemo enim sibi solvi vult, quae non commodat, nec tam stultus est, ut quae non faeneraverit, putet esse reddenda. Et ideo tu nequaquam a deo quasi reddendum sperare poteris, 45
5 quod deo utique non credens reddere tibi deum ipse nolueris. Unde conpleatur dictum in te divinum: quia reliquisti aliis vel alienis divitias tuas, sepulchrum tuum erit domus tua in aeternum. Et illud, quod salvator ad similem tui loquitur: quia tepidus es et neque fervens neque frigidus, incipiam te evomere ex ore meo. Et illud dicis 'dives sum et divitias habeo et nullius egeo' et nescis quia tu
10 es miser et pauper et caecus et nudus? Nemo itaque sibi in testamento suo homi- 46
nem deo praeferens de vitae ac professionis praerogativa aliquid blandiatur. Poenalis est homini ac perniciosa securitas, praesumptae spes sarcinae sunt reatus, usurpata absolutio damnationem parat. Quicumque sibi se excusat, accusat deo, secundum illud: nam qui se existimat esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum sedu-
15 cit. Nemini itaque facilis sua causa sit: nullus difficilius evadit, quam qui se evasurum esse praesumpserit.

IX. Dura haec forsitan atque austera videantur. Quidni? omnis enim disci- 47
plina, ut ait sermo divinus, non est gaudii, sed maeroris. Dura haec et austera sunt. Sed quid facimus? Non licet rerum mutare naturas, et enuntiari aliter
20 veritas non potest, quam vis ipsa exigit veritatis. Dura haec quidam putant: scio et satis certus sum. Sed quid facimus? nisi duris non itur ad regnum. Arta enim, inquit dominus, et angusta via est, quae ducit ad vitam. Et apostolus existimo, inquit, quod non sint condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Indignum esse ad futurae
25 gloriae conparationem omne opus dicit humanum. Et ideo nihil durum aut austerum 48
Christianis videri debet, quia quantalibet pro sempiterna beatitudine Christo offerant, vile est quod datur, ubi tam grande est quod accipitur. Nihil magnum in terris ab homine deo solvitur, ubi quod est in caelo maximum conparatur. Durum est avaris ut largiantur sua. Quid mirum? totum durum est quidquid imperatur invitis. Paene 49
30 omnis sermo divinus habet aemulos suos. Quot genera praeceptorum sunt, tot adversariorum. Si largitatem esse in hominibus iubet dominus, avarus irascitur: si parsimoniam exigit, prodigus execratur. Sermones sacros inprobi hostes suos ducunt. Horrent raptores quidquid de iustitia scribitur, horrent superbi quidquid de humilitate mandatur, adversantur ebriosi ubi sobrietas indicitur, detestantur inpudici ubi castitas
35 inperatur. Aut nihil ergo dicendum est, aut quidquid dictum fuerit, cuicumque supradictorum hominum displicebit. Mavult quilibet inprobus execrari legem quam emendare mentem, mavult praecepta odisse quam vitia. Inter haec quid agant quibus lo- 50
quendi a Christo officia mandantur? deo displicent, si tacent, hominibus, si loquun-

6) Psal. 48. 7) Apoc. 3, 16. 14) Gal. 6, 3. 17) Hebr. 12, 11. 21) Matth. 7, 14. 22) Rom. 8, 18.

---

2 ipsa *Rittershusius ut supra p.* 166, 38 credi *scripsimus:* reddi *Ap*, rendi *B*, credere *ed. Baluz.* 3 feneraverit *B* 5 ipsi *B* 6 diuinum *AB:* diuinum illud necesse est *p* 8 es et *B corr.* esset AB^1, es sed *p* te euomere *p et Vulgata:* te uomere *AB* 10 sibi in testamento *AB:* sibi in uita, in morte, in actu, in dono, in testamento *p et vulgo* 11 professiones *A 1 m.* 12 perniciosa *ABp:* perniciosa ista *ed. Baluz.* 13 accussat *A* 17 uidebuntur *p* 18 meroris *B* 19 facias *p* enuntiare *B 1 m.* nuntiari *p* 20 uis *AB:* uirtus *p* 21 facias *p* itur *B corr. ex* igitur arcta *p* 23 sint *ABp:* sunt *ed. Baluz.* passionis AB^1 30 quot *B corr. et p* quod AB^1 34 auersantur *Rittershusius* hebriosi *A* 36 emundare *p*

tur. Sed, ut Iudaeis apostoli responderunt, expedit magis deo oboedire quam hominibus. Do tamen consilium omnibus, quibus gravis et onerosa est lex dei, si accipere non recusant, quemadmodum placere eis possint, quae deus praecipit. Cuncti enim, qui oderunt mandatum sacrum, causam odii in se ipsis habent. Omne fastidium non n praeceptis legis, sed in moribus suis; lex quippe bona est, sed mores mali. Ac per hoc mutent homines propositum et adfectum suum. Si mores suos probabiles esse fecerint, nihil eis ex eo, quod lex bona praecipit, displicebit. Quando enim bonus quis esse coeperit, non potest non diligere legem dei, quia hoc intra se habet lex dei sancta, quod sancti homines in moribus. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu tuo: amen.

1) Act. 5.

---

1 obydire *A*, obedire *Bp* 3 praecepit *B* 4 omni *A* 5 legis *ABp:* est legis *ed. Baluz.* 6 si enim mores *p* 10 amen. EXPLICIT LIBER IIII. (QUART. *B*) *AB*

Corrigendum est p. 125 *v.* 22 in bonis operibus conlocantes *eius loco quod impressum est* in bonis operibus conculcantes.

I. INDEX SCRIPTORUM.

E = libri ad ecclesiam.
Ep. = epistolae.
Ubi nulla littera adiecta est, libri de gubernatione dei significantur.

Testamentum vetus.

Gen. 2, 7 sq. 1, 27
4, 3 sq. 1, 28
6, 5 . . . . . 1, 31
6, 12 . . . . . 1, 33
7, 11 et 21 . . . . . 1, 33
18, 20 . . . . . 1, 37
19, 13 . . . . . 1, 38. 4, 38
Exod. 19, 9. 16. 20 . . . . . 1, 44
20, 7 . . . . . 4, 72
32, 35 . . . . . 1, 48
33, 9 sqq. 1, 44
Levit. 10, 1 sq. 1, 51
24, 10 et 12 . . . . . 1, 49
Num. 12, 8 sqq. 1, 54
14, 27. 31. 37 . . . . . 1, 59
16, 3 et 35 . . . . . 1, 56
16, 41 . . . . . 1, 57
Deut. 28, 49 . . . . . 7, 28
Judic. 7, 2 . . . . . 7, 32
Reg. I, 25, 39 . . . . . 2, 13
I, 26, 12 . . . . . 6, 81
II, 3, 1 . . . . . 7, 49
II, 12, 9—12 . . . . . 2, 16
II, 12, 13 . . . . . 4, 87
II, 12, 14 . . . . . 2, 20
II, 15, 30 . . . . . 2, 23
II, 18, 31 . . . . . 2, 14
Tob. 5, 17 . . . . . Ep. 9, 4
12, 8 . . . . . E 1, 49
Job 2, 4 . . . . . E 3, 38
12, 8 . . . . . E 1, 50
39, 35 . . . . . Ep. 7, 6
Psal. 6, 6 . . . . . E 3, 54
9, 5 . . . . . 2, 28
13, 3 . . . . . 5, 19. E 3, 57
17, 42 . . . . . 3, 42
21, 8 . . . . . 8, 18
32, 18 . . . . . 2, 3
33, 16 . . . . . 2, 3
33, 17 . . . . . 2, 5
34, 1 . . . . . 2, 27
35, 4 . . . . . E 2, 44
42, 1 . . . . . 2, 26
48, 12 . . . . . 5, 51
49, 7 . . . . . 4, 3
52, 1 . . . . . 4, 41
52, 4 . . . . . 7, 51
Psal 57, 8 . . . . . 7, 40
62, 9 . . . . . E 2, 27
72, 9 . . . . . 4, 40
77, 7 . . . . . E 1, 17
77, 30 . . . . . 1, 55
78, 5 . . . . . Ep. 9, 11
79, 2 . . . . . 2, 7
93, 7 . . . . . 4, 40
95, 13 . . . . . 2, 28
105, 17 . . . . . 1, 56
106, 40 . . . . . 7, 40
110, 10 . . . . . E 4, 7
111, 9 . E 2, 51. E 3, 90
115, 12 . . . . . 4, 49
118, 61 . . . . . 8, 8
118, 137 . . . . . 7, 49
138, 17 . . . . . E 2, 13
Prov. 1, 20 . . . . . E 4, 5
1, 24 . . . . . 3, 42
3, 9 . . . . . E 1, 27
6, 30 . . . . . 4, 14
10, 23 . . . . . 6, 58
11, 22 . . . . . 4, 2
15, 3 . . . . . 2, 2. 4, 66
28, 14 . . . . . E 2, 11
Sap. 6, 22 . . . . . E 2, 68
12, 15 . . . . . 2, 8
Ecclesiast. 3, 33 . . . . . E 1, 39
4, 8 . . . . . E 1, 27
5, 4 . . . . . E 2, 43
10, 9 . . . . . E 1, 31
13, 23 . . . . . 4, 20
14, 11 . . . . . E 3, 85
19, 2 . . . . . 6, 79
30, 24 . . . . . E 3, 85
Isa. 1, 3 . . . . . 4, 3
5, 20 . . . . . 8, 2. E 3, 91
16 . . . . . 6, 38
36, 10 . . . . . 7, 54
50, 11 . . . . . 4, 36. 8, 7
54, 1 . . . . . E 2, 28
Jerem 2, 37 . . . . . 7, 45
5, 3 . . . . . 7, 51
5, 8 . . . . . 4, 24. 7, 18
7, 4 . . . . . 7, 48
8, 8 . . . . . 7, 48
8, 9 . . . . . 4, 4
9, 23 . . . . . 7, 45
Jerem. 17, 13 . . . . . 4, 4
20, 7 . . . . . 8 18
23, 24 . . . . . 2, 9
25, 8 . . . . . 7, 54
42, 11 . . . . . 2, 9
44, 21 . . . . . 6, 45
50, 29 . . . . . 8, 25
Ezech. 2, 6 . . . . . E 3, 92
9, 6 . . . . . E 4, 28
14, 14 . . . . . 3, 58
18, 20 . . . . . E 3, 44
22, 18 . . . . . 7, 58
24, 6 . . . . . 7, 58
28, 4 et 11 . . . . . 7, 59
28, 17 . . . . . 7, 60
28, 18 sq 7, 61
39, 24 . . . . . 7, 28
Dan. 4, 24 . . . . . E 1, 51
Os. 1, 9 . . . . . 4, 4
Jon 4, 11 . . . . . Ep. 4, 18
Mich. 3, 4 . . . . . 3, 42
Zach. 2, 8 . . . . . 8, 16

Testamentum novum

Matth. 5, 16 . . . . . 4, 80
5, 22 . . . . . 3, 12 sq.
5, 28 . . . . . 3, 37. 6, 49
5, 39 . . . . . 3, 24
5, 40 . . . . . 3, 22
5, 44 . . . . . 3, 10
6, 3 . . . . . Ep. 9, 13
6, 19 E 1, 8. E 2, 51. E 3, 73
6, 22 . . . . . 7, 82
6, 24 . . . . . E 2, 51
7, 12 . . . . . 3, 25
7, 14 . . . . . E 4, 47
7, 25 . . . . . 3, 1
10, 9 . . . . . E 2, 39
10, 22 . . . . . E 4, 5
10, 28 . . . . . E 2, 73
10, 37 . . Ep. 9, 6 E 3, 6
10, 38 . . . . . 3, 14
10, 40 . . . . . 8, 15
10, 42 . . . . . E 3, 70
11, 28 . . . . . 7, 10
13, 22 . . . . . E 2, 65
16, 2 . . . . . E 1, 6

Matth. 16, 26 . . . . . E 3, 83
19, 21 . . E 2, 39. E 3, 73 et 90. E 4, 42
19, 29 . . . . . E 3, 74
23, 32 . . . . . 4, 37
25, 26 et 30 . . . . E 3, 3
25, 34 . . . . . E 4, 20
25, 41 . E 2, 51. E 4, 20 et 29
28, 20 . . . . . 2, 10
Marc. 9, 46 . . . . . 3, 39
10, 24 sq. . . . . E 1, 20
Luc. 1, 3 . . . . . Ep. 9, 18
1, 6 . . . . . E 2, 17
6, 24 . . . . . E 2, 51
6, 25 . . . . . 6, 29
9, 24 . . . . . 5, 61
12, 33 . . . . . E 3, 90
12, 47 . . . 3, 25. E 2, 42
12, 47 sq. 5, 11
14, 11 . . . . . 7, 39
14, 33 . . . . . 3, 14
16, 13 . . . . . E 2, 51
16, 24 . . . . . E 3, 49
Joh. 3, 16 . . . . . 4, 45
3, 19 . . . . . E 3, 8
8, 48 . . . . . 8, 18
13, 35 . . . . . 5, 15
Act. ap. 2, 44 . . . E 3, 41
4, 32 . . . E 1, 5. E 3, 41
4, 33 . . . . E 3, 41
17, 24 . . . . . 2, 9
17, 28 . . . . . 4, 44
ad Rom. 1, 20 . . . . . 4, 45
1, 30 . . . . . 3, 34
2, 1 . . . . . 4, 12
2, 2 . . . . . 4, 66
2, 23 . . . . . 4, 80
2, 25 et 26 . . . . 4, 94
3, 19 . . . . . 4, 78
ad Rom 4, 15 . . 4, 78. E 2, 16
5, 6 . . . . . 4, 47
5, 8 . . . . . 4, 48
7, 7 . . 4, 96. E 2, 16
8, 18 . . . . . E 4, 47
8, 32 . . . . 4, 45
8, 35 . . . . . E 2, 24
8, 36 . . . . . 4, 51
12, 11 . . . . . 4, 91
14, 10 . . . . E 2, 10
ad Cor. I, 1, 19 . . . 6, 8
I, 3, 18 . . . . 6, 8
I, 5, 6 . . 6, 2. 7, 82
I, 6, 10 . 3, 32. 7, 82
I, 7, 2 . . . . 7, 97
I, 7, 29 . . . E 2, 21
I, 9, 21 . . . . . 4, 78
I, 9, 27 . . . . 1, 14
I, 10, 20 sq. . . 8, 13
I, 10, 24 . . . . 3, 26
I, 11, 1 . . . . . 3, 16
II, 5, 17 . E 1, 57. E 2, 19
II, 8, 9 . . . . . 6, 27
II, 11, 21 . . . . 3, 19
II, 12, 9 sq. . . . 1, 8
ad Gal. 1, 10 . . . . . E 4, 2
4, 19 . . . . . 3, 16
5, 17 . . . 1, 15. Ep. 5, 3
6, 3 3, 11. 4, 60. E 1, 61. E 2, 35. E 4, 46
6, 4 . . . . E 2, 7 et 10
6, 5 . . . . . E 3, 44
6, 8 . . . . . E 3. 69
ad Ephes. 4, 31 . . . . . 3, 35
5, 12 . . . . . 4, 52
6, 4 . . . . . E 1, 17
ad Phil. 2, 4 . . . . . 3, 26
2, 8 . . . 6, 27. E 2, 23
3, 13 . . . . . 4, 94
ad Thess. I, 3, 3 . . . . . 3, 6
ad Tim. I, 1, 8 . . . . . 5, 1
I, 2, 1 sq. 1, 22
I, 2, 2 . . . . . 6, 64
I, 4, 8 . . . . . E 1, 12
I, 5, 5 . . . . E 2, 25
I, 5, 23 . . . . 1, 15
I, 6, 8 sq. . . . E 2, 61
I, 6, 10 . . . . E 1, 12
I, 6, 17 . . . . E 1, 29
II, 4, 7 . . . . 3, 17
ad Tit 1, 16 . . . . . E 3, 64
2, 11 . . . . . 6, 27
ad Hebr. 12, 11 . . . . E 4, 47
Jac. 2, 5 . . . . . 3, 52
2, 10 . . . . . 3, 30
2, 19 . . . . . 4, 7
2, 20 et 26 . . . . 4, 6
5, 1 . . . . E 1, 33
Pet. I, 2, 21 . . . . . 6, 29
I, 4, 17 . . . . E 4, 28
II, 2, 20 et 21 sq. . . . 4, 93
Joh. I, 2, 6 . . . . . 3, 15
I, 3, 15 . . . . 3. 12. 8, 20
I, 4, 18 . . . . E 4, 7
I, 5, 19 . . . . 4, 32
Apoc. 3, 15 . . . . . 4, 91
3, 16 . . . . . E 4, 45

Cic. de nat. d. I, 11, 27 . . 1, 2
Tusc. disp. I, 27, 66 . . 1, 4
Liv. I, 13 . . . . . Ep. 4, 19
Plin. Paneg. 49 . . . . . 5, 60
Publilius Syrus 1, 47
Salvianus ep. 5 . . . . . 1, 16
ad eccl. II, 37 . 4, 1
Terent. Andr. 2, 5, 16 . . E 3, 12
Verg. Georg. 4, 221 sq. . . 1, 4

II. INDEX NOMINUM ET RERUM.

Aaron 1, 53 sq.
Abel 1, 28 sq.
Abimelech 1, 35. 7, 30
Abiron 1, 56
Abiu 1, 51
Abraham 1, 35
Absalon 2, 21
Achar 6, 2. 7, 81
Adam 1, 28
Aegyptii 1, 40 sq. Aegyptiorum coenobia 8, 22
Aegyptus 1, 40. 55. 59
Aetna 7, 65
Afri omnibus vitiorum flagitiis foedati 7, 57 sqq. 7, 63 sqq servos dei insectabantur 8, 17. Afrorum blasphemiae 8, 9 sqq. impudicitas 7, 65 sq. scelera 7, 52 56. apud Afros masculi in masculos turpitudinem exercebant 7, 76. Wandali, Africae vastatores, Afrorum populis comparantur 7, 84 sqq.
Africa quondam ditissima 7, 60. Africa, quasi anima reipublicae Rom., a barbaris capta 6, 68. Africae territorium quasi domus una vitiorum 7, 58; eius civitates plenae erant impuritatibus 7, 94. Wandali ex Hispania ad vastandam Africam transierunt 7, 54. 56, iis dominari Africae deus iussit 7, 105
Africae exhaustae 4, 21
Africana potentia 7, 61. Africanus orbis 7, 67. Africani soli eversio luctus est generis humani 7, 61
Agrippinae civitas hostibus (*i. e.* barbaris) plena 6, 39. eius luxuria 6, 77. mulier Agrippinae capta barbarorum uxoribus mercennarium opus facere coacta est Ep. 1, 5 sq.
Agrycius episcopus (Antipolitanus in secunda Narbonensi *cf. Baluz. p 412 ed. II*) Ep. 3
Alamannorum (*al.* Alanorum) ebrietas 4, 68
Alani (*al.* Albani *cf. Amm. Marc.* 23, 5, 16) rapaces 4, 68; eorum gens impudica 7, 64
Alpes nubiferae 6, 10
Alpina rupes 5, 58
Amnon 2, 21
Amorreorum peccata 4, 38
Ananias 6, 4
anathematis exempla 6, 2
Anna prophetes E 2, 18
Aper Ep. 7, 1
Aquitani in omnibus Galliis, sicut divitiis primi fuere, ita vitiis 7, 12; opes Aquitanorum a barbaris afflictae 7, 50; Aquitanorum divitum impudicitas 7, 18
Aquitaniae fecunditas et amoenitas 7, 8
Aquitanicarum civitatum foedae libidines 7, 16
Arriani minorem patre (deo) filium dicunt 5, 9
Assyrii 7, 54; eorum acies ferratae 7, 30
Atheniensium populus Paulum apostolum praedicantem patienter audivit 8, 23
Attica sapientia 7, 103
Auspiciola, Salviani filia Ep. 4, 1
avaritia proprium est Romanorum paene omnium malum 7, 62

Babylonius rex E 1, 51
Bacaudae 5, 22; per malos iudices spoliati ius Romanae libertatis et honorem Ro. nominis amiserunt 5, 24; rebelles vocantur 5, 24 sqq.
barbari (*i. e.* Germani) aut pagani aut haeretici (*i. e.* Arriani) 4, 61. 67; 5, 5; castiores ac puriores quam Romani 7, 107; nulla theatra aliave spectacula

habebant 6, 35; barbari, qui sunt unius gentis et regis, omnes se mutuo amant 5, 15; barbarorum mores 4, 65; pudicitia 7, 24; eorum condicio melior quam Romanorum 3, 2
Belgarum regio a barbaris occupata 7, 50
Benedad rex Syriae 7, 31
bestiarum certamina etiam Salviani aetate vigebant 6, 10

Caelestis dea 8, 9 sqq.
Cain 1, 29 sq.
Capharnus 4, 39
Carthago in Africano orbe quasi Roma 7, 67; populis barbarorum cincta 6, 69; vitiis omnis generis corrupta 7, 70 sqq.; libidinum fornicationumque sentina 7, 74; eam quondam doctrinis suis apostoli instituerant 7, 79. Carthagine omnia officiorum publicorum instrumenta, artium liberalium scholae, philosophorum officinae, linguarum et morum gymnasia *etc.* 7, 68. Carthagine monachis sine contumelia apparere non licebat 8, 21 sqq.
Carthaginensis ecclesia 6, 69
Cato Romanus, alius Italiae Socrates, uxorem suam alteri viro tradidit 7, 103
Cattura deo vota Ep. 5, 1
Charybdis 5, 58
Christiani cum peccant, deum gravius quam barbari offendunt 4, 57; quid a Iudaeis differant E 2, 23; Christianus, qui ad ecclesiam non venit, neglegentiae reus est 8, 11, Christianorum prima confessio 6, 31; eorum vitia Salviani aetate 3, 48; in Christianis sacrificiis pagani impura quaedam atque abominanda fieri credebant 4, 85
Christi et dei nomen promiscue usurpatur 1, 24. 2, 17. E 2, 3 sq. E 2, 23 sq. *etc.*, quid sit Christo credere 3, 7. 4, 1; peierant homines per Christi nomen 4, 71; multi scelera quaedam se iurant per Christi nomen esse facturos 4, 71
Chuni 4, 81. 7, 39, in tributis dividendis non iniusti 5, 36; eorum gens impudica 4, 67
Cincinnati 1, 10
(Circe) malefica 5, 45, circaeum poculum *ibid.*
circorum impuritates 6, 15
Cirta a barbaris obsessa 6, 69
civitas Romana olim magno aestimata nunc vilis 5, 22
civitatum proscriptio est dignitas sublimium 4, 21
coniuges continentiam professi E 2, 28
coniugium sine opera coniugali E 2, 14
consulibus pulli ad auguria capienda etiam tum pascebantur 6, 12
conubii sacramenta 4, 24. 7, 16
Core Moysi convicians terra obruitur 1, 56. 58
culpa est criminosior ubi status honestior 4, 57
curiales urbium tyranni 5, 18, eorum iniquitates 3, 50

Daniel E 1, 51
Dathan 1, 56
David 2, 13. 15 sqq. 4, 87 sq. 6, 2. 7, 49. 81
Delphicus daemon, *i. e.* oraculum 7, 101
deus quid sit 1, 3
divites crimina non horrent 3. 54; homicidia assidue committunt impunitatis fiducia 4, 23
dominorum familiae similes sunt dominis aut deteriores 8, 14

ecclesiae relinquuntur ad ludos spectandos 6, 37 sq.
Eleazarus E 3, 49
Epicurus 1, 5; Epicureorum impia de deo opinio 1, 5
epistolarii a summis sublimitatibus missi 5, 30
eremi sancta secreta 8, 22
Eucherius episcopus (Lugdunensis) Ep. 2. 8, 1
evangelii et legis antiquae differentia E 2, 15 sq. evangelicorum voluminum doctrina omni genere perfectionis plena 3, 9

Fabii 1, 10
Fabricii 1, 10
Falernum (vinum) nobile E 4, 33
feminae dominii ius habentes 7, 17
filii religiosi et saeculares E 3, 27
fisci calamitas et aerarii Ro. mendicitas 6, 43
Franci 4, 81; mendaces, sed hospitales 7, 64, pauperes non premunt 5, 36; eorum gens infidelis 4, 67

Gaius 7, 66
Galba Serv. Ep. 4, 24
Gallia diu vastata est 7, 52
Galliae 6, 39. 7, 8. 26. 53, devastatae 4, 21; Galliarum omnium corpus 7, 50; Galliarum civitates vitiis suis conciderunt 6, 80; Gallias gentes barbarae inundarunt 6, 67
Gallicanae civitates 6, 72
Gallorum pars barbara 5, 23
(C.) Gallus (Sulpicius) Ep. 4, 24
Gedeon 7. 32
Gepidae, *v.* Gipidae
Germania prima, nomine barbara, dicione Romana, a barbaris afflicta 7, 50
gigantes 6, 23
Gipidarum gens inhumana 4, 67; eorum ritus inhumanissimi 4, 81
Gomorra 1, 39
Gothi 7, 45; haeretici (*i. e.* Arriani) sunt 5, 14. 7, 47; mutuo se amant 5, 15; suis non nocent 5, 57, subiectos tributis non premunt 5, 36, sacerdotes alienos (*i. e.* catholicos) in honore habebant 7, 39; eorum gens perfida, sed pudica 7, 64; eorum religiositas 7, 38 sq. barbarorum (*i. e.* Gothorum) haeresis de Romani magisterii pravitate fluxit (si quidem in gratiam imperatoris Valentis Arriani facti sunt) 5, 14; pauperes Romani iniquitatibus pressi ad Gothos migrant 5, 22 *cf.* 5, 37; apud Gothos impudici non sunt nisi Romani 7, 107; inter Gothos non licet scortatorem esse Gothum 7, 24
Graeci 7, 88; Graeci sapientes 1, 12
Hebraei, peculiaris ac propria dei gens 5, 8, Hebraeorum gens 1, 42 48. 55. 59; 6, 56; Hebraeorum tribus populus dei et Israhel appellatae 4, 3
Hebraeus exercitus 7, 30
heremi sancta secreta 8, 22
Hierusalem 8, 22
Hispani 6, 67. 7, 27; Hispanorum pars magna barbara 5, 23
Hispania 7, 45; a barbaris vastata 7, 52; Wandalorum populi in Hispaniae terras transcenderunt 6, 67; in Hispania barbari exercitus Romanos bellando contriverunt 7, 53
Hispaniae 6, 39; exhaustae 4, 21, Hispanias vitia perdiderunt 7, 26
Hunni *v.* Chuni
hydra (Lernaea) anguinum monstrum 6, 76
Hypatius Salviani socer Ep 4, 1

incestus vitium apud Romanos commune 7, 87 sq.
interpolationes scripturae sacrae 5, 6
Iob sanctus Ep. 7, 6
Ionas Ep. 4, 18
Israhel 1, 41; interpretatur 'videns deum' 2, 7. 4, 3
Israhelitica plebs 6, 2 et 55, terra 7, 54
Itali 6, 67
Italia 7, 103, tot iam cladibus vastata 6, 67
Iudaei 4, 3; in lege fidentes 7, 48; Iudaeorum principes 4, 37; Iudaeorum odia in Christum 8, 18 sq.
Iudaicus exercitus 1, 48
iudiciarius honor apud Hebraeos 3, 8
Iuppiter 4, 77

Latina libertate donati servi liberti erant, sed iure testandi carebant E 3, 33
Lazarus *v.* Eleazarus
levitae intra certum habendi limitem lege vetere coartati erant E 2, 38
libertas Romana et Latina E 3, 31 et 33
libri sacri iam pridem interpolati et male traditi 5, 6
Limenius Ep. 6
linguarum gymnasia Carthagine instituta 7, 68
(Litorius) dux Romanorum 7, 40
Loth 1. 38. 4, 38. 7, 74
(Lucas) evangelista Ep 9, 18
ludi (publici) multis locis propter paupertatem cessaverunt 6, 42, ludorum publicorum genera 6, 15. 6, 60; ludis admisceri Christianis piaculum erat 6, 61
Lycaonii Paulum apostolum praedicantem admirati sunt 8. 23

Madianitae 7, 32
magistratus civitates exhauriebant 4, 21
Maria contra Moysen locuta punitur 1, 53 sq.
Mars colitur in harenis 6, 60
Maurorum efferi mores 4, 81
Mercurius colitur in palaestris 6, 60
meretrices omnes a Wandalis in Africa ad maritalem torum transire coactae sunt 7, 97
militantium rapinae 3, 50
Minerva colitur in theatris 6, 60
Mogontiacensium civitas excisa 6, 39

monachi vocabantur sancti dei 8, 19, monachorum habitus aetate Salviani (palliati et usque ad cutem tonsi) 8, 21
morum praesentium labes et perditio 6, 44
Moyses 1, 40. 44. 53. 56

Nabal Carmelus 2, 13
(Nabuchodonosor) Babylonius rex E 1, 51
Nadab 1, 51
Natham propheta 4, 87
Nathanael E 2, 18
negotiantium vita fraudulenta 3, 50. 4, 69
Neptunus colitur in circis 6, 60
Ninivitae Ep. 4, 18
nobiles nulla crimina horrebant 3, 53 sq. vitiis polluti servilibus 4, 22, multi deteriores servis 4, 27 sq., nobiles facti quidam ex servis 4, 22; nobiles religiosi (*i. e* clerici) facti honorem nobilitatis amittunt 4, 32
Novem populi fecundissimas regiones Galliarum habuerunt 7, 8

officialium calumniae 3, 50
Og contra Moysen rebellans extinguitur 1, 56
Oza levites 6. 54

paganorum pravae opiniones de sacris christianis et initiis religionis christianae 4, 85
Palladia Salviani uxor Ep. 4, 1 et 13, ex uxore soror Ep. 4, 9 et 14
paradisi descriptio E 2, 48
Paulus apostolus 6, 2. 7, 76 sq. Ep. 4, 1. Ep. 5, 1; Atheniensibus praedicans 8, 23
pauperes homines tributis divitum premuntur 5, 28
Petrus princeps apostolorum 6, 4
Pharao 1, 40 sq. 48
Philistini 1, 35
Plato 1, 3
Platonicorum scholae 1, 3
pompae diaboli 6, 31
praefectura quorundam nihil aliud quam praeda 4, 21
Pythagoras 1, 2

Quieta Salviani socrus Ep. 4, 1

racha contumeliae genus 3, 13
Rapsaces 6, 2
Ravenna 6, 49; populus Ravennas theatri studiosus 6, 49
remedia nonnullis urbibus data 4, 31. 5, 34 sqq.
Roma urbs obsessa et expugnata 6, 67, Romae Carthago maxime adversaria 7, 67
Romani veteres 1, 11 7, 2; Ro. haeretici 5. 14; R. in plurimis deteriores barbaris 4, 64, Romani multi vitam cum barbaris agere malebant 5, 37; ibi praecipue vitia sunt, ubicumque Romani 6, 40; Romanorum antiquae opes et dignitates 6, 98, Romanis familiare se invicem exactione proscribere 5, 17; inter Romanos et Sabinos bellum coeptum precibus feminarum sublatum est Ep. 4, 20
Romanus orbis 6, 50. 7, 50, totus R. orbis et miser est et luxuriosus 7, 6; Romana plebs 4, 61; circensium studiosa 6, 49, Ro. respublica extremum spiritum agens 4, 30, Romanae arces 7, 67; forum Ro. Ep. 4, 24; Romani aerarii mendicitas 6, 43

Sabini Ep 4, 20
Safira (*al.* Sapphyra) 6, 4
Salonius episcopus Praef. de gub. dei 1; Ep 9, 1
Salvianus natione Treverus? *cf. ad* 6, 72
Sardinia ac Sicilia, fiscalia horrea, eversae 6, 68
Saul 7, 49. 81
Saxones 4, 81; crudelitate efferi, sed castitate mirandi 7, 64; eorum gens fera 4, 67
scriptura sacra interpolata et male tradita 5. 6 sqq. catholici soli integram habebant 5, 6
Scyllaei canes 5, 58
Scytharum ritus inhumanissimi 4, 81
Seius 7, 66
Semei 2, 23
servi *cf ind. III s. vv.* actores, procuratores, silentiarii
Siba 2, 23
Silvanus Ep. 4, 1
Sina mons 1, 48
Sisara dux a muliere prostratus 7, 30
Socrates sapientissimus omnium existimatus est 7, 101; iniuste a iudicibus damnatus 7, 104, eius decreta de matrimoniorum communitate 7, 101 sqq.
Socratica instituta 7, 106
Sodoma 1, 37 sqq. 7, 74
Sodomitae 1, 38 sq. 4. 39
spectacula opera sunt diaboli 6, 31, paganorum deorum deliciae habebantur 6, 22; spectaculorum crimina et flagitia 6, 10; *cf.* circus et theatra
Stoicorum opinio de deo 1, 3
Syria 7, 31
Syrici (Syriaci?) 4, 69

Thamar 2, 21
theatrorum impuritates 6, 15
(Theodoricus) rex ante pugnam preces ad deum fudit 7, 44
Theophili nomen Lucas in operis exordio inscripsit Ep. 9, 18; Theophili vocabulo amor dei exprimitur Ep. 9, 19
Timotheus apostolus 1, 15. Ep. 4, 1. Ep. 9, 2
Timothei vocabulo honor divinitatis exprimitur Ep. 9, 19; Salvianus libris ad ecclesiam factis Timothei nomen inscripsit Ep. 9, 1, cur hoc nomen S. inscripserit Ep 9, 17 sqq.
Tobis (Tobias) E 2, 18
Treverorum urbs opulentissima Gallorum 6, 75; quadruplici eversione prostrata 6, 39 75 82, Treveri vastati circenses ab imperatore postulabant 6, 85 sqq., eorum vita imminente civitatis excidio 6, 72 sqq.
Tyii princeps 7, 59

Urias Ettheus 2, 16
Ursicinus Ep. 2
uxores communes 7, 101 sqq.

Venus colitur in theatris 6, 60
Verus Ep. 7, 1

Wandali haeretici (*i. e.* Arriani) 5, 14. 7, 47; barbari pudici 7, 27 sq. infirmiores quam alii barbari 7, 27 sq. religiosi 7, 38 sq. mutuo se amant 5, 15, subiectos tributis non premunt 5, 36, eorum populi in Hispaniae terras transcenderunt 6, 67; ad eos in Hispania debellandos pars Romanorum pergebat, sed pietate erga deum servati sunt 7, 45 sq. Wandali in Africam transierunt 7, 56, iis dominari Africae deus iussit 7, 105; Afrorum vitiis non corrupti sunt 7, 85 sqq.; morum corruptionem in Africa emendare studebant 7, 91 sqq.

III. INDEX VERBORUM ET LOCUTIONUM.

Abdicatrix misericordiae inhumanitas E 2, 52
absit ut putemus 1, 15, absit hoc credi 2, 12
acceptabilis 6, 29 ubi est populus ille mundus, ubi populus acceptabilis?
acerbatrix *v.* exacerbatrix
actores inter servos = dispensatores 4, 15
actus = *idem fere quod* vita 3, 51. 4, 20
adimpletio 2, 9
adinstar *cf.* instar
admissus. populos malae conscientiae admissu reos E 2, 4
admodum = fere. Praef. 1 omnes a. homines, 1, 6 in hoc saeculo deteriorem admodum statum esse meliorum, 3, 33 et 6, 62; semper a. 3, 43. 5, 18. 6, 3. 73. 8, 1; Ep 4, 24 cuncti a.; Ep. 5, 1 omnes a., Ep. 9, 15 omnia admodum *etc.*
aemulus = contrarius, adversarius E 1, 15 quid tam legi aemulum quam *etc.*, E 3, 93 praesentiam tuam quasi aemulam sibi et adversariam iudicantes; 8, 21 eos non sine causa oderunt, in quibus omnia sibi aemula atque inimica cernebant, E 4, 49 paene omnis sermo divinus habet aemulos suos. 7, 67
affectus Christi Ep. 6 (= *Liebling*), 1, 38 Loth cum affectibus (*i. e.* uxore et liberis) pius urbe educitur. Ep. 4, 4 et 4, 8 affectus dilectissimi *casu vocativo*; Ep. 9, 11 multi sine affectibus, sine pignore *etc.*
alienus veritatis = expers 1, 19
amatrix mundi filia E 3, 1
ambitus = supplicatio *sive* animi devotio E 1, 55 immo nihil (peccator offerat), si non cum fide, si non cum ambitu, si non cum prece. E 2, 69 E 3, 78. E 3, 53 tam magno ambitu (*i. e.* tam supplicibus precibus) postulabat
apostastatio fidei 6, 31
apricitas: E 4, 35 te illorum (pauperum) vestitus vestiet, te illorum apricitas (*i. e.* calefactio) delectabit
auctrix. 3, 48 sic oratio eorum auctrix est magis criminum quam exoratrix
audientia = auditores Ep. 4, 26
aurula Ep. 9, 13
avicula *demin. voc.* avia *sensu hypocoristico* Ep. 4, 13

benedicere: 1, 35 cum post diluvium generationi hominum benedixisset deus, immensam hominum multitudinem benedictio ipsa generasset *etc*
brevi = in breve tempus E 2, 22 ut alios relinquatis vel brevi divites; E 3, 30 nemo potest se vel brevi (*i. e.* ne in breve quidem t.) divitem credere qui scit se nihil habere. E 3, 56
carnales domini (*oppos* dominus deus) 3, 29 et 43. E 2, 72
carnes et fortitudines corporum 1, 13
causari de aliqua re = conqueri 2, 11. 3, 6. 3, 36 (si aestus est, de ariditate causamur, si pluvia, de inundatione conqueirimur). E 2, 63; E 1, 57 dura nonnulli haec causantur (*i. e.* incusant) 6, 20 neglegi nos a divinitate causamur
causatio · 4, 34 quis est causationi (*i. e.* querimoniae) locus? 3, 29 neque enim iusta causatio est, cur praeferantur aliqua, ubi facienda sunt omnia.
cogitare malum alicui 6, 25
communicare = participem esse 6, 61 eorum cultibus communicat (homo), quorum festivitatibus delectatur
complices poenae E 2, 7
concupiscentiae 6, 16
conflatorium (*Schmelzofen*) 7, 59
confortari = se fortem reddere E 3, 95
conscientia = communis scientia 7, 34 nullas esse iam reipublicae (Rom.) vires conscientia omnium est. 3, 45 interrogo omnium Christianorum conscientiam *etc.* 6, 37 quaero ab omnium conscientia *etc.*
consuetudinarius 3, 49. 4, 40. 6, 56. 62
contemno = nolo: 3, 5 probare contemnam
e contra = e contrario 3, 33.
conventus (Cain) dei sermone 1, 29
conversatio = vita *sive* mores. 4, 64 nihil nobis prodest quod lex est bona, si vita nostra et conversatio non est bona, 5, 15 quantum ad conversationem Gothorum aut Wandalorum pertinet, quid est in quo eis praeponere nos possimus? 5, 52. E 2, 4, E 2, 46 fures quoque et latrones . . et omne improbae conversationis genus id sibi, quod agit, congruum putat.
conversiuncula Ep. 4, 6
convulneratus 5, 7
crapulatae turbae 7, 70
credulitas = bona fides (*Gläubigkeit*) 3, 7. 4, 9. E 3, 85
cum enim = quippe cum 1, 38

dativi usus insolentior. 7, 44 illi deo humiles, nos rebelles, 7, 9 officiosus deo, *item* E 4, 3; 4, 35 iniuriosum nobis deum existimamus, cum ipsi iniuriosissimi deo simus, 5, 9. 6, 24 et 53; E 4, 46 quicumque sibi se excusat, accusat deo
defaecata mens Ep 5, 5
defectae urbes 5, 35
defluere = deficere. E 3, 51 non tantum delectabat, quod heres suus in exquisitis deliciis afluebat, quam angebat, quod ipse intolerandis ignibus defluebat.
deieratio maximi sacramenti 4, 7 *i. e.* per m. sacramentum
deprecatiuncula E 3, 8
detractatio = detractio: 3, 33 semper admodum cibo, numquam detractatione (*al.* detractione) saturamur
dictor, *i. e.* is qui aliquid dicit aut scribit Ep. 9, 15 tam imbecilla sunt iudicia huius temporis, ut hi qui legunt non tam . . dictionis vim atque virtutem quam dictoris cogitent dignitatem
dignantissimus: 1, 3 deum ab universitate omnium rerum munus dignantissimae visionis non averitere *etc.*
discutere = inquirere · 7, 74 quos (sacerdotes) non discutio, quia *etc.*
e diverso: 1, 30 requirere ab illis volo, qui negant res nunc humanas respici a deo, an cuncta in his, quae diximus, e diverso sint, 6, 63 nos e diverso omnia agimus, 6, 97 omnia siquidem e diverso sunt. 6, 95. 7, 12 *etc.*
domnula nomen hypocoristicum Ep 4, 13
dubito *et* dubium est quod 1, 17 dubitare non possumus, quod tunc deo maxime curae erant, 6, 60 dubium non est quod laedunt deum (superstitiones). E 1, 24. E 2, 27, *semel sequente coniunctivo* 3, 17 quod ipse Christum imitatus sit, nulli dubium est
enim *pleonastice adiectum cf.* cum enim *et* quippe enim
epicurizantes 1, 5 Epicureorum vel quorundam epicurizantium deliramenta
et post haec *formula* = εἶτα 5, 13. 6, 99
ex illo = ex illo tempore 6, 40
exacerbatio peccatorum est tanta in nobis, ut per nos cogatur (deus) nasci 4, 34
exacerbatrix (*al.* acerbatrix) dei ecclesia (*oppos.* placatrix) 3, 44
excalcii = excalceati 3, 10
excipere = subire, pati · 1, 27 poenam damnationis excepit; 1, 53 excipit vim sententiae; 2, 18 excipiat iudicium
excusatiuncula E 3, 8
exerta (exserta) veritas = aperta, nuda 5, 20
exhonorare = contumelia afficere 6, 53 si quisquam exhonoraverit (praepotentem virum), decretis legalibus reus sistitur; 2, 19 exhonoratus (David) diademate *etc.*
exoratrix 3, 48
extorris alicuius rei 5, 44 E 2, 72
extremitas vitae 7, 22 E 2, 69. E 3, 11 in ipsa extremitate iam pendens *etc.*
extremus *gradu comparativo* 5, 45 ferenda utcumque erat extrema haec sors eorum, si non esset aliquid extremius.

facultas = res familiaris· 1, 12 contemptu propriae facultatis, 5, 28 maior est miserorum (pauperum) sarcina quam facultas. 6, 44 *etc.*
fero (= patior) ut nos delirare videamur 3, 35
fuisse *pro* esse: 5, 58 sufficiat vexatos fuisse pauperes, sufficiat spoliatos a te fuisse mendicos; 6, 72 cum sciam . . praecelsiores viros calamitatibus suis factos fuisse peiores, *item paulo post*; 6, 90 ut probaremus . . nullam Romani orbis portionem plagis caelestibus umquam fuisse correctam 8, 14 *etc.*
funestatus = funeratus, sepultus E 3, 66
futuri activi forma periphrastica pro fut. simplici: E 1, 55 sed dicit aliquis: totum ergo deo oblaturus est quod habet? E 1, 62 grandis munificentia ac devotio futura est, quae possit id compensare *etc.* E 3, 37. E 4, 4 *etc.*

gerundivum pro futuro passivi: 1, 18 ita iudicandum (*i. e.* iudicatum iri) humanum genus a Christo dicimus, ut tamen *etc.* 1, 23. 2, 17. 25, 4, 75 iuravi res illius a me esse tollendas = sublatum iri. 5, 10; 5, 61 liberandus a deo non eris (= non liberabere), nisi te ipse damnaveris; 7, 41 quia sine dei nutu capiendum a se hostem credidit, ipse captus est. Ep. 9, 15; E 1, 35 torquendus es, quia homicida es (*contra* 2, 18 quia fecisti hoc, gehennae igne torquebere); E 1, 63 propheta ipse, qui suadet propitiationem dei inquirendam, promittere tamen non ausus est promerendam; E 2, 34 cum extinguendas fore lampadas suas reformidarint *etc.*; *ibid.* non satis prodest ilico extinguendum (= quod ilico extinguetur) lumen accendi. E 2, 53. 3, 6. 61. 63. 81. 82. 4, 11. 4, 27 tu eris inter perituorum ultimos deputandus. 4, 28 sq. 41. 44 *etc.*
gracula *nomen hypocoristicum* Ep. 4, 13
gratularer (*i. e.* laudarem) potius hanc potentum magnitudinem, si *etc.* 5, 39; gratulari aliqua re = gaudere, gloriari 5, 18. E. 1, 44
gratulatio = gaudium: E 3, 46 illi (erant) in gratulatione, sed ille in dolore

habitatiuncula 5, 38
hinc = de eo: 6, 54 nihil hinc erat lege praeceptum; 6, 49 hinc iam superius satis dictum est. *cf.* unde
honorificentia ceterorum (*i. e.* honor quo c. afficiuntur) ad contumeliam dei pertinet E 4, 14

idolatria E 1, 1. E 1, 60 (*cf. franco-gall.* idolatrie)
ille — ille = alius — alius *vel* hic — ille E 3, 46
immensurabilis E 2, 11
immensuratim ridere 6, 30
immensuratus, *i. e* omnem mensuram sive modum excedens E 1, 57
imperfectum coniunctivi insolentius positum: 4, 66 cum similis sit improbitas (nostra et barbarorum), tam invalidi quam nos sumus illi esse deberent (*sollten sein*). 4, 91 hoc ipso Christiani deteriores sunt, qui meliores esse deberent. 5, 31 rectissime, qui solus capere vis gratiam, solus patereris expensam. E 36 Quid rectius quam ut qui meliores sunt, idem etiam honoratiores essent (*wären*). 4, 76 quis umquam crederet *etc.* E 2, 22 quibus libenter dicerem. quae insania est *etc.* 5, 27 cuperent, 6, 43 optaremus *etc.*
impossibilitas E 2, 55
incarnatae necessitudinis iugum E 3, 7
incautela 6, 55
incessabiliter 2, 8. 6, 46. E 3, 55
inconsideratio mentis 1, 52
incontaminabilis 3, 20
incontumacia, *lectio dubia* 4, 12
indage plena 1, 31 (*pro* indagine)
indeficiens domini omnipotentia 2, 25
indemutabilis 2, 25
indevotio 3, 10. E 3, 45
indicativus in sententia condicionali loco coniunctivi: 2, 15 tantum virum persona non gravaverat, nisi causa multasset. 3, 56 quod si ita esset, quid proderat *etc.* 4, 47 iniustam rem quilibet homo fecerat, si . . filium fecisset occidi. 5, 51 utinam iumentis similes facti essent! melius quippe fuerat beluina imprudentia deviasse. 7, 47 quis non inrisus fuerat, si putasset esse faciendum? E 3, 35 bene arbitrabamini (arbitramini *codd. dett.*), si tamen arbitrio isto iuste uteremini. E 4, 34 O quanto melius pauper fueras quam dives; paupertas enim te deo insinuare potuisset, divitiae ream esse fecerunt. Rectius ergo per indigentiam salva fueras, quam per opes tuas te praegravasses. 4, 17. 42. 49. 55. 5, 27 sq. 45. 6, 35. 7, 37. E 3, 52
indeptus *passive*: 7, 92 tantum eis indeptus semel honor dat beneficii, ut *etc.*
individui = familiarissimi: Ep. 1, 2 adulescentem hunc tradere individuis meis cupio. E 3, 37 illos dico caros et individuos *etc.*
indoles *pluraliter* = liberi Ep. 4, 24. Ep. 8, 2
infinitivus post verba timendi: Ep. 1, 2 quod mihi accidisse vereor. Ep. 1, 3 insinuationem meam minus gratam fore quibusdam timens *etc.* E 2, 34 cum ipsae extinguendas fore lampadas suas reformidarint, habebant profecto aliquid quod verebantur extingui.
infinitivus perfecti act. pro infin. praesentis: 1, 18 ita in futuro (deum) iudicaturum adfirmamus, ut tamen semper etiam in hoc saeculo iudicasse doceamus.
initiatrix virtutum omnium est misericordia E 4, 42
iniurati parentes (*oppos.* iurati iudices) Ep 4, 26
iniuriosus *cum dat.* 5, 9 nos eos (Arrianos) iniuriam divinae generationi facere certi sumus, quod minorem patre filium dicant: illi nos iniuriosos patri existimant, quia aequales esse credamus. 4, 35. 6, 24 et 53
in ius transire Romanum, *i. e.* in dicionem R. 5, 37
inlustrare = ornare 1, 11 inlustrandi habitu consulari
inofficiositas Ep 3. Ep. 4, 11
inpraestabilis deus, *i e.* qui rogatus nihil praestat et concedit, *fere idem quod*, inexorabilis 4, 53
inquinamentum 7, 89
insinuatio = commendatio Ep. 1, 3
insinuator salutis atque animarum sermo E 4, 1
instar: iudicavit ad instar futuri iudicii 1, 38
interdictorium praeceptum, *i. e.* praec. prohibitorium *sive* interdictum E 3, 73
invitator 1, 36
ipse = idem· 4, 11 ipsi in nobis mores sunt, qui in servulis nostris. 4, 12 id ipsum scelus in nobis probabile esse ducimus, quod in aliis severissime vindicamus. 5, 6 non possunt dici ipsa, quae sunt in aliqua sui parte vitiata. E 2, 9. E 3, 41
iter agere 1, 42. 6, 56. E 2, 40
itinerantes 1, 43
iuxta (*i. e.* praeter) divitem quotus quisque non est pauper aut actu aut statu? 4, 20

locaticias manus uxoribus barbarorum subdit (captiva mulier) Ep. 1, 6
loqui aliquid *pro* de aliqua re: Praef. de gub. dei 1 causas quas loqui vellent *etc.* 6, 18

manna *indeclinabile* 1, 45. 55. E 2, 23
meus: Ep. 1, 2 mi dilectissimi; Ep. 1, 4 mi dulcissimi; Ep. 7, 5 mi domini venerabiles; E 4, 1 domina mi ecclesia. *cf. Neue Formenl. der lat. Spr. II, 188 ed. II*
moderamen dei 1, 5
monstriferus 5, 42
mundanum corpus 1, 20
mundiales homines Ep. 9, 11; m. res E 1, 2; mundialia negotia Praef. de gub. dei 1 *etc.*
muniis agrorum enecantur (pauperes) 5, 43

ne *pro* ut non: Ep. 4, 22 ut sic eis . . satisfaciant, ne necesse habeant vindicare. E 3, 44 ita eos diligite, ne vos odisse videamini
necdum = nondum: 5, 48 damnationem perferimus iudicantis dei et necdum nos agnoscimus iudicari. 4, 42. 6, 52 et 56. E 1, 41
negotiatrix E 1, 6
nihilominus = *indessen*: 4, 16 mendaces (servi) esse dicuntur: ad mendacium nihilominus atrocitate praesentis iudicii coartantur.
notare = reum facere alicuius rei: E 4, 29 illos . . impudicitiae salvator non notavit
nubilum erroris E 1, 43
nugas = nugax 7, 6 (*bis*); *cf. Wissenschaftl. Monatblätter v. Schade (1877) vol. V. 14 sq. et 31*
in nullo = in nulla re 5, 30. 7, 37. E 4, 41

obsequellas tibi noxias fuge E 3, 95
obsequium: 6, 99 domini nonnulli mancipia obsequiis suis non necessaria

mercedibus dependendis locant. 3, 39 tam necessariae nobis sunt quaedam domesticorum obsequiorum necessitudines, ut his quasi oculis interdum aut manibus utamur. 5, 43 post mortem patris nati obsequiis iuris sui agellos non habent.
odiens 3, 12
omnipotentia 2, 25
opiniuncula E 4, 26 si profutura ea tibimet vel tenui op iudicares *etc.* Ep. 7, 5
ordo haec (*al.* hic) rerum gestarum 1, 42

paenitere *personaliter* 5, 53 sq. E 1, 38. 54. E 3, 30
paenitudo E 1, 46
panchresta *i. e.* dulcia placenta quibus infantes placari solent 6, 92
parcitas. E 3, 69 eos qui seminant in parcitate (= parce), benedictionem metere non posse
pascha celebrato 1, 41 *cf.* manna
passio = affectus animi: 1, 32 non quod deus ulli subiaceat passioni. 4, 34 iracundiae passio
passivitas: 7, 16 quantum ad passivitatem libidinis pertinet, quis non coniugem in numerum ancillarum redegit? 7, 18 illi . . minore, ut reor, numero criminum ac passivitate peccabant
peculatio = peculatus 7, 91
pecudes *gen. mascul.*: 7, 18 in morem eorum pecudum, qui mariti gregum appellantur
pedum, *i. e* baculum pastorum E 2, 41
perditio: 6, 3 omnes admodum in perditionem ruunt. 6, 78 simul (erant) omnia, luxus, potationes, perditiones. E 1, 3 luxuriae, impudicitiae, perditiones successerunt
perierare *et* perieratio 4, 68. 76 *etc.* 4, 77 perieratur deus, *i. e.* periurio violatur
permittuntur soli inter Gothos impuri esse Romani 7, 24; ad has pervasiones servus nec aspirare permittitur 4, 22; non permittuntur ut serviant 4, 14; *cf.* 5, 26. E 1, 47
pervadere: 5, 59 quamlibet cuncta occupes, quamlibet cuncta pervadas, vicinum semper invenies. E 1, 7 *etc.*
a pervasione rerum alienarum non abstinent 5, 54 *etc.*
pervasores rebus eorum incubant 5, 43
petaminarii 6, 15
pietas dei (pius deus) = misericordia 1, 48 *item persaepe alias*
placatrix dei ecclesia 3, 44
pleonasmus: 3, 38 idcirco itaque ait dominus *etc. sic item* 4, 48 *et Ep.* 9, 16 idcirco igitur *etc.* 4, 22 ergo ut ad superiora redeamus, quid est igitur, in quo non nobiles polluantur? 6, 4 beatissimus quoque Paulus apostolus etiam unum de ecclesia malum expulit. E 1, 23 quamquam haec licet se ita habeant *etc. Cf. supra s. v.* enim
plusquamperfectum coniunctivi pro imperfecto: 6, 75 sufficere debuerat emendationi prima captivitas, ut instauratio peccatorum non instaurasset excidium.
si possibilitas pateretur 5, 38
potestas = magistratus 1, 11. 4, 21. 5, 35 potestates summae. 3, 46 inlustres potestates
praefigere loca sudibus 6, 14
praesumptuosus: 7, 33 audiant hoc omnes improbi, audiant omnes praesumptuosi *etc.* . . . loqui universos adversum se deus dicit, qui liberari se viribus suis posse praesumunt.
praevaricari a lege = desciscere 4, 95
praevaricatio a symboli sacramentis 6, 31
principalia = initia 6, 26
probrositas morum 3, 46; p. vitiorum 3, 50
procuratores inter servos 4, 15
profectus = emolumentum, utilitas Ep. 9, 3 sq.
promptuarium: 7, 60 ubi maiores thesauri (quam apud Afros)? ubi maior negotiatio, ubi promptuaria pleniora?
propitiatio E 1, 63
protestari = publice testari E 3, 55

quam *insolentius positum:* 2, 22 ut feralissimo crimine non pater tantum absens deformaretur, quam oculi etiam (= sed o. etiam) totius orbis publico foedarentur incestu. E 3, 51 non tantum — quam = non tantum quantum
quamvis = sed, tamen 4, 13 plura sunt ac maiora (vitia) dominorum, quamvis non omnium. 1, 48 censura fuit, quod castigavit dominus, pietas, quod pepercit, quamvis utrumque impari modo. 2, 8 ecce habes iugiter disponentem deum, iugiter gubernantem: quamvis in isto scripturae loco non gubernatio tantum sacra, sed etiam dignitas declaretur humana. 3, 5 quicquid vel agnosci per suos vel praedicari deus voluit, non tacebo: quamvis prius quam loqui ordiar, scire cupiam, cum Christianis mihi loquendum an cum paganis sit. 4, 22 ad has pervasiones . . servus nec aspirare permittitur. Quamvis mentiar; quidam enim ex servis nobiles facti aut paria aut maiora fecerunt *etc. et sic persaepe in exceptionibus, ut* 1, 9. 51. 53. 2, 1. 3. 4, 67. 6, 90. 7, 5. 17. 20. 82. 91. 8, 20. E 1, 14 E 3, 30. 66 *etc. et semper cum coniunctivo. Sic item ponitur* quamquam, *velut* 3, 43
quanti = quam multi 3, 24. 4, 28. 89; *cf.* tanti
quia = quod *loco accusativi cum infin.* 2, 5 vides quia non potes queri. E 4, 45 nescis quia tu es miser. 3, 27 considerandum est quia nulli servorum licet eligere *etc. et sic fere semper cum indicativo, ut* 1, 31. 2, 4. 4, 46. 64. 6, 2. 19. 7, 101 *etc. contra cum coniunctivo* 3, 4 cum legimus dictum a deo, quia aspiciat iugiter omnem terram. 4, 7 quo hoc indicat, actus bonos christianae fidei quasi testes esse, quia Christianus . . adprobare non possit *etc.* 4, 8 ostendere illud volens, quia nihil sibi . . usurpare deberet *etc.*
quilibet = quicumque 6, 38 et 49
quippe enim *coniuncta:* 1, 40 in Aegypto quippe tunc enim multiplex constat dei fuisse supplicium.
quod *post verba dicendi, putandi etc. pro accusativo cum infin.* 1, 6 non puto quod praesens est qui sacrificio interest. 1, 37 dicens quod clamor Sodomorum ad se ascenderit. 1, 44 sic scriptum est quod . . dixerit ei dominus. 3, 59 quae esse spes ullis potest, quod liberari mali a paucissimis bonis possint? 6, 49 intellegere possumus quod . . damnamur. 6, 70 an credimus quod captivus animis populus ille non fuerit? 8, 25 et miramur, si nunc barbaros illi perferunt, cum videamus quod sancti viri in illis barbaros pertulerunt; *et sic saepe alias*
quod *post* ita, sic *pro* ut: 1, 15 ita eum voluit infirmitati suae consulere, quod noluit tamen ad fortitudinem pervenire. 7, 89 ita delicias corruptorum hominum indepti sunt, quod corruptelas morum repudiarunt. 7, 96 sic impudicitiam (Wandali) summoverunt, quod impudicas conservaverunt. 7, 107 tantum apud illos proficit studium castitatis, non solum quod ipsi casti sint (sunt?), sed . . castos etiam Romanos esse fecerunt. 4, 14. 5, 32. E 2, 8. E 2, 19 quo fit, quod qui se obtemperantem tunc legi praebuit, quasi evangelia complevit.
quod *post* dubito, dubium est *v. s. v.* dubito
quod *post* vereor: 5, 7 vereor quod qui non bene observamus, nec bene lectitamus.

redhibitio = retributio 4, 50. E 2, 54
refrigerium E 3, 46 et 48. E 4, 35
religionem profiteri = vitam monasticam eligere E 2, 11. E 2, 47 nos non alia causa religionis philosophiam (*i. e.* vitam asceticam) adpetivimus quam quod *etc.*
repensatio E 4, 17
reprobus: 4, 86 cum sint abominabiles et increduli, ad omne autem opus bonum reprobi. 7, 77 tradidit illos (Afros) in reprobum sensum, ut faciant quae non convenit.
respondeam = respondebo 2, 1
retributor (= *Wiedervergelter*) 1, 33
ruere in aliquos *in re venerea dictum* 7, 70; *cf. Oudend. ad Apul. Metam.* 7, 21
rupices paginae 1, 43

sacer: 4, 74 quasi iussu aut scripto id sacro (*i. e.* imperiali iussione vel epistola) faceret
salgamarius E 4, 38
salus *proprio sensu dictum de salutatione et dedicatione operis.* Praef. de gub. dei 4
salvo eo quod = excepto quod (*abgesehen davon*) 5, 14
sancti Christiani, *i. e.* veri ac fideles 1, 7
satis = admodum, vehementer: 4, 14 non satis (*i. e.* vehementer) a nobis accusandi sunt qui divino sermone accusantur. 7, 78 res satis (= valde) flagitiosa. Ep. 1, 2 satis diligere *etc.*

scholasticus = eruditus Praef. de gub. dei 2
scriptiuncula Praef. 3
securitas = cautio, pignus. E 3, 72 habes indubitabilem futurae retributionis securitatem, habes recipiendorum bonorum operum idoneum vadem.
si = *graecum* εἰ *in sententiis interrogativis*: 3, 55 videamus, si . . a malis ullus immanis est. 3, 53 videamus, si vel id ipsum parum sit carens crimine. 8, 25 miramur, si nunc barbaros illi perferunt. E 2, 71 dicite mihi, quaeso, si esse ulli omnino homines tam saevi . . adversum inimicos suos possunt, quam sunt isti adversum se, *et sic saepe alias idque fere semper cum indicativo.*
sicut *pleonastice pro* sic: 5, 54 quomodo igitur tales isti paenitentiam se egisse non paenitent, sicut etiam illi de conversione aliquid cogitasse *etc.*
silentiarii inter servos 4, 15
somnolentia 6, 81
spercula (parva spes) E 3, 81
subexcusare 4, 14
sublimator 1, 36
substantia = *Wesenheit, Existenz*: 4, 41 qui nihil a deo aspici affirmant, prope est ut cui aspectum adimunt, etiam substantiam tollant.
sufficientia: 4, 14 consuetudini magis (servorum stipendia) quam sufficientiae satisfaciunt.
superexcellens cumulus rerum E 3, 76
superfluus: Ep. 4, 2 ne qui ex superfluo metus sit.

tanti = tam multi 4, 28. 89; 6, 43
tantum (*i. e.* tanto opere) praesentem inopiam fugitis E 2, 67
temporarie 5, 40 7, 94
timens insinuationem meam minus gratam fore Ep 1, 3, *sic item* Ep 1, 2 quod mihi accidisse vereor
toleratu humano indigna 3, 28
tollisset = sustulisset 4, 74
tractare = percensere, numerare. E 1, 61 cum tractaveris delicta tua ac taxaveris *etc*
tritura *metaphorice*: 4, 69 nihil aliud est vita istorum omnium quam meditatio doli et tritura (*i. e.* exercitatio) mendacii.
tulit = sustulit *s.* abstulit 5, 43. 7, 7. E 2, 40. E 3, 29

uber fecunditatis 7, 8
ubi: Ep. 4, 8 in hoc, ubi ideo suscensetis (*i. e.* cum suscenseatis) . . ignoscite quod dicturus sum. E 1, 27. 32 *etc.*
unde: E 3, 17 de his, unde nunc loquimur, etiam post haec aliqua subdemus; *cf.* hinc
unum est (= perinde) ac si quisquam dicat E 3, 35
usurpare. 7, 41 quidquid facturum se usurparat (*i. e.* praesumpserat), ipse passus est . . sapientiae summam usurpavit, ignominiam temeritatis incurrit. 1, 49 is qui colligere ligna (sabbato) usurparat, occiditur. 4, 8 sibi usurpare = sibi adsumere, arrogare
usurpatrix innocentiae arrogantia 4, 56
ut *insolentius positum* 4, 41 quid tam furiosum est quam ut aliquis . . neget? 7, 9 quid rectius aut quid dignius quam ut *etc.* 7, 42 quod evidentius dei iudicium esse potuit quam ut *etc.* 7, 36 quae ratio est ut . . grati esse velimus? 8, 13 illis hoc satis non erat ut . . nec sufficiebat ut *etc.* Ep 1, 2 quam acerbum est ut causa odii amor esse cogatur Ep. 4, 23 praeposterum est ut *etc.* Ep. 9, 18 optimum fore credidit, ut evangelistae sequeretur exemplum. Ep. 9, 20 congruum existimavit ut . . sacraret E 2, 36 quae insania est, ut non . . facias. E 2, 57 et E 3, 24 dicet ut *etc.* E 3, 62 quid causae est ut *etc.* E 4, 1 mirum est ut *etc.* E 4, 19 nihil minus (*sc.* est) quam ut non egeat. E 2, 40 hoc parum existimavit ut . . auferret, nisi etiam peram ipsam sustulisset. E 2, 31 nec ego abnuo ut . . ita esse credatur 4, 8 numquid erravit apostolus, ut . . compararet? 4, 54 meremur ut ista patiamur *et similiter multis aliis locis*
utrumnam = utrum 1, 48
utrumne E 3, 52

vel = saltem: 5, 60 disce vel a pagano homine verum bonum. 4, 21 vel tenuem spiritum agentes 7, 29 vel sic *etc.*
veniabilis, *i. e.* venia dignus E 4, 40
vereor *sequente infinitivo*, *v.* timeo
viatrix 1, 42 agit iter (gens Hebraeorum per eremum) sine itinere, viatrix sine via, praevio deo *etc.*
visio (*i. e.* intuitus) domini in omnes 2, 5
volo quam = malo quam: 4, 10 ille . . vult nos clementis censurae temperamento emendare quam plaga iustae coercitionis occidere. 5, 49 deus agnoscere nos peccata nostra vult quam sustinere.
volutabrum: E 1, 45 admoneo omnes ut . . licet lapsi sint, non commorentur in lapsu nec in volutabris suis sordentium suum more versentur.

Typis expresserunt Breitkopf et Haertel Lipsienses.

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI I PARS POSTERIOR

EVGIPPII VITA SANCTI SEVERINI

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVII

Eugippius

EVGIPPII

VITA SANCTI SEVERINI

RECENSVIT ET ADNOTAVIT

HERMANNVS SAVPPE

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVII



PROOEMIUM.

Quam turbulentus in Norico ripensi rerum status omnium saeculi quinti parte altera fuerit, Eugippius, testis oculatus, in eis, quae de vita S. Severini scripsit, luculentissime exposuit. In ripa enim septentrionali Danuvii, Norico ripensi, quod fere a Batavis castris (Passau) ad Asturis oppidum (Klosterneuburg) et Cetium montem pertinebat, opposita, Rugi consederant, qui ne flumine traiecto diriperent omnia atque infestarent, incolae provinciae romanae precario tantum impetrabant. Namque praesidia militum romanorum, quae antea fuisse in Notitia dignitatum occidentis legimus, non iam in oppidis erant (Eugipp. c. 20) et si qui milites reliqui erant, ne a praedonum quidem latrociniis tueri incolas audebant (c. 4).

Ita factum est, ut Romani barbaros pactionibus factis in oppida reciperent et cum eis coniuncti aliorum incursiones hostium arcere conarentur (c. 2), eoque modo et Favianis et oppida complura alia in Rugorum potestatem venisse verisimile est (c. 31 § 1. 42 § 1). Neque vero Rugi tantum perpetuo imminebant, sed etiam Alamanni,

Thuringi, Heruli, Gothi crebris incursionibus omnia infesta atque incerta reddebant (c. 19, 1. 25, 3. 27. 31, 4. 24, 3. 22, 4. 17, 4). Itaque Quintanenses oppido suo relicto Batavis sedes transtulerunt, paulo post vero cum maxima parte Batavinorum et incolis aliorum oppidorum Lauriacum commigrarunt (c. 27, 1. 28, 1. 31, 1), denique omnes etiam hoc oppido relicto Feva Rugorum rege auctore et Severino rem omnem moderante in oppida Norici magis etiam orientem versus sita concesserunt (c. 31). Magistratuum romanorum, ducis praecipue Pannoniae primae et Norici ripensis (Not. dignit. occid. 1, 40. 5, 138 S.), nec vola nec vestigium ullum apparet: nam quod R. Pallmann (hist. migr. popul. 2 p. 390 sqq.) Pierium comitem provinciam administrasse opinatus est, quem Romanos a. 488 in Italiam ex Norico deduxisse Eugippius tradidit c. 44, 5, comitem eum domesticorum fuisse Anonymus valesianus testatur, eos vero comites saepe ad res in provinciis ordinandas missos esse ex eis intelligimus, quae Ammianus 15. 3, 10. 5, 22 narrat (cf. E. Boecking ad Notit. dign. occ. p. 395). Quare quod Odoacer a. 488 Romanis e Norico in Italiam migrare iussis Noricum non iam ad imperium romanum pertinere aperte declaravit, id re ipsa iam dudum factum erat.

Turbulentis igitur illis temporibus haud multo post Attilae mortem (a. 452) Severinus monachus in eas regiones venit et usque ad d. 8. m. Ianuarii a. 482, quo mortuus est (cf. c. 43, 9. 44, 6. Pallmann l. d. p. 413), non tantum monasteriis in oppidis compluribus institutis permultos ut severa disciplina coerciti pietatis operibus vitam dicarent permovit, sed vitae sanctitate et animi constantia summam et apud Romanos et apud Germanos, quanquam arianae addicti erant doctrinae, auctoritatem habuit. Nam etsi quae eius opera et consilio effecta esse Eugippius narrat discipuli pietate aliquantum exornata et in maius elata esse facile concedimus, tamen ea, quae de Odoacro et de Rugorum regibus tradidit, cum speciem veritatis prae se ferant, satis ostendunt, quanta omnes observantia virtutem viri sanctissimi reveriti sint. Atque Eugippii relatio confirmatur eis, quae Ennodius aequalis in vita B. Antonii monachi p. 418 Sirm. de eo dicit: mox tamen ad illustrissimum virum Severinum ignara fuci aetas (sc. Antonii) evolavit: qui, dum eum mulceret osculis, futura in puero bona quasi transacta relegebat (l. retegebat). Fuit enim, cuius meritis nihil esset absconditum. Anno vero sexto post Severini mortem (a. 488) *) cum Onoulfus, Odoacri frater, Fredericum, Rugorum principem, denuo vicisset, Odoacri iussu cum Romanis omnibus monachi quoque Severini Norici oppidis relictis in Italiam commigrarunt eoque etiam corpus magistri mandato eius obsecuti secum transtulerunt (c. 44, 5 sqq.). Quod paucis annis post Gelasii episcopi romani (a. 492—496) auctoritate in castello lucullano prope Neapolin

*) Quanquam alterum contra Rugos bellum, cuius quod sciam mentionem praeter Eugippium nemo fecit, quo anno gestum sit certum testimonium non exstat, tamen a. 488 parte priore evenisse iure videntur homines docti iudicasse, cum sub finem demum a. 487 Odoacer Fevam et Gisam captivos Ravennam deduxisse in chronico quod dicitur Cuspiniani dicatur (p 667 ed. Mommsen), a. 489 autem Odoacri et Theoderici certamina in Italia initium habuisse certum sit.

mausoleo splendido a Barbaria, femina illustri et pia, condito illatum est atque in monasterio eodem loco constituto discipuli Severini severa eius praecepta secuti sunt (cf. Gregorii Magni epistol. 3, 19. 11, 31). Ei monasterio post Marcianum Eugippius praefuit (c. 37), qui per multos annos cum Severino in Norico vixerat (epist. ad Paschas. § 10. epist. Paschasii § 3. Qui cum a. 511, duobus annis post Importunum consulem (epist. ad Paschas. § 1: neque quidquam video causae esse, cur cum Fr. Rettberg hist. eccles. Germ. I p. 227 ea verba suppositicia esse existimemus, eaque genuina esse etiam Isidori verba quae infra adscribemus testari videntur) vitam Severini enarrare constituisset, quae vel ipse vidisset vel a maioribus natu monachis audivisset libello etiamnunc superstite breviter complexus est, cuius gravitatem et praestantiam Fr. Rettberg l. d., W. Wattenbach de fontibus hist. german. 1³ p. 39 sqq., M. Büdinger hist. austriacae 1 p. 47 sqq., A. Ebert hist. liter. lat. christian. p. 431 sqq., Iul. Iung de Romanis et Romanensibus ad Danuvium p. 188 sqq., ut alios taceam, iustis laudibus extulerunt. Praeter hanc vitam Severini eius Excerpta quoque ex libris S. Augustini valde probabantur: cf. Cassiodorius divin. lectt. c. 23: convenit etiam, ut presbyteri Eugippii opera necessario legere debeatis, quem nos quoque vidimus, virum quidem non usque adeo saecularibus literis eruditum, sed scripturarum divinarum lectione plenissimum. Hic ad parentem nostram Probam, virginem sacram, ex operibus S. Augustini valde altissimas quaestiones ac sententias ac diversas res deflorans in uno corpore necessaria nimis dispositione collegit et in trecentis undequadraginta capitulis collocavit. Notker Salomoni tertio scribit: Et quod prae omnibus utile tibi puto, acquire Eugypium, qui ex omnibus libris profundissimi et penetralissimi eiusdem Augustini in omnem auctoritatem divinae scripturae utilissimum et valde necessarium volumen collegit (Pez, thesaurus anecdot. noviss. I^a p. 9^b = Dümmler, Formelbuch des Salomo III p. 65). Nam auctorem vitae Severini et Excerptorum ex Augustini libris unum eundemque esse, de qua re fuerunt qui dubitarent, Ioh Mabillon analect. 2 p. 11 docuit. Qui liber Basileae 1542 et Venetiis 1543 editus in Patrologiae mignianae vol. 62 denuo typis descriptus est. Etiam regulam monachis suis scriptam reliquit, teste Isidoro de viris illustribus c. 34 (ed. Arevali 7, 153): Eugipius, abbas lucullanensis oppidi Neapoli Campaniae. Hic ad quemdam Paschasium diaconum libellum de vita Sancti monachi Severini transmissum brevi stilo composuit. Scripsit et regulam monachis consistentibus in monasterio S. Severini, quam eisdem moriens quasi testamentario iure reliquit. Claruit post consulatum Importuni iunioris Anastasio imperatore regnante. quem secutus Honorius Augustodunensis de luminaribus ecclesiae c. 15 (p. 86 ed. Fabricii) haec habet: Eugippius abbas composuit vitam S. Severini monachi et regulam monachis. Atque magnam eum apud multos venerationem habuisse ostendunt epistolae Dionysii Exigui et Ferrandi diaconi carthaginiensis. Dionysius enim Eugippio presbytero, domino sanctissimo et plurimum venerando, scribit se

eius rogatu Gregorii Nysseni librum περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου (de condicione hominis) e graeco sermone in latinum transtulisse (cf. Io. Mabillonii anal. 2 p. 1). Ferrandus autem epistolam dogmaticam adversus Arianos aliosque haereticos ad Eugippium scripserat, quam A. Maius in nova collect. 3, 2 p. 169 sqq. ex codice casinensi edidit (Domino beatissimo et debita caritate peculiariter honorando sancto patri Eugippio presbytero Ferrandus exiguus in domino salutem). Atque eiusdem aliam epistolam eisdem verbis inscriptam nuper A. Reifferscheid in ind. lectt. hiem. vratislav. 1871/2 p. 6 sq. ex alio codice casinensi edidit, qua se iussu Eugippii campanam mittere scribit.

Vita vero Severini, postquam publicata est, multum lectitata est atque omnia, quae de Severino memoriae prodita sunt, si Ennodii locum supra adscriptum excipimus, ad Eugippium videntur referenda esse. Sic Anonymus Valesianus, vel si G. Waitz sequimur (Soc. lit. gotting. ind. menstrui 1865 p. 112) Maximianus, episcopus Ravennas (a. 546—552), quae de Severino et Odoacro § 45—48 narrat, omnia se ex Eugippii libro desumsisse ipse dicit (§ 45): de quo ita invenitur in libris vitae beati Severini monachi intra Pannoniam. Cf. Eugippii vita c. 7 et 32. Deinde Isidoro Hispalensi, mortuo a. 636, eam notam fuisse paulo ante vidimus. Etiam Paulus Diaconus ea usus est, nam et in histor. miscella l. 15 (p. 968 Migne) Odoacro Severinum regiam potestatem praesagivisse fere eisdem verbis narrat, quibus Eugippius c. 7 eam rem tradidit. Atque ea quoque, quae in historia Longobardorum 1, 19 habet: in his Noricorum finibus beati tunc erat Severini coenobium, qui omni abstinentia et sanctitate praeditus multis iam erat virtutibus clarus. Qui cum eisdem in locis ad vitae usque metas habitasset, nunc tamen eius corpus Neapolis retinet, eum Eugippio debere, ea docent quae deinde de Feletheo, qui dictus est Feva, et Gisa, eius uxore, narravit. Qua vero pietate in monasterio illo lucullano ipso liber Eugippii lectitatus et servatus sit, hymnus ostendit, quem A. F. Ozanam in documentis ineditis historiae literariae italicae (Parisiis 1850) p. 241 sqq. (cf. p. 107) publicavit, desumtum illum ex codice vaticano 7172 saeculi noni (v. Ozanam p. 105). Cuius auctorem cum prope omnia Eugippio debere appareat, eum editioni huius vitae addendum esse putavi, singulis locis, quibus auctor usus est, in margine indicatis.

Atque per totam Italiam vitam Severini divulgatam et saepissime descriptam esse multitudo codicum demonstrat, qui adhuc superstites sunt, et id ipsum, quod multum lectitabatur, videtur effecisse, ut antiquiores perierint, postea tantum descripti, cum studium libelli sensim sensimque refrixisset, servati sint. Neque enim in Italia codex ullus saeculo decimo antiquior hucusque inventus est. Quis vero mirari possit, quod etiam in eis regionibus, in quibus Severinus olim vixerat, Eugippii vitam magno plausu exceptam studiosissimeque et lectam et descriptam esse patet? Atque iam a. 903 d. VIII. m. Septembris Burchardus patavinae (Passau) ecclesiae praesul Vitam Sancti Severini confessoris a Madalwino chorepiscopo traditam accepit (Monument. boicor. 28, 2 p. 200 sq. cf. Wattenbach. l. d. p. 43). In bibliothecis vero monasteriorum, quorum in utraque ripa Danuvii inter Passavium et Vindobonam numerus satis magnus

est, fere omnium codices Eugippii etiamnunc servantur, ex aliis in bibliothecas vindobonensem et monacensem translati sunt. Quos codices si inter se conferimus, etiam in hoc libro evenisse facile intelligimus, quod fere omnibus accidisse videmus, qui temporum decursu saepissime descripti sunt, ut sensim sensimque vel ignorantia vel socordia vel licentia describentium valde corrumperentur. Neque mirum est, quod in magno codicum Eugippii superstitum numero nullus exstat, in cuius bonitate acquiescere ita possimus, ut reliquorum subsidio non opus sit, nam inter librum Eugippii manu scriptum ipsius et vetustissimos eorum, qui exstant, plus quadringenti anni interpositi fuerunt, quibus libellum saepissime descriptum et complura codicum, ut ita dicam, saecula interiisse verisimile est. Atque corruptionis initia valde antiqua esse paulo post ostendam. A. Bethmann autem, qui Eugippii in monumentis historiae germanicae edendi olim curam in se susceperat, triginta codices vel ipse contulit vel collatos ab aliis cognitos habuit, quorum lectiones ad Pezii editionem accommodatae et discriptae mihi praesto fuerunt. Quorum codicum eos, qui in monasteriis ad Danuvium sitis exstant, ex quorum uno, mellicensi, Hieronymus Pez in scriptorum austriacorum vol. 1 p. 64 sqq., adhibitis etiam tribus aliis, lunaelacensi florianensi sancrucensi, librum edidit, corruptissimos esse neque ulla fide dignos iure existimavit. Itaque eorum lectionibus prorsus omissis accurato eius rationis, qua vita Severini nobis per temporum decursum tradita est, intellectui magis prospici putavi, quam obscuratis earum multitudine graviorum codicum lectionibus. Sed etiam inter codices italicos, quos integriores et fide digniores Bethmannus esse intellexit, delectum habendum esse existimavi. Nam, quod Bethmannus ipse vidit, codex tabularii lateranensis (*L*) reliquis et vetustior est et multo praestantior, ita ut eum fundamentum esse huius editionis voluerim. Passionale est quattuor tomis constans, saeculo decimo in chartis pergamenis formae maximae binis columnis scriptum, numero 79 notatum. Manus haud multo recentior nonnulla mutavit et indicem capitis decimi atramento nigro addidit, cum reliquorum capitum indices et literas primas rubro colore prior adscripserit. Hugo Hinck eum summa diligentia cum editione A. Kerschbaumer (Scaphusiae 1862) contulit atque Hinckii accurationem haud paullo maiorem bethmanniana fuisse compluribus locis codice denuo inspecto apparuit. Quanquam vero eum praestantissimum esse demonstrari potest, tamen pauca quaedam errore librarii vel omissa vel minus recte scripta sunt, ita ut aliis codicibus collatis opus sit. Quare eius lectionibus addidi vaticani 5772 (*V*) lectiones, qui liber fuit S. Columbani de Bobio, et ipse saeculo decimo exeunte sive undecimo in chartis pergamenis formae maximae binis columnis scriptus. Is indicibus capitum caret neque epistola Paschasii addita est. Etiam hunc codicem Hugo Hinck sua diligentia, hoc est, maxima cum editione Kerschbaumeri contulit. Tertius ad lateranensem et bobiensem accedit mediolanensis ambrosianus (*M*), in chartis pergamenis formae quaternariae saeculo undecimo sive duodecimo scriptus, a Benedicto Niese cum eadem editione accuratissime collatus. Ne hic quidem indices capitum et epistolam Paschasii continet. Atque ut horum codicum duorum potissimum rationem haberem, duabus causis permotus sum. Primum enim cum in rebus gravissimis cum lateranensi fere eis conveniat, in aliis ab eo ita

discrepant, ut alius originis indicia habeant et pauca quaedam emendatiora et pleniora exhibeant, quam lateranensis et reliqui omnes, inter quos ab eorum similitudine proxime codex S. Emmerami ratisbonensis abest, quem M. Welser in editione sua (Augustae Vind. 1595) secutus est, et codex Nicolai Belfort, quo Bollandus in Actis Sanctorum (vol. 1 p. 483) se usum esse dicit. Altera causa haec fuit, quod horum codicum lectiones ab Hinckio et Niesio ita enotatas esse videbam, ut quid in eis scriptum exstaret certissime constaret, cum in congerie Bethmanni undique collecta et ad Pezii editionem operosissime accommodata haud paucos errores inesse intelligere mihi viderer. Atque in horum codicum, lateranensis bobiensis vaticani mediolanensis testimoniis acquiescere volebam, cum ab I. Friedrich in historiae ecclesiasticae Germaniae vol. 1 p. 432 sqq. cum codices Eugippii monacenses omnes, tum quattuor folia codicis saeculo nono scripti summis laudibus efferri eamque recensionem emendatissimam perhiberi vidi. Continent ea folia (cod. lat. 1044), prima duo et postrema duo unius quaternionis, epistolam Eugippii et c. 1 § 2 roboratus — c. 4 § 3 ceperis atque c. 14 § 1 fidei — c. 22 § 3 presbyter haec, sed c. 2 § 2 servata — c. 3 § 1 a tan et c. 16 § 1 Accidit — § 2 abscessissent abscissa sunt. Itaque Carolum Halmium, veterem amicum, precibus adii, ut mihi quattuor illa folia Gottingam mitteret. Quod cum benignissime fecisset, eis foliis magis cum codicibus *VM* quam cum *L* convenire, propius etiam ad similitudinem eius accedere, ex quo welseriana expressa est, sed haud raro ea habere, quae literis exemplaris propositi vel male vel non intellectis utcunque fieri posset reddita, interdum coniectura temere substituta essent, facile perspexi. (Notavi litera *D*.) De qua re ut etiam aliis persuadeam, pauca exempla afferam. Sic epistolae ad Paschasium § 7 extrema in codd. *VM* verba addita sunt: tamen quid hinc ab ineunte aetate cognoverim non tacebo, sed in *D* (h. e. Decurtato) est: tamen quid hinc habendum etate cognoverim non tacebo. § 11 non solitudinem, sed sollicitudinem habet, deinde *LVM* sicut ipse clauso sermone tanquam de alio aliquo referre solitus erat, Pezius cum codd. a Bethmanno collatis plerisque: sicut ipse causas perventionis suae tanquam de alio loqueretur referre solitus erat, Bollandus cum codice ut videtur Belfortii: sicut ipse causa secretiore tamquam de alio loqueretur ferre solitus erat, *D* vero: sicut ipse causa servitione tanquam de alio loqueretur ferre solitus erat. Vitae 1 § 3 hospitium *LVM*: hospitem *D* § 4 artissima *LVM*: notissima *D* § 5 discussus *LVM*: diu usus *D* 3 § 3 evidentius *LVM*: videntibus *D* 17 § 3 mirabili *LVM*: miraculi *D* 19 § 4 internuntius *LVM*: iterum nuntius *D* § 5 repertus *L*: reperturus *VM*, recepturus *D*. Itaque quod I. Friedrich de hoc codice iudicavit, probare non possum neque omnino monacensium codicum recensionem iustis ille videtur laudibus extulisse. Ecquis enim pro veris habebit, quae hic lectionibus a me probatis singulis locis subieci? Paschasii ep. § 2: posterorum (nesciunt enim facta priorum praeterire cum saeculo), ut omnes praesentem habeant et secum quodammodo sentiant commorari, quibus eum relatio pervexerit lectionis] posterorum. Nesciunt facta priorum praeterire cum seculo, sed ita perdurant, ut omnes res quandam sui

exhibeant praesentiam per lectionis necessariam vel compendiosam frequentiam. Vitae 1 § 1: in vicinia Norici Ripensis et Pannoniorum parvo, quod Asturis dicitur, oppido] in vicinio Norici ripensis et Pannoniorum partibus, quod Asturis dicitur, oppido 3 § 1 venire] ventum ire 4 § 5 cives tantum ab opere dei nec prospera nec adversa retraherent] si cives tantum ab ore dei n. pr. n. a. r. § 9 in illis regionibus] nullis regionibus § 11 Ut aliquid boni possimus, eligimur] ut aliquid boni possimus. Iam, ut speramus, a domino Iesu Christo elegimur 5 § 2 pacem appetere etiam minimorum] p. a. etiam inimicorum brachium suum] brachii sui § 3 turba latrocinantium barbarorum — captivasset] turba latrocinantium et barbari — captivassent 6 § 2 veste — se velociter exuens] vestem — se velociter exuens 9 § 3 sciens adversarium saepe subrepere sub nomine sanctitatis. Episcopatus quoque honorem] sciens adversarium saepe surripere, ac sub nomine sanctitatis episcopatus quoque honorem 11 § 1 armarentur] erudirentur (sed cf. c. 25 § 3) § 5 claruisse] caruisse 12 § 1 locustae — insederant copiose noxiis morsibus cuncta vastantes] locustae — noxiis morsibus cuncta erant vastantes § 2 quae docet] et exsequi potestis § 6 intercessionibus eorum delicti sui veniam fusa lamentatione poscebat] intercessiones eorum fusa lamentatione poscebat 20 § 1 in itinere peremptos] interemptos 24 § 2 perge velocius] perge velociter (cf. indicem gramm. s. v. comparativus) capientur] caperentur 25 § 1 frequentare solitus cum venisset et — moraretur] frequentare solitus est et cum — moraretur 26 § 2 vitae mortalis est compedibus absolutus] vitae mortalis est compendiis absolutus 28 § 2 elementum] alimentum 29 § 2 mox cupitum reserat iter] et mox cupitum iter gerebat § 3 recenti vestigio] regente vestigio 30 § 4 silvarum occultati nemoribus] silvarum occultatione morantes § 5 gratiam viguisse propheticam; isset nempe tunc plebs inoboediens universa captiva] gratiam viguisse prophetiae, cum esset uno impetu plebs inobediens universa captiva 32 § 1 litteras dirigens, si qua speranda duceret, dabat suppliciter optionem] litteras dirigens dabat suppliciter optionem, ut vir dei aliquid ei imperare vellet § 2 integer inter] interimitur inter. Quas huius capitis lectiones nihil nisi interpolationes esse Anonymi valesiani testimonio certissime demonstratur: priorem inde ortam esse, quod sperare pro orando ab Eugippio dici non intelligerent, c. 43 § 4 ostendit, ubi pro eo, quod est in *LVM* sperate, in codd. monacensibus et aliis permultis (Velseri, pezianis, N. Belfortii) est orate, sed 19 § 4 omnes habent quid speraret. Alterum vero illud interimitur quomodo ortum sit, aliquo modo eo explicatur, quod in eis quae statim sequuntur verbis integritatem eius regni significans cod. *M* habet: interim eius regnum significans, ut compendia quaedam videantur non intellecta esse. Sed pergamus notabiliora codicum monacensium vitia recensere. 33 § 1 diuturno languore] diurno languore 36 § 3 iactantiae vanitatem] iactantiae veritatem correptus a daemone] correctus a daemone (vanitatem et correptus unice vera esse et sententia docet et Sulpicius Severus) 39 § 1 et propriam noctis principio psalmodiam] vel primam et propriam noctis principio psalmodiam (vel primam variam lectionem esse voci propriam sive superscriptam sive in margine additam eo comprobatur, quod in duobus codicibus et primam noctis principio psalmodiam scriptum esse

I. Friedrich testatur) 43 § 7 et verbo gratiae eius] et verae gratiae eius (Acta apost. 20, 32: καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ) in omnibus sanctificatis] in sanctificationibus (Acta: ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν) 44 § 5 immemor] immemor fuit § 6 in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat condientis] in quo nulla fuerant aromata condiendo 45 § 2 nutu signove pulsatus] vel manu vel signo pulsatus 46 § 5 cum sanitatem post immanissimum languorem recipere pro incessabili capitis dolore non posset] cum sanitatem post inmanissimum capitis dolorem recipere non posset § 5 extr. sufficiat tria — retulisse miracula] sufficiant ista — retulisse miracula. Quae paene omnia I. Friedrich sibi potuisse persuadere vera esse sane mirum est. Ego vero haec omnia exscribendi laborem non mihi defugiendum esse existimavi: ita enim futurum fuisse omnes intelligent, ut horum aliorumque codicum multorum lectionibus additis, quae A. Bethmanni diligentia enotatae ad manus erant, nihil nisi vel taedium moveretur vel criticae rationis intellectus obscuraretur. Sed ut *LVM* reliquis codicibus multo praestantiores esse apparuit, sic *L* testem fide digniorem quam *VM* esse iam paucis demonstrandum est. Et quanquam qui *M* scripsit de sententia saepe magis quam de verbis sollicitus rem levius egit quam *V* codicis scriptor, multarum communitate diversitatum efficitur, ut aestimatio coniungi possit. Epist. Eugippii § 2 animo promptiore mandavit] animo prompto remandavit *VM* ederet] scriberet *VM* maerore] timore *V* (cf. 28, 4 stupore] timore *V*) § 3 illo quo profluis orationis] illo pro quo fluis orationis *V*, ilico profluis orationibus *M* (cf. c. 19 § 4) nequaquam] non *VM* § 4 compositione vix praeparans] comparatione vix comparans *M* § 7 unde] ut inde *VM* § 9 cum potius — facilius possit evitare] cum possit — facilius vitare *VM* qua si me indignum veraciter designare cognoscis, quid te necesse est terrenam cognoscere, quam quaeris?] quam si me indignum desiderare cognoscere quam requiris *VM* (Eodem modo exciderunt in *M* c. 22 § 3 aperta — delictorum et c. 27 § 1 Sed — praedarentur, in *VM* c. 31 § 1 per homoeoteleuton ex quibus — Favianis, in *M* c. 31 § 5 vel gladio — redigi, in *M* c. 35 § 1 beati Severini — inhaerebat, in *M* c. 37 § 2 indicantibus sicut signaverant, in *M* c. 44 § 7 sortiti sunt — regionibus, in *M* c. 46 § 3 occurrit — quo) semper] saepe *M* Vitae c. 1 § 2 ut propter hostium insidias — misericordiae fructibus inhaererent] ut hostium insidias — miseriae fructibus inhiberent *VM* inquinati] inclinati *VM* 3 § 3 quae — mox solutae] qua — mox soluta *VM* (cf. § 3 extr. glaciali solutas frigore) 4 § 6 verbis instituens] verbis instituens animas auditorum *VM* § 7 deo propitio inhaereret] deo propitius inh. *V*, propius inh. *M* 5 § 3 latrocinantium barbarorum] latronum *VM* (cf. c. 4 § 1 praedones barbari) 8 § 4 petitura] poscens *VM* § 6 promittens] promittentes *VM* 9 § 4 retrorsum respiciendo] retrorsum aspiciendo *VM* 10 § 1 imminenti periculo non carebis] ab imminenti periculo non cavebis *VM* § 2 cellula] cella *VM* scameras] scamaras *M*, se amaras *V* 11 § 5 liquabat] liquavit *VM* 12 § 1 caelitus] divinitus *M* (cf. c. 11 § 5) § 4 iacebat] habebat *M* totoque] toto *M* quanti] quantum *M* 13 § 1 appellabatur] appellatur *VM* (cf. ad c. 24 § 1) reddituri] dicturi *M* concussis] excussis *VM* alterutra ferri ac petrae collisione] alterutra ac petrae c. *V*, alterutra hac

p. c. *M* 14 § 2 merear veniam — invenire] merear veniam *V* 15 § 1 loci eius] eiusdem loci *M* § 2 tabulatis] super tabulata *VM* § 3 postes facta oratione percussit] post haec facta *M* (cum literae es v. postes in cod. *L* manus secunda in litura addiderit, in communi codicum *LM* archetypo videtur per errorem postec scriptum fuisse) § 4 viciniam] vicina *M* 16 § 2 miles] milites *V* domino] domino sibi *VM* § 3 potuisse] posse *VM* pietatis] pietas *V* 17 § 2 angustiam] inopias angustias *M* (cf. c. 33 § 2 oratione ōre *M* et sanitate *V*) § 3 perceperat] acceperat *M* permaneret] maneret *VM* 18 § 2 ex illo decimas die promissio] ex illo decimas hęc promissio *VM* 19 § 2 desideranter] et desiderandum *M* nunquam semet] nunquam se nec *V*, se nunquam nec *M* § 5 quantus — repertus fuisset numerus] quantos — reperturus fuisset numeros *VM* a] ex *VM* 21 § 1 excurrente] latius (s. lacius) excurrente *VM* § 2 coegerunt] elegerunt *VM* sacerdotii] sacerdotis *VM* 22 § 2 deferetur] deferretur *VM* § 3 illis] eis *M* repletus] plenus *VM* dicto] audito *M* 23 § 1 eos] eorum *M* 24 § 1 amplius] eo amplius *M* mox enim] mox *M* § 2 praesagio] nuntio (s. nuncio) *VM* dilatione] dubitacione *V*, dubio *M* § 3 vastantes] vexantes *VM* 25 § 1 diebus aliquot] aliquot *V* grave repente excidium] grave repente exicium *M*, repente exitium *V* § 2 praestructus] perstructus *VM* (sed cf. c. 28 § 1 et 30 § 1) § 3 cordis] carnis *V* 26 § 1 perrexerat] pervenerat *M* 27 § 2 instruxerunt] construxerunt *VM* § 3 discedamus] descendamus *V* 28 § 2 elementum] alimentum *VM* § 3 quippe] itaque *M* § 5 numerum vasorum] numerum *VM* 29 § 1 includeret] excluderet *VM* § 2 effigiem viri dei] quendam in effigie (s. effię) viri dei *VM* § 3 ductus] ducatus *VM* 30 § 1 compulsa] compulsus *VM* § 3 noctis] hoc *M* § 5 isset] esset *VM* protestante] attestante *M* 31 § 6 in romani soli provinciam] in romanis (romanos *M*) ad suas provincias *VM* 32 § 1 si qua] quae *VM* § 2 integritatem eius regni] integri eius regni *V*, interim eius regnum *M* 33 § 1 primum] plurimum *M* § 2 semivivus allatus fuerat] semivivus reliquerat allatus fuerat *V* 35 § 1 imbecillitate plurimum praegravatus medelam] imbecillitatem plurimam patiebatur medelamque *VM* aegre ferens] egros ferens *M* § 2 videre] videndi *VM* 36 § 2 aut] vel *M* (cf. c. 44 § 3 autem] vero *M* § 4 atque] et *VM* § 5 tanquam] quasi *M*) 38 § 2 signo crucis obducto] signo crucis *M* 40 § 2 ut se] quo se *VM* § 5 et tolletis] tollite *VM* § 6 comprobavit] demonstravit *M* 41 § 1 celebranda] veneranda *M* 42 § 1 idem] ille *M* temeritate] severitate *M* § 3 per momenta] per monita *VM* durantibus] laborantibus *M* aeternae vitae] aeterna *M* 43 § 2 singulos] singulorum *VM* § 4 examinatione] examine *VM* § 6 affatu] affectu *V* § 7 conservare] consolari *M* § 9 praeterire] praeteriri *VM* (cf. c. 41 § 2) 44 § 6 unanimiter] humaniter *VM* § 7 idem iter] eundem iter *V* 45 § 2 et orasse et] et orasset *VM* 46 § 1 multo honore] cum multo labore *VM* § 2 occurrente] occurrentibus *M*. — Quae omnia quanquam *L* accuratius quam *VM*, satis propinqua illos cum eo cognatione coniunctos, scriptum esse ostendunt, tamen ea praestantia non tanta

est, ut his duobus codicibus supersedere possimus. Nam primum in *L* quaedam exciderunt, quae cum ad sententiam prorsus necessaria sint feliciter accidit ut in *VM* exstent. Sic c. 9 § 3 *M* unus verba servavit: reliquiasque sanctorum ab eo suscipiens viro dei detulit, quibus non additis reliqua intelligi non possunt eaque ab Eugippio scripta esse id quod praecedit se testatur, quod, cum illa verba casu in aliquo codice tempore satis antiquo excidissent, a librario, qui eum codicem descripsit, in illum s. eum mutatum est, ut Welserus dedit et in aliis codicibus multis habetur. Deinde c. 17 § 4 verbis vario cum obsidentibus Gothis certamine, quae in *V* exstant, carere non possumus, cum dimicantes sine illis locum tueri suum nequeat. *M* eadem verba suo more leviter mutata habet, *D* cum *V* facit. Porro c. 24 § 3 verba sed presbytero in *L* male omissa, in *VM* recte servata esse quae proxime sequuntur et reliquis atque presbytero evincunt. Denique c. 46 § 6 verba sunt curati et diversis obstricti languoribus in *VM* servata in *L* excidisse propter homoeoteleuton apparet, nam qui a daemonibus obsessi sunt, curantur, sanitatem recipiunt, qui diversis languoribus obstricti fuerunt. Haec si quis consideraverit, facile in eam opinionem deveniet, ut etiam aliis locis quae in *L* desunt, cum in *VM* exstent, Eugippii esse existimet. Nam epistolae § 7 non inepte videntur haec dici: de qua licet me fatear nullum evidens habere documentum, tamen quid hinc ab ineunte aetate cognoverim non tacebo. Cum multi igitur sacerdotes — quae quam antiqua sint miris corruptelis suis *D* et codd. monacenses ostendunt (quid hinc habendum a ceteris et a te cognoverim). Sed Eugippius si ab ineunte aetate apud Severinum fuisset, § 2 non dixisset ex notissima et quotidiana maiorum relatione. Deinde quae c. 1 § 1 post v. ambiguis de filiis Attilae adduntur: ac primum inter filios eius de optinendo regno magna sunt exorta certamina, qui morbo dominationis inflati materiam sui sceleris aestimarunt patris interitum, ut cum *L* omitterem me commovit, quod in eis quae Eugippius narrat Hunnorum filiorumque Attilae nulla prorsus exstat mentio, sed germanicae tantum gentes earumque reguli commemorantur, cum quibus Severinus egerit. Si enim Eugippius illa certamina eo loco commemorasset, eum puto etiam Hunnorum in eis quae sequuntur mentionem iniecturum et quid Severinus illo tempore egisset narraturum fuisse. Desunt vero illa verba etiam in codd. monacensibus. Denique c. 6 § 2 Severinus verbis consilium tamen do in *VM* addidisse haec traditur: tanquam misericordiam consecutus a deo. quae quanquam propter homoeoteleuton facile excidere potuisse concedendum est, tamen in *L* recte deesse existimavi, cum consilianti parum necessaria esse misericordiae divinae commemoratio videatur. Neque vero tantum quae supra commemoravi, cum in *L* non recte deessent, codd. *VM* testimonio nisus supplevi, sed haud ita paucis locis etiam minora quaedam menda codicis lateranensis illorum fide tollenda erant: epist. § 2 hac ego] huic ergo Vitae c. 1 § 4 inierant] inierunt 2 § 1 sanctis] sancti 4 § 8 gratiae] gratia § 9 media] medio 5 § 2 turberis] turbaris 6 § 5 desperato] desperata 7 § 1 deverterunt] devenerunt 8 § 5 minora petitur] miro patitur § 6 monstrat] monstrans 9 § 4 pompae] et pompae § 5 memorabat] memorabatur 10 § 2 dum

in] dum properanter] properantes 11 § 1 eveniret] adveniret § 2 civis] cuius (item c. 46 § 3) 12 § 4 ecclesiam] ecclesia 14 § 3 recepta] percepta 15 § 1 secundarum] fecundarum 16 § 2 dixerat] dixerant § 3 istic] istius credideras] credideris 17 § 4 nonnulli] nonnullam 19 § 2 adventu] adtentu § 3 absolveret] absolverent § 4 mirantis] mirantibus 20 § 1 id] idem § 2 iubens] iubet quem] quia cruore] cruorem 22 § 1 proferebat] praeferebat et ideo] video § 3 et] ut 26 § 1 gratia] gratiam effugeret] effugaret § 2 praemunitus] praemonitus 28 § 1 superiore parte] superiorem partem § 2 difficillimam] difficillima ibidem] idem 29 § 3 quanta] quanto 30 § 1 praestruxit] perstruxit § 2 Constantium] Constantinum commanentes] commonentes 33 § 2 mirante] migrante 36 § 2 auctorem] auctoritate § 3 diabolo] diaboli omnia illa] omnia (cf. Sulpic. Sev.) 43 § 2 infirmi] infimi 46 § 1 Italiam] Italia § 2 reverentibus] revertentibus § 3 in itinere] itinere. Haec menda omnia ita comparata esse apparet, ut inscitiae et errori oculorum tribuenda sint, non voluntati librarii. Videtur igitur ita existimandum esse, ut codices *L* et *VM* ex duobus apographis unius archetypi a plerisque mendis, quibus postea verba Eugippii deformata sunt, etiamtunc liberi derivandos esse iudicemus, quorum alterum, ex quo *L* originem duxit, maiore fide descriptum esset, alterum levitati, aliquando etiam voluntati scriptoris sui partem aliquam non illam ita magnam mendorum, quae postea in alia apographa vel irrepserunt vel illata sunt, acceptam deberet. Ne illud archetypum quidem prorsus immune errorum fuisse menda documento sunt trium codicum communia, in alterum vero apographum plura, in alterum pauciora illata fuisse diversitas ostendit, quam inter *L* et *VM* intercedere vidimus. Atque menda haud pauca antiquissima esse eis comprobatur, quae Anonymus Valesii e c. 7 excerpsit: nam eum quae in suo codice Eugippii non satis emendate scripta invenisset suo arbitrio correxisse C. Zangemeister recte videtur iudicasse (Mus. rhen. philol. 30 p. 314). Quare mirum non accidit, quod haud pauca vel a scriptoribus codicum recentiorum vel ab editoribus prioribus vel a me coniecturis emendanda fuerunt.

Ita factum est, ut in hac editione verba Eugippii formam a prioribus satis diversam induerint, similem illam aliquatenus welserianae (1595) et bollandianae, sed valde dissimilem pezianae, prorsus diversam a friedrichiana. Etiam ab A. Kerschbaumeri editione valde diversa est, quod mirum videri possit, cum eundem ille codicem lateranensem sequatur, sed eum negligentissime contulit, plurimos operarum errores irrepere passus est, quae in codicibus corrupta sunt, emendare non tentavit. Quae ego Eugippio tribui, aut in tribus codicibus, lateranensi vaticano mediolanensi (ad quos in exigua libelli parte folia quattuor monacensia accedunt), sic legi tenendum est aut unde petita sint quam accuratissime potui adnotavi. Si quid vero in eis, quae de lateranensis lectionibus dicuntur, a Kerschbaumeri collatione differt, H. Hinckio fidem habendam esse aio. Denique quod capitula, quae dicuntur, inter epistolam Paschasii et Vitam ipsam media posui, eum secutus sum ordinem, quem Eugippius ipse epistolae suae § 11 indicat: indicia vero mirabilis vitae eius, huic epistolae coniuncto praelatis capitulis commemoratorio recensita, fient, — cla-

riora. Ceterum scriptor codicis lateranensis haec capitula, quae eum non uno deinceps ordine scripsisse, sed singulis capitibus praemisisse supra dixi, non ex eodem codice sumsit, e quo verba Eugippii ipsa descripsit: nam qui 34 § 1 in verbis Eugippii est Teio, in capitulo nominatur Telo et 35 § 1 Bonus monachus commemoratur, cum in capitulo Bonosum nomen habeat, ut in codd. *VM*.

Sed ut a codicibus Eugippii ad librum ipsum eiusque artem revertar, de una maxime re mihi dicendum esse puto. Dubitari enim video, utrum Eugippius in vita Severini enarranda temporum ordinem secutus sit an eo neglecto res singulas, ut ei in mentem venissent, commemoraverit (cf. R. Pallmann hist. migr. pop. 2 p. 394). Ac primum quidem Eugippium intelligimus a prima, quam Severinus in Norico Ripensi habuerit, sede narrationem incipere (c. 1), deinde ad proxima, quae Comagenis evenerint, transire (c. 2 *cf.* 33), tum c. 3 adnectere, quae eodem tempore acciderint, atque c. 4 alia verbis per idem tempus addere. Non aliter extrema inde a c. 40 temporum ordinem accuratissime tenens enarravit. Sed etiam in eis, quae media interposita sunt, vestigia temporum ordinis servati certa exstant. Sic c. 6 § 1 vv. post haec et § 5 ex illo igitur tempore ostendunt c. 5 et 6 eum ordinem teneri et c. 7 rem eis, quae c. 6 extremo dixit, similem additurus eam ante hoc factum evenisse admonet. Postquam c. 5 Flaccithei mentionem fecit, c. 8 Feletheum, eius filium, regnum hereditate accepisse dicit eumque saepius usque ad c 44 § 4 commemorat neque unquam ad Flaccitheum patrem redit. Paulinum presbyterum c. 21 commemorat eumque paulo post episcopum Tiburniae factum esse addit: c. 25 Severinum ad Paulinum episcopum epistolam scripsisse narrat. Atque c. 26 verbis post haec ad alia transit et c. 27 eodem tempore Quintanenses in Batavis oppidum sedes transtulisse narrat. Tum c. 27 § 3 Quintanenses cum maxima parte Batavinorum Lauriacum migrasse dicuntur. Deinde c. 28 Severinum narrat Romanis, qui ex variis urbibus ad superiorem partem Danuvii sitis Lauriacum confluxerant, ieiunia et eleemosynas commendasse atque pauperibus oleum dispertivisse. C. 29 vero pergit per idem tempus. Cum igitur in eis omnibus, de quorum ordine iudicare aliquo modo possumus, temporum decursum servari intelligamus neque quidquam, quod contra faciat, afferri possit, Eugippium omnia temporum ordine servato narrasse concludimus.

Breviter denique duas res, quae ad sermonem Eugippii pertinent, addo. Ex omnibus enim oppidis, quae commemorat, Lauriacum unum formam casus nominativi vel accusativi habet c. 27 § 2 et 28 § 1, ita ut etiam c. 18 § 1 forma, quae est Lauriaco, pro ablativo, qui ex particula, quae precedit, ex pendeat, habenda sit. Reliquorum nominum omnium ablativi ita usurpantur, ut eos pro nominativis usurpatos esse videamus: Asturis 1, 1. Comagenis 1, 3. Favianis 3, 1. Cucullis 11, 2. Iuvao 13, 1. Batavis 19, 1. Boiotro 22, 1. Ioviaco 24, 1. Consuetudo igitur eadem in illis regionibus tum pervulgata fuit, qua etiam apud Germanos gentes, urbes, oppida nomina habent, quae dativi speciem prae se ferunt, quo casu homines in eis nominandis fere uti consueverant. Cf. Iac. Grimm de nomine Hassorum aliorumque in hist. linguae germ. p. 402[2], A. Schott de origine nominum locorum germanicorum p. 4 sq.

Alterum hoc est. C. 35 § 2 mea est coniectura, quod scripsi: cui servus dei: 'Quid', inquit, 'expedit, fili —', cum *L* habeat cui servus dei inquit: 'Expedit, fili —', *VM* cui servus dei: 'Non tibi, inquit, expedit, o fili —'. Illud prius enim a consuetudine Eugippii alienum est, qui inquit nunquam orationi directae praemittit, altera lectio quanquam ferri potest, sententiae tamen minus convenire videbatur, quid vero propter similitudinem vocabuli proximi facile excidere poterat. Deinde 32, 2 scribendum esse conieci: 'Odoacer, inquit, qui integer inter tredecim et quattuordecim annos?' cum *L* habeat: Odoacer integer inter tr. et qu. a., *VM*: Odoacer, inquit, integer tr. et qu. a., Anonymus Valesii: Odoacer, qui, dixit eis, inter tr. et qu. a. Ne hoc quidem loco lectio cod. *L* ferri potest, cum Eugippius, ubi oratio directa infertur, aut inquit inserat (ut 31 § 4, 40 § 2. 3. 4, aliis locis permultis), aut ait, aiebat praemittat (ut 37 § 1, 43 § 1, 6 § 2, 14 § 2, aliis locis), raro inserat (12 § 2, 40 § 3), aut dicens, dicentis, dicentes praemittat (epist. § 8. vitae 3 § 1, 12 § 1, 43 § 7), rarissime vel dixit vel adiecit addat (15 § 3, 41 § 2), verbum dicendi nunquam prorsus omittat. Nam quod 31 § 3 pax, inquit, tibi, rex optime in editione Kerschbaumeri inquit omissum est, ut in *L* deesse opineris, id negligentiae tantum eius debetur, nam in *L* pariter atque in codicibus reliquis omnibus exstat.

Gottingae d. 25. m. Iunii a. 1877.

Hermannus Sauppe.

HYMNUS SANCTI SEVERINI ABBATIS.

Canticum laudis domino canentes
Hunc diem festum celebremus omnes,
Quo Severinus penetravit almus
Celsa polorum.

Quis stilo dives modulansque plectro
Cuncta signorum replicare possit,
Quae potens Christus studiis opimis
Contulit eius?

Inclitus vates nimiumque felix,
Saepius cui deus intimabat — 11, 1.
Tunc ad oppressi populi salutem
Multa futura. — 39, 1.

Voce praesaga laqueos latronum — 4, 1. 5, 3. 10, 2.
Atque praedonum machinas retexens
Valde tutabat monitis supernis
Oppida fessa. — 11, 1. 25, 3.

Dulce solamen miseris ministrans — 3, 3.
Horridam pestem famis amputavit;
Barbara plures feritate victa — 8, 5. 9, 1. 10, 2. 19, 3.
Solvit ab hoste.

Magne confessor, humilis magister,
Tu quidem normam monachis dedisti, — 4, 6. 9, 4.
Calle demonstrans sobrio sequaces
Scandere caelum.

Codex habet 5 stylo 7 que 10 sepius 13 presaga 14 predonum 18 amputavit] *cf* 18, 2 19 victor 24 celum

25	In tuis sanctis manibus refulsit	13, 2.
	Caelitus lumen refluensque crevit	
	Ad tuos haustus olei liquamen	28, 2.
	Fontis ad instar.	
	Condolens cunctos inopes fovebat,	17, 1.
30	Languidos sanans relevabat aegros:	6,1. 14,1. 33. 34. 38,2.
	Omnis accedens salubrem medelam	
	Sumsit ab illo.	
	Tuque Silvinum loculo iacentem,	16, 4.
	Fratribus coram precibus peractis,	
35	Morte devicta redire fecisti ad	
	Gaudia vitae.	
	Cereos flamma fidei cremante	11, 3.
	Arguit sanctus pater infideles:	
	Nosque flammescunt deitatis igne	
40	Algida corda.	
	Cuius ad funus veniens sacratum	
	Mutus accepit modulos loquelae,	45, 1.
	Caecus exsultat procul ambulantes	46, 4.
	Cernere notos.	
45	Neapolis, gaude redimita festis,	
	Plaude caelestem retinens patronum,	
	Quem tibi summum decus et iuvamen	
	Praestitit auctor.	
	Huius o clemens meriti creator	
50	Gloriam nobis veniamque confer,	
	Quo tui cultus super astra semper	
	Luce fruamur.	

26 celitus 30 egros 33 sylvinum 35 redire] *immo* regredi 39 nosque] *immo* moxque, *cf. c* 11, 5 42 loquele 43 cecus exultat 46 celestem 48 prestitit

VITA SEVERINI.

Epistola Eugippii presbyteri ad Paschasium diaconum.

Domino sancto ac venerabili Paschasio diacono Eugippius in Christo salutem. 1
Ante hoc ferme biennium, consulatu scilicet Importuni, epistola cuiusdam laici nobilis
5 ad quendam directa presbyterum nobis oblata est ad legendum, continens vitam Bassi
monachi, qui quondam in monasterio montis, cui vocabulum est Titas, super Ariminum commoratus, post in Lucaniae regione defunctus est, vir et multis et mihi notissimus. Quam epistolam cum a quibusdam descriptam cognoscerem, coepi mecum ipse tractare nec non et viris religiosis edicere, tanta per beatum Severinum divinis effec-
10 tibus celebrata non oportere celari miracula.

Quae cum auctor epistolae rescisset, animo promptiore mandavit, ut aliqua sibi 2
per me eiusdem S. Severini mitterentur indicia, quibus instructus libellum vitae eius ederet, posterorum memoriae profuturum. Hac ego protinus oblatione compulsus commemoratorium nonnullis refertum indiciis ex notissima nobis et quotidiana maiorum
15 relatione composui, non sine magno maerore animi, iniustum scilicet reputans, ut te superstite laicus a nobis hoc opus rogaretur efficere, cui et modus et color operis non sine praesumptione quadam possit iniungi, ne forsitan saeculari tantum litteratura politus tali vitam sermone conscriberet, in quo multorum plurimum laboraret inscitia et res mirabiles, quae diu quadam silentii nocte latuerant, quantum ad nos attinet igna-
20 ros liberalium litterarum, obscura disertitudine non lucerent. Sed nequaquam ultra 3
lucernae illius igniculum te velut sole splendente perquiram: tantum ne mihi peritiae tuae radios nube quadam excusationis obducas, imperitiam propriam videlicet accusando. Noli, obsecro, tam duris me verberare sermonibus, dum dicis: Quid tibi aquas

---

L = Lateranensis. *V* = Vaticanus. *M* = Mediolanensis. *D* = Monacensis quatuor folia.
S = Sauppii coniectura.

3 ac] ac merito *VMD* Paskasio *L*, pascasio *VM sic ubivis* Eugepius *LM*, eugipius *VD* Christo] dn̄o *VMD* 4 inporntuni *pr. M* 5 basilici *D* 6 quodam *V* titis *VM*, eftitas *D* 8 describi *VMD* 10 celare *D* 11 epistolae] epistolę prefatę *D* prompto remandauit *VM*, propitiore mandauit *D* 12 mitteret *D pr.*, *sed corr. m. 1* 13 ederet] scriberet *VD*, scriberet *M* hac *VMD*. huic *L* ego *VM:* ergo *LD* commemoratorum *V* 14 cottidiana *V*, cotıdiana *M* 15 maerore] timore *V* 16 efficere rogaretur *VMD* calor *M* 17 littura *M* 19 silenti *VMD* 20 disertitudine *L:* dissertitudine *VMD* nequaquam] non *VMD* 21 illius] eius *D* 22 accusatis. Non obsecro *M*, accusando. Obsecio *D*

exspectare de silice? Nam utique non exspecto de silice plateae saecularis, sed a te, qui spiritualibus spiritualia comparans nos de firmissima petra illo quo profluis orationis melle recreabis; de quo iam nectareum suavissimae promissionis gustum dirigens praecipis, ut commemoratorium vel indicia vitae saepe dicti sancti Severini transmitterem, quae donec in tuae constructionis libellum transire mereantur, nequaquam ani-
4 mum recensentis offendant. Quisquis enim ad construendam domum architectum requirit, necessariam sollicitus materiam praeparat: quod si moles ad instar parietum impolitis componat artifice tardante lapidibus, num quid aedificasse dicendus est, ubi nulla magistri structura prorsus intervenit, nulla rite subicitur fundamenti munitio? Sic ego quoque pretiosam materiam ingenio vestro vilissima compositione vix praeparans num putari debeo conscripsisse quod cupio, ubi disciplinae liberalis nulla con-
5 structio, nullus grammatici culminis decor exsistit? Habet plane certum fundamentum solius fidei, quo sanctum virum mirandis constat claruisse virtutibus, quod per manus linguae tuae nunc confero collocandum, de tui operis fastigio laudes Christo debitas redditurus.

6 Illa quoque, precor, virtutum beneficia sanitatumque remedia, quae vel in itinere vel hic ad eiusdem beatissimi patris memoriam divina sunt peracta virtute, digneris adnectere; quae quoniam fidelis portitor, filius vester Deogratias, optime novit, verbo commendavimus intimanda, sperantes nos baiuli nomen etiam de tui operis perfectione iugiter esse ducturos, ut dei fidelissimus famulus, tantis virtutibus opimus, sicut ad sanctorum gloriam suis per Christi gratiam meritis evehitur, sic ad humanam memoriam tuis litteris consecretur.

7 Sane patria, de qua fuerit oriundus, fortasse necessario a nobis inquiritur, unde, sicut moris est, texendae cuiuspiam vitae sumatur exordium. De ea me fateor nullum evidens habere documentum. Nam cum multi sacerdotes et spirituales viri nec
8 non et laici nobiles atque religiosi, vel indigenae vel de longinquis ad eum regionibus confluentes, saepius haesitaverint inter se quaerentes, cuius nationis esset vir, quem tantis cernerent fulgere virtutibus, nec ullus ab eo penitus auderet inquirere, tandem Primenius quidam, presbyter Italiae, nobilis et totius auctoritatis vir, qui ad eum confugerat tempore, quo patricius Orestes inique peremptus est, interfectores eius metuens, eo quod interfecti velut pater fuisse diceretur, — post multos itaque familiaritatis adeptae dies erupit quasi pro omnibus et ita sciscitatus est dicens: 'Domine sancte,
9 de qua provincia deus his regionibus tale lumen donare dignatus est'? Cui vir dei faceta primum hilaritate respondit: 'Si fugitivum putas, para tibi pretium, quod pro me possis, cum fuero requisitus, offerre'. His talia serio mox subiciens: 'Quid

---

1 scilice *M* Nam *S:* iam *libri* scilice *M* itaque *M* 2 illo pro quo fluis *V*, ilico profluis *M* orationibus *M* 4 commemorium *V* dicta *V* 7 materiam *LD:* materiem *VM* (praeparet materiam *D*) ad *om. VM* 8 componatur *VM*, componantur *D* 9 magistri] magis *L* *ante* nulla *in V rasura undecim fere literarum* subiciuntur *D* munimina *D* 10 quoque preciose materie munimina iussione ūra uilissima *D* materiam *M:* materiem *LV* comparatione uix comparans *M* uix *om. D* 12 extitit *VMD* 13 quo *VMD:* quod *L* 14 offero *VMD* 16 uirtutum *om. M* itinere] itire *V* uel in itinere *om. D* 17 ad] apud *VMD* 19 commendamus *D* intimandū *D* 20 ducturos *S:* dicturos *LVM*, dicturus *D* opimus] opulentus *VMD* 21 sanctorum] *spatium vacuum* in *M* uehetur *M*, uehitur *V* 23 fuit *D* unde] ut inde *VM* 24 ea *add. S* de qua licet me fatear (fateri *D*, fateor *M*) nullum euidens habere documentum, tamen quid hinc ab ineunte (hinc habendum *D*) ætate cognouerī ñ tacebo. Cum multi igitur sacerdotes *VMD* 25 spiritales *D* 27 excitauerint *L*, hesitarent *VMD* 29 primfnius *L*, *sed m. 1 correxit* Italiae *om. M* confugeret *D* 32 ominibus *D* 33 deus *om. M* lumen] lumen xpf *M* 35 serio *D:* senior *VM*, Seuerinus *L*

prodest', inquit, 'servo dei significatio sui loci vel generis, cum potius id tacendo facilius possit evitare iactantiam, utpote sinistram, qua nesciente cupit omne opus bonum Christo donante perficere, quo mereatur dextris socius fieri et supernae patriae civis ascribi? Qua si me indignum veraciter designare cognoscis, quid te necesse est terre- 5 nam cognoscere, quam quaeris? Verumtamen scito, quia deus, qui te sacerdotem fieri praestitit, ipse me quoque periclitantibus his hominibus interesse praecepit'. Tali me- 10 moratus presbyter responsione conticuit nec quisquam ante vel postea beatum virum super hac parte percontari praesumpsit. Loquela tamen ipsius manifestabat hominem omnino latinum, quem constat prius ad quandam orientis solitudinem fervore perfec- 10 tioris vitae fuisse profectum atque inde post ad Norici Ripensis oppida, Pannoniae superiori vicina, quae barbarorum crebris premebantur incursibus, divina compulsum visitatione venisse, sicut ipse clauso sermone tanquam de alio aliquo referre solitus erat, nonnullas orientis urbes nominans et itineris immensi pericula se mirabiliter transisse significans. Haec igitur sola, quae retuli, quotiens de beati Severini patria 15 sermo ortus est, etiam ipso superstite, semper audivi. Indicia vero mirabilis vitae 11 eius, huic epistolae coniuncto praelatis capitulis commemoratorio recensita, fient, ut rogavi, libro vestri magisterii clariora. Superest, ut eius orationibus tuas sociare non desinas, ut indulgentiam mihi poscere non desistas.

Epistola Paschasii diaconi ad Eugippium presbyterum.

20 Domino sancto semperque carissimo Eugippio presbytero Paschasius Diaconus. 1 Frater in Christo carissime, dum nos peritiae tuae facundia et otii felicitate perpendis, amaritudines occupationesque multiplices peccatorum retractare contemnis, pudoris iacturam dilectionis contemplatione sustineo. Direxisti commemoratorium, cui nihil possit 2 adicere facundia peritorum, et opus, quod ecclesiae possit universitas recensere, brevi 25 reserasti compendio, dum beati Severini finitimas Pannoniorum provincias incolentis vitam moresque verius explicasti et, quae per illum divina virtus est operata miracula, diuturnis mansura temporibus tradidisti memoriae posterorum (nesciunt enim facta piorum praeterire cum saeculo), ut omnes praesentem habeant et secum quodammodo sentiant commorari, quibus eum relatio pervexerit lectionis. Et ideo, quia tu haec, quae a me 3 30 narranda poscebas, elocutus es simplicius, explicasti facilius, nihil adiciendum labori vestro studio nostro credidimus· siquidem aliter audita narramus, aliter experta depromimus. Facilius virtutes magistrorum a discipulis exponuntur, quae suggeruntur crebrius conversatione docentium.

Divinis charismatibus inspiratus scis, bonorum mentibus excolendis quantum gesta 4 35 sanctorum utilitatis impertiant, quantum fervoris attribuant, quantum puritatis infundant,

---

1 serue *D* loci uel generis sui *VMD* potius] possit *VMD* 2 possit *om. VMD* uitare *VMD* iactandam *M pr.* utpote sinistram] *cf. c.* 28 § 3 omne *om. D* 3 dextere *D* ciuis] sui *V* 4 quam *VMD* desiderare *VMD* cognoscis — terrenam *om. VM* 5 requiris *VMD* 6 me *om. V* Tali] Et tali *D* 7 quicquam *L m. 2 in litura* 8 percunctari *M* ipsius Africanum testabatur hominem *D* 9 prius *om. VMD* sollicitudinem *D* 10 ad *om. M* opida *L* 12 uisitatione] reuelatione *VMD* clauso sermone] causa seruitione *D* aliquo referre] loqueretur ferre *D* 15 semper] sepe *M* 17 rogauit *M* libri *D* magisterio *D*, magistri *M* 18 ut] et *VMD* mihi *om. M* desistat *L* 19 *Non est haec epistola in VMD, in L post vitam habetur* 20 Eugepio *L* 27 tradidistis *L* (*correxit m. pr.*) piorum *ed. Bollandi:* priorum *L* 35 quantum feruoris attribuant *om. L, exstant in recentioribus*

de qua re apostolicae vocis auctoritas latius innotescens: 'forma', inquit, 'estote gregi' et beatus Paulus Timotheo praecipit: 'forma esto fidelibus'. Unde idem apostolus iustorum catalogum summa brevitate contexens et ab Abel incipiens insignium virorum per-
5 git narrare virtutes. Sic et ille fidelissimus Matathias morti gloriosissimae iam propinquans filiis suis hereditario iure sanctorum exempla distribuit, quorum certaminibus admirandis celerius excitati animas suas pro legibus sempiternis sanctitatis fervore contemnerent. Nec paterna liberos fefellit instructio: tantum enim profuerunt memoratis facta maiorum, ut apertissima fide armatos principes deterrerent, castra sacrilega superarent, cultus arasque daemonicas longe lateque diruerent civicamque coronam sertis
6 decorati perennibus splendenti patriae providerent. Unde et nos ornamentis sponsae Christi quiddam fraterno ministerio provideri gaudemus, non quod ullis, ut credo, temporibus defuerit clarior vita maiorum, sed quod domum magni regis plurimorum vexilla tropaeorum habere conveniat. Non enim vera virtus excluditur numerositate virtutum, sed optatis successibus eatenus ampliatur. Misericordia dei nostri sanctitatem vestram semper tueatur incolumem.

CAPITULA.

I. Quomodo primum beatus Severinus in oppido, quod Asturis vocatur, et saluberrima exhortatione bonorum operum et veracissima futurorum praedicatione claruerit.

II. De oppido, cui erat vocabulum Comagenis, per eum mirabiliter ab hostibus liberato.

III. De civitate oppressa fame et muliere occultante frumenta et de adventu navium.

IV. De praedonibus barbaris, qui etiam omnia arma sua cum praeda, quam extra muros Favianensium ceperant, amiserunt; vel de instituto eius atque humilitate praecipua.

V. In quanta reverentia eum Rugorum rex Flaccitheus habuerit, vel qualiter ab insidiis inimicorum ipsius sit liberatus oraculo.

VI. De unico filio viduae gentis praedictae Rugorum, quem per annos duodecim dolor excruciaverat, viri dei oratione sanato.

VII. Qualiter Odoacer adolescentulus, vilissimis pellibus opertus, ab eo praenuntiatus sit regnaturus.

VIII. Quod Feletheus, qui et Feva, Rugorum rex, antelati filius Flaccithei, pessimam coniugem rebaptizare catholicos metu Sancti Severini vetuerit, vel quale periculum illa de parvunculo filio suo Frederico quadam die, dum de quibusdam intercessionem eius contempsisset, incurrerit.

IX. De portitore reliquiarum S. Gervasii et Protasii martyrum mirifica viri dei revelatione monstrato, vel qua responsione, dum rogaretur, episcopatus declinaverit honorem.

X. De quodam ostiario uspiam egredi quadam die prohibito, mox a barbaris capto ab eisdemque suppliciter restituto.

1 Ep. Petr. I, 5, 3. 2 Ad Timoth. I, 4, 12. 3 Ad Hebr. 11. 6 Maccab. I, 2, 51 sqq.

---

6 celebrius *L* 11 ullis] illis *L* 16 *in VMD capitula non sunt, in L singulis capitibus praeposita habentur* 18 uericisuma *L* 23 fabianensium *L* 25 flaccitheus *L pr.* (ę *m.* 2) 31 feletheus *et* flaccithei *L pr.* (ę *m.* 2) 39 hisdemque *L*

XI. De miraculo, quod in castello Cucullis factum est, ubi cereis divinitus accensis sacrilegi, qui se primitus occulerant, declarati sunt atque correpti.

XII. Quemadmodum de finibus praefati castelli locustae ieiunio et oratione atque eleemosynis deo propitiato depulsae sint, abrasa mirabiliter segete cuiusdam pauperis increduli contemptoris.

XIII. Quomodo cereus in manu servi dei orantis accensus sit, dum vespertinae laudis officio ignis de more necessarius minime fuisset inventus.

XIV. De mirabili sanatione mulieris desperatae, quae post immanem diutinumque languorem ita viri dei oratione convaluit, ut ad opus agrale die tertio fortis accesserit.

XV. Quemadmodum in baiulos postes a parte fluminis ecclesiam sustentantes, quos aqua saepe superfluens transcendebat, orans dei servus crucis signaculum securi scalpserit, quod signum deinceps aqua penitus non excedebat.

XVI. De Silvino presbytero defuncto, cuius cadaver feretro impositum celebratis nocte vigiliis mox ad vocem vocantis aperuit oculos, rogans dei famulum, quo vocante revixerat, ne ulterius experta requie privaretur.

XVII. Quam sollicita pauperibus cura ministraverit, vel quod distributioni eius etiam Norici dirigebant decimas, quibus de more perlatis periculum his, qui dirigere distulerant, imminere praedixit.

XVIII. Quemadmodum rubigo, quae messibus nocitura paruerat, per virum dei ieiuniis et oratione depulsa sit.

XIX. Quod Gibuldus, Alamannorum rex, coram servo dei magno sit tremore concussus et reddiderit multitudinem captivorum.

XX. Quomodo ei militum fuerit interfectio revelata, propter quorum corpora sepelienda suos ignorantes direxit ad fluvium.

XXI. Paulinum presbyterum, qui de longinquo ad eum venerat, revertentem ad patriam praedixit Norici episcopum ordinandum.

XXII. Quod, dum basilicae novae sanctuaria quaererentur, ultro sibi S. Ioannis Baptistae benedictionem praenuntiaverit deferendam et illi oppido cladem se absente futuram; quod in baptisterio presbyter vaniloquax interfectus est.

XXIII. Qualiter sanctuaria praedicta susceperit.

XXIV. De mansoribus alterius oppidi, qui spreto mandantis oraculo mox ab Herulis interfecti sunt, quia locum praemoniti relinquere noluerunt.

XXV. Quemadmodum destinatis ad Noricum litteris castella ieiuniis atque eleemosynis praemunierit, quibus praenuntiata hostis irruptio nocere non potuit.

XXVI. De leproso mundato, qui reverti ad propria, ne lepram peccati magis incurreret, vitavit.

XXVII. De victoria, quam apud Batavis de Alamannis oratione S. Severini sumpsere Romani, et quod post triumphum, qui praedicentem sequi spreverant, sunt perempti.

XXVIII. Quemadmodum ministrante famulo dei pauperibus oleum crevisse provenerit.

XXIX. De his, quibus collo vestes egenis erogandas a Norico deferentibus ursus media hieme ducatum per nives eremi usque ad humana habitacula praebuit, quos tali duce venire solita vir dei revelatione cognovit.

XXX. Qualiter ad civitatem Lauriacum hostes futura nocte venturos praesenserit et male securis civibus vigilare vix suaserit, quod mane probantes infidelitati veniam cum gratiarum actione poscebant.

---

1 cullis *et* itus *et* 36 itus *et* sunt atque *in L in extremis partibus dextris versuum interciderunt* 21 giuuldus *L* 31 mandantis *S:* mandatis *libri* 33 litteris *add. S* 37 baptauis *L*

XXXI. Quomodo Fevae, regi Rugorum, ad Lauriacum cum exercitu venienti occurrerit et in sua fide populos susceperit, ut eos ad inferiora oppida, id est Rugis viciniora, deduceret.

XXXII. Quemadmodum Odoacer rex aliqua a se sperari poscens Ambrosium quendam de exilio ad servi dei litteras revocaverit et, quot annis regnaturus foret, laudatoribus eius idem dei servus praedixerit.

XXXIII. De filio cuiusdam ex optimatibus regis Rugorum in oppido Comagenis viri dei oratione sanato.

XXXIV. Qualiter elephantiosus quidam nomine Telo curatus sit.

XXXV. De Bonoso monacho, qui, dum de oculorum imbecillitate quereretur, audivit ab eo: 'Ora magis, ut corde plus videas': mox mirabiliter effectum iugiter orandi promeruit.

XXXVI. De tribus superbientibus monachis, quos tradidit satanae, ut eorum spiritus salvaretur, de qua re prolatis duobus patrum exemplis verissimam loco suo reddidit rationem.

XXXVII. Quemadmodum hora tribulationis Marciani et Renati, monachorum suorum, quam in alia provincia positi pertulerunt, oratione praesentibus ceteris fratribus indicia signaverit.

XXXVIII. De periculo letalis papulae, quod ante quadraginta dies Urso monacho futurum et revelatione praedixit et oratione curavit.

XXXIX. De habitaculo eiusdem beati viri, stratu quoque vel cibo pauca tenuiter indicantur.

XL. Qualiter, dum propinquare transitum suum deo sibi revelante sensisset, regem Fevam noxiamque reginam fuerit allocutus nec suos ex illo praemonere destiterit, generalem populi migrationem propinquare praenuntians suumque corpusculum pariter portari praecipiens.

XLI. Quomodo etiam diem transitus sui sancto Lucillo presbytero manifestius indicarit.

XLII. Quemadmodum Ferderuchum, fratrem praedicti regis Fevae, contestatus suos commonuerit.

XLIII. De obitu eius et qualibus monitis ultima suos et prolixa pius exhortatione fuerit prosecutus.

XLIV. Qualia post discessum eius monasterio Ferderuchus intulerit qualiterve punitus sit, vel quatenus eius oraculum prospera populi fuerit migratione completum vel corpusculum eiusdem levatum carpentoque devectum.

XLV. De multorum tunc sanatione debilium, qua de singulis omissa unius tantum muti loquela refertur orando sub carro, quo adhuc erat corpusculum, reddita.

XLVI. De fide illustris feminae Barbariae susceptricis et occursu neapolitani populi, ubi cum nihilominus multi tunc a diversis fuerint sanati languoribus, trium tantum sanatio memoratur.

---

1 occurrerat *L pr.* 4 aliqu . . . a se sperari *Vat. 1197* reliqua a se separari *L* 9 electantius *L*
11 effectum *S:* affectum *libri* 13 sathanę *L* 19 loetalis *L*

VITA SANCTI SEVERINI.

I. In tempore, quo Attila, rex Hunnorum, defunctus est, utraque Pannonia ceteraque 1
confinia Danuvii rebus turbabantur ambiguis. Tunc itaque sanctissimus dei famulus
Severinus de partibus orientis adveniens in vicinia Norici Ripensis et Pannoniorum
5 parvo, quod Asturis dicitur, oppido morabatur, ubi vivens iuxta evangelicam apostolicamque doctrinam, omni castitate et pietate praeditus, in confessione catholicae fidei
venerabile propositum sanctis operibus adimplebat. Dum ergo talibus exercitiis robo- 2
ratus palmam supernae vocationis innocue sequeretur, quadam die ad ecclesiam processit ex more. Tunc presbyteris, clero vel civibus requisitis coepit tota mentis humi-
10 litate praedicere, ut propter hostium insidias imminentes orationibus ac ieiuniis et
misericordiae fructibus inhaererent. Sed animi contumaces ac desideriis carnalibus
inquinati praedicentis oracula infidelitatis suae discrimine probaverunt. Famulus autem 3
dei reversus ad hospitium, quo ab ecclesiae fuerat custode susceptus, diem et horam
imminentis excidii prodens 'De contumaci', ait, 'oppido et citius perituro festinus abs-
15 cedo'. Inde ad proximum, quod Comagenis appellabatur, oppidum declinavit. Hoc 4
barbarorum intrinsecus consistentium, qui cum Romanis foedus inierant, custodia servabatur artissima nullaque ingrediendi aut egrediendi facilius licentia praestabatur. A
quibus tamen famulus dei, cum esset ignotus, nec interrogatus est nec repulsus.
Itaque mox ingressus ecclesiam cunctos de salute propria desperantes ieiunio et ora-
20 tionibus atque eleemosynis hortabatur armari, proponens antiquae salutis exempla,
quibus divina protectio populum suum contra opinionem mirabiliter liberasset. Cum- 5
que salutem omnium in ipso discriminis articulo promittenti credere dubitarent, senex,
qui dudum in Asturis tanti hospitis susceptor exstiterat, venit atque a portarum custodibus sollicita interrogatione discussus interitum sui oppidi habitu verboque monstravit,
25 adiciens eadem die, qua quidam homo dei praedixerat, barbarorum vastatione deletum.
Quo audito solliciti responderunt: 'Putasne, ipse est, qui desperatis rebus dei nobis subsidia pollicetur'? Mox igitur in ecclesia recognito dei famulo senex pedibus eius prostratus aiebat ipsius se meritis liberatum, ne cum ceteris oppidaneis subiret excidium.

30 II. His auditis habitatores oppidi memorati incredulitatis veniam postulantes 1
monitis viri dei sanctis operibus paruerunt ieiuniisque dediti et in ecclesia per triduum
congregati errata praeterita castigabant gemitibus et lamentis. Die autem tertia, cum

---

2 In *om. VM* Tenpore *V* unnorum *LVD*, hunorum *M* 3 Danuuii *LVMD* (*VM ubivis, LD interdum, plerumque* danubius) *post* ambiguis *add. VM:* ac primum inter filios eius de optinendo regno magna sunt exhorta (exorta *M*) certamina, qui morbo dominationis inflati materiam sui sceleris estimarunt patris interitum 4 uicina *V* rupensis *L* *immo* Pannoniarum 5 paruo] *malis* in parvo. *sed v. 39, 1 quo manebat et 45, 1* ubi *add. S* 6 pietate et castitate *VM* 7 roboraretur *M* 8 quodam *VM* 9 presbytero *D* cepit *LVM* 10 propter *om. VMD* ac — et] et — ac *VM* 11 inhiberent *VMD* 12 inquinati *L:* inclinati *VMD* 13 hospitem *D* 14 prodiens *L* citius *VMD*, cito *L m. 2* (o *in litura trium literarum, post* t *fuerat* i) *cf. c.* 32 § 2 *et B. Schmidt observ. in Senecae tragoedias p. 15* 15 Comagenis *LD:* commagenis *VM* (*ubivis*) *cf. Mommsen ad Corp. Inscr. lat. 3, 2 p. 683* 16 inierant *VMD:* inierunt *L* 17 notissima *D* nullique *VM* facilius *L pr.*, facilis *VMD*, facile *L m. 2 in ras.* 20 helemosynis *L*, elemosinis *V m. 2 et MD*, elemosinas *V pr.* ortatur *D* *malis* antiqua exempla *VMD*, exemplum *L* 21 opinionem] opinionem omnium *VMD* 23 a *om. D* 24 diu usus *D* monstrare adiciensque *D* 25 quidem *VM* 26 Putasne *S:* Putas, non *libri, cf. c.* 9 § 2 disperatis *VD* 28 oppidanis *M* exitium *D* 30 habitatoribus *V* incredulitati *VM*, incrudelitati *D* 31 sanctis *VMD:* sancti *L, cf.* 1, 1. 12, 5 et *om. D* ecclesiam *D* 32 tertio *VD*, tercio *M*

sacrificii vespertini sollemnitas impleretur, facto subito terrae motu ita sunt barbari in-
2 trinsecus habitantes exterriti, ut portas sibi Romanos cogerent aperire velociter. Exeuntes igitur conciti diffugerunt, aestimantes se vicinorum hostium obsidione vallatos, actoque terrore divinitus, noctis errore confusi, mutuis se gladiis conciderunt. Tali ergo adversariis internecione consumptis divino plebs servata praesidio per sanctum virum armis didicit pugnare caelestibus.

1 III. Eodem tempore civitatem nomine Favianis saeva fames oppresserat, cuius habitatores unicum sibi remedium fore crediderunt, si ex supradicto oppido Comagenis hominem dei religiosis precibus invitarent. Quos ille ad se venire praenoscens a domino, ut cum eis pergeret, admonetur. Quo cum venisset, coepit civibus suadere
2 dicens: 'Paenitentiae fructibus poteritis a tanta famis pernicie liberari'.. Qui cum talibus proficerent institutis, beatus Severinus divina revelatione cognovit quandam viduam nomine Proculam fruges plurimas occultasse. Quam productam in medium arguit vehementer. 'Cur', inquit, 'nobilissimis orta natalibus cupiditatis te praebes ancillam, et exstas avaritiae mancipium, quae est docente apostolo servitus idolorum? Ecce domino famulis suis misericorditer consulente tu, quid de male paratis facias, non habebis, nisi forte frumenta diu negata in Danuvii fluenta proiciens humanitatem piscibus exhibeas, quam hominibus denegasti. Quamobrem subveni tibi potius quam pauperibus ex his, quae adhuc te aestimas Christo esuriente servare'. Quibus auditis
3 magno mulier pavore perterrita coepit servata libenter erogare pauperibus. Igitur non multo post rates plurimae de partibus Raetiarum mercibus onustae quam plurimis insperate videntur in litore Danuvii, quae multis diebus crassa Eni fluminis glacie fuerant colligatae: quae dei imperio mox solutae ciborum copias fame laborantibus detulerunt. Tunc coeperunt omnes deum insperati remedii largitorem continua devotione laudare, qui se tabe diuturnae famis interire credebant, fatentes evidentius rates extra tempus glaciali solutas frigore servi dei precibus advenisse.

1 IV. Per idem tempus inopinata surreptione praedones barbari, quaecunque extra muros hominum pecudumque repererant, duxere captiva. Tunc plures e civibus ad virum dei cum lacrimis confluentes illatae calamitatis exitium retulerunt, simul osten-
2 dentes indicia recentium rapinarum. Ille vero Mamertinum percontatus est, tunc tribunum, qui post episcopus ordinatus est, utrum aliquos secum haberet armatos, cum quibus latrunculos sequeretur instantius. Qui respondit: 'Milites quidem habeo paucissimos, sed non audeo cum tanta hostium turba confligere. Quodsi tua veneratio praecipit, quamvis auxilium nobis desit armorum, credimus tamen tua nos fieri ora-
3 tione victores'. Et dei famulus ait: 'Etiamsi inermes sunt tui milites, nunc ex hostibus armabuntur: nec enim numerus aut fortitudo humana requiritur, ubi propugnator deus per omnia comprobatur. Tantum in nomine domini pergé velociter: iam deo

15 Ad Ephes. 5, 5.

---

3 conciti] cuncti sic *D* 4 auctoque *VMD* 5 internicione *L*, internitione *M*, internione *V*, interniţione *D* 7 fauianis *VM:* fabianis *L* famis *L* 8 affore *V* 9 relıosis *V* 10 ammoneretur *L* (*sed m. pr. correxit*), commonetur *VM* 12 beatissimus *VM* releuatione *V* 14 ortā *M* 15 ydolorum *L* idolorum seruitus *M* 16 misericorditer] mĩa *VM*, misericordia *D* partıs *D* 17 diu] dure *V* denegata *D* 18 subuenit *M* 19 reseruare *VM*, saruare *D* 21 retiarum *L*, reciarum *VMD* hunustę *M*, honuste *D* insperatę *M* 22 crassęni *L*, crassa heni *VM* 23 qua *VM* soluta *VM* 24 insperate *L pr.* (*sed correxit m. 1*) continuata *VD* 25 tabe] malo *D* dıurnae *M* crediderant *VM* uidentibus *D* 26 tempus a glacię resolutas *D* aduenisset *M* 27 idem] id *V* subreptione *VMD* 28 reppererant *V*, repperant *D* captiuari. Sic plures *D* e] de *D* 30 percunctatus *V* 31 *verba* qui post episcopus ordinatus est *Welser et Rettberg* (*hıst. eccles. Germ. 1 p. 225*) *glossema esse non recte putant* 33 tanto *D* 34 praecepit *V* armatorum *D* 35 Et *om. VM* 37 iam] perge fidenter. Nam *VMD*

misericorditer praeeunte debilis quisque fortissimus apparebit, dominus pro vobis pugnabit et vos tacebitis. Vade ergo festinus, hoc unum ante omnia servaturus, ut ad me, quos ex barbaris ceperis, perducas incolumes'. Exeuntes igitur in secundo 4
miliario super rivum, qui vocatur Tigantia, praedictos latrones invenerunt, quibus in
5 fugam repente conversis arma omnium sustulerunt, ceteros vero vinctos ad dei famulum, ut praedixerat, adduxere captivos. Quos absolutos vinculis, cibo potuque refectos paucis alloquitur: 'Ite et vestris denuntiate complicibus, ne aviditate praedandi ultra huc audeant propinquare: nam statim caelestis vindictae iudicio punientur, deo pro suis famulis dimicante, quos ita consuevit superna virtute protegere, ut tela hostium
10 non eis inferant vulnera, sed arma potius subministrent'. Dimissis itaque barbaris 5
ipse de Christi miraculis gratulatur, de cuius et miseratione promittit nunquam illud oppidum hostium praedas ulterius experturum, cives tantum ab opere dei nec prospera nec adversa retraherent.

Deinde beatus Severinus in locum remotiorem recedens, qui ad Vineas vocabatur, 6
15 cellula parva contentus, ad praedictum oppidum remeare divina revelatione compellitur, ita ut, quamvis eum quies cellulae delectaret, dei tamen iussis obtemperans monasterium haud procul a civitate construeret, ubi plurimos sancto coepit informare proposito, factis magis quam verbis instituens. Ipse vero ad secretum habitaculum, quod Burgum 7
appellabatur ab accolis, uno a Favianis distans miliario, saepius secedebat, ut homi-
20 num declinata frequentia, quae ad eum venire consueverat, oratione continua deo propitio inhaereret. Sed quanto solitudinem incolere cupiebat, tanto crebris revelationibus monebatur, ne praesentiam suam populis denegaret afflictis. Proficiebat itaque per 8
singulos dies eius meritum crescebatque fama virtutum, quae longe lateque discurrens caelestis in eo gratiae signa pandebat. Nesciunt enim latere quae bona sunt, cum
25 iuxta sententiam salvatoris nec lucerna sub modio contegi nec in monte posita civitas possit abscondi. Inter cetera enim magnalia, quae illi salvator indulserat, praeci- 9
puum abstinentiae munus accipiens carnem suam plurimis subiugabat inediis, docens corpus cibis abundantioribus enutritum animae interitum protinus allaturum. Calcia- 10
mento penitus nullo utebatur: ita media hieme, quae in illis regionibus saeviore gelu
30 torpescit, nudis pedibus semper ambulare contentus singulare patientiae dabat indicium. Ad cuius immanitatem frigoris comprobandam testem constat esse Danuvium, ita saepe glaciali nimietate concretum, ut etiam plaustris solidum transitum subministret. Qui tamen talibus per dei gratiam virtutibus sublimatus intima humilitate 11
fatebatur dicens: 'Ne putetis mei meriti esse, quod cernitis: vestrae est potius salutis
35 exemplum. Cesset humana temeritas, elationis supercilium comprimatur. Ut aliquid boni possimus, eligimur, dicente apostolo: "Qui elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius". Orate immo pro me, ut non ad condemnationis cumulum, sed ad iustificationis augmentum salvatoris mihi dona pro-

25 Ev. Matth. 5, 14. 15. 36 Ad Ephes. 1, 4.

---

3 ad] a *V* 4 ticuntia *V*, ticuncia *M* inueniunt *VM* 5 uero *om. V* 6 praeceperat *VM* adduxerunt *VM* 7 renuntiate *VM* 8 nam] nam et *VM* 10 sumministrent *V* (*et sic plerumque*) 11 gratulabatur *M* de cuius et miseratione promittit *om. M* 14 in remotiore loco *M* secedens *VM* 15 contemptus *V* 16 ut *om. L* 17 haut *L* haud procul *om. M* 18 *post* instituens *VM addunt* animas auditorum burcum *VM* 19 appellatur *M* 20 propitius *V*, propius *M* 21 *post* solitudinem *VM addunt* abditam relationibus *M* 22 populis negaret *V*, popłffnegaret *M* 24 caelestis] quia celestis *L m. 2 supra v.* gratiae *VM:* gratia *L* 25 lucernam *M* ciuitas posita *M* 29 nullo penitus *VM* media *VM:* medio *L* 30 torpescitur *V* semper *om. VM* contemptus *L* 36 *ante* eligimur *L m. 2* quo *addit* eligere *M m. 2 in ras.*, eligimur *a m. pr.* 37 immo] in me *L* 38 mihi *om VM*

12 ficiant'. Haec et his similia solebat proferre cum fletibus, miro erudiens homines humilitatis exemplo, cuius virtutis fundamento munitus tanta divini muneris claritate fulgebat, ut ipsi quoque ecclesiae hostes haeretici reverentissimis eum officiis honorarent.

1 V. Rugorum siquidem rex, nomine Flaccitheus, in ipsis regni sui coepit nutare primordiis, habens Gothos ex inferiore Pannonia vehementer infestos, quorum innumera multitudine terrebatur. Is ergo beatissimum Severinum in suis periculis tanquam caeleste consulebat oraculum. Ad quem, dum vehementius turbaretur, adveniens deflebat se a Gothorum principibus ad Italiam transitum postulasse, a quibus se non 2 dubitabat, quia hoc ei denegatum fuerat, occidendum. Tunc ergo a viro dei hoc responsum praedictus accepit: 'Si nos una catholica fides annecteret, magis me de vitae perpetuitate debuisti consulere; sed quia de praesenti tantum salute sollicitus, quae nobis est communis, interrogas, instruendus ausculta. Gothorum nec copia nec adversitate turberis, quia cito securus eis discedentibus tu desiderata prosperitate regnabis, tantum ne humilitatis meae monita praetermittas. Non te itaque pigeat pacem appetere etiam minimorum, nunquam propriis virtutibus innitaris. "Maledictus", inquit scriptura, "qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum et a domino recedit cor eius". Disce igitur insidias cavere, non ponere: in lectulo quippe tuo paci- 3 fico fine transibis'. Qui cum tali animatus oraculo laetus abscederet, perlato sibi, quod turba latrocinantium barbarorum aliquos captivasset ex Rugis, ad virum dei misit protinus consulendum. Qui sanctis eum mandatis, ne praedones sequeretur, domino revelante praemonuit dicens: 'Si eos secutus fueris, occideris; cave ne amnem transeas et insidiis, quae tibi in tribus locis paratae sunt, improvida mente succumbas; 4 nam cito nuntius fidelis adveniet, qui te de his omnibus efficiat certiorem'. Tunc duo captivorum ab ipsis hostium sedibus fugientes ea per ordinem retulerunt, quae beatissimus vir Christo sibi revelante praedixerat. Igitur frustratis insidiis adversantium Flaccitheus incrementis auctus prosperioribus vitam rebus tranquillissimis terminavit.

1 VI. Post haec autem quidam Rugus genere per annos duodecim incredibili ossium dolore contritus omni caruerat incolumitate membrorum, cuius cruciatus intolerabilis circumquaque vicinis factus erat ipsa diuturnitate notissimus. Itaque nihil proficiente diversitate remedii tandem vidua mater ad sanctum virum vehiculo filium deduxit impositum et ante ianuam monasterii proiciens desperatum continuatis fletibus reddi sibi 2 unicum filium precabatur incolumem. Sed vir dei sentiens a se magna deposci fletu commotus aiebat: 'Quid opprimor opinione fallaci? cur aestimor posse quod nequeo? Non est enim virtutis meae praestare tam grandia: consilium tamen do'. Tunc mandat mulieri, ut pauperibus aliquid pro suis viribus largiretur. Illa nihil morata veste, 3 qua induta fuerat, se velociter exuens egentibus dividere properabat. Quo audito vir dei fervorem eius admirans iterum mandat, ut suis operiretur amictibus, dicens: 'Cum filius tuus tecum domino sanante perrexerit, opere vota supplebis'. Indicto igitur pau-

16 Ieremias 17, 5.

---

5 flaccitheus *VM:* flaccitheus *L* 6 inferiori *VM* infensos *VM* 10 delegatum *L* 12 sollicitus quae nobis est *om. V* 14 turberis *M:* turbaberis *V*, turbaris *L* desideratā prosperitatē *L* 19 cum] dum *VM* 20 latrocinantium barbarorum *L:* latronum *VM*, *cf.* 4, 1 ad *om. LVM, est in codd. recc. multis* dei protinus adiit consulendum *M*, *sed* adiit *m. rec. in rasura quinque quattuorve literarum* 22 domino *om. V* dicens *om. M* 26 sibi *om. M* aduersantum *VM* 27 flaccithaeus *L m. 2* auctis *V* uita *V* 28 ossuum *V* 29 incolomitate *LVM* (*sic plerumque*) 30 nichil *LM*, *saepissime* 35 enim *om. VM* do] do, tanquam misericordiam consecutus a deo *VM* 36 uestē quā *VM*

corum dierum de more ieiunio, fusis ad deum precibus ilico sanavit infirmum atque incolumem suis gressibus ambulantem remisit ad propria. Qui cum postea nundinis 4
frequentibus interesset, stupendum miraculum cunctis videntibus exhibebat. Nonnulli enim dicebant: 'Ecce ille, qui fuerat totius corporis putredine tabefactus'; aliis au-
5 tem, quod ipse esset, omnino negantibus grata contentio nascebatur. Ex illo igitur 5
tempore, quo est reddita sanitas desperato, universa Rugorum gens ad dei famulum frequentans coepit gratulationis obsequium reddere et opem suis postulare languoribus. De aliis etiam gentibus, ad quas tanti miraculi fama pervenerat, multi Christi militem videre cupiebant.

10 VII. Qua devotione etiam ante hoc factum quidam barbari, cum ad Italiam per- 1
gerent, promerendae benedictionis ad eum intuitu deverterunt. Inter quos et Odoacer, 2
qui postea regnavit Italiae, vilissimo tunc habitu iuvenis statura procerus advenerat. Qui dum se, humillimae tectum cellulae suo vertice ne contingeret, inclinasset, a viro dei gloriosum se fore cognovit. Cui etiam valedicenti: 'Vade', inquit, 'ad Italiam,
15 vade, vilissimis nunc pellibus coopertus, sed multis cito plurima largiturus'.

VIII. Feletheus quoque rex, qui et Feva, memorati filius Flaccithei, paternam secu- 1
tus industriam sanctum virum coepit pro regni sui frequentare primordiis. Hunc coniux feralis et noxia, nomine Giso, semper a clementiae remediis retrahebat. Haec ergo inter cetera iniquitatis suae contagia etiam rebaptizare quosdam est conata catholicos,
20 sed, ob sancti reverentiam Severini non consentiente viro, a sacrilega quantocius in-
tentione defecit. Romanos tamen duris condicionibus aggravans quosdam etiam Da- 2
nuvio iubebat abduci. Nam cum quadam die in proximo a Favianis vico veniens aliquos ad se transferri Danuvio praecepisset, vilissimi scilicet ministerii servitute damnandos, dirigens ad eam vir dei, ut eos dimitteret, postulabat. Verum illa facibus
25 feminei furoris exaestuans mandata reportari iussit asperrima. 'Ora', inquit, 'tibi, serve dei, in tua cellula delitescens: liceat nobis de servis nostris ordinare, quod volumus'. Haec igitur audiens homo dei: 'Confido', inquit, 'in domino Iesu Christo, quia neces- 3
sitate compellitur explere, quod prava voluntate despexit'. Velox itaque secuta correptio prostravit animos arrogantis. Quosdam enim aurifices barbaros fabricandis re-
30 galibus ornamentis clauserat arta custodia. Ad hos filius memorati regis admodum parvulus, nomine Fredericus, eodem die, quo regina servum dei contempserat, puerili motu concitus introivit. Tunc aurifices infantis pectori gladium imposuere dicentes, quod, si quis ad eos absque iuramenti praesidio ingredi conaretur, parvulum regium primitus transfigentes semetipsos postea trucidarent, quippe cum sibi nullam spem
35 promitterent, macerati diuturnis ergastulis. His auditis regina crudelis et impia, vesti- 4

---

2 incolumen *M* 6 desperato *VM*. desperata *L*, *cf* § 1 uniuersarum gothorum gens *M* (a *deleto m. rec.* o) 8 xpiani *V* 10 quidam barbari — 15 largiturus *Anonymus Valesii § 46 p. 291 Gardth.* 11 deueiterunt *VM Anon.*: deueneiunt *L* odoacer *L*, odoacar *VM*, odoachar *Anonymi palatinus*, oduacar *Anon. meermannianus m. 2*, oducar *idem m. 1* 12 uilissimo *L m. 2* (*prior* i *priorem omiserat*), uillissimo *V* tunc *om. Anonymus* 13 humillimae] humillime *L*, ne humillimę *VM* ne *om. VM* qui dum humillimum tectum (humillimo tecte *meermann.*) cellulae eius suo (sua *meermann.*) uertice contingeret et (et *om. meermann.*) inclinasset se, a uiro dei gloriosum se (esse *meermann. m. 2*) forte (eẽ fore te *palat.*) cognouit *Anonymus, cf. C. Zangemeister mus. rhen. 30 p. 314* 14 ualedicendi *L pr.* (*sed eadem m. correxit*), uade dicenti *Anon. cod. meermann.* 15 uilisimis *V* scito *L* plurime *Anon. meermann. pr.* 16 feletheus *L pr. VM:* felethaeus *L m. 2* (*sic ubivis*) feba *VM* filius *om. L* 17 coniunx *L m. 2* 18 Giso *LVM:* Gisa *edd. et codd. recc.* semper adementiae *VM* reuocabat *VM* ergo] autem *M* 19 quondam *VM* 20 seuaerini *M* 21 romanis *V* 22 adduci *M* 23 praecessisset *V* ministri *V* dampnandos *M* 25 serue dei *om M* 27 *post* domino *VM addunt* meo 28 compelletur *VM* correctio *Th Mommsen* 29 *post* barbaros *add. V* pro 32 imposuere *cod. tegerns. m. 2* (*apud Friedrichium*): posuere *LVM* 34 cum] cum nichil *M* (*sed m. 1* nichil *induxit*) spem] spem uitę *VM* 35 promiterent *V*

bus dolore conscissis, talia clamitabat: 'O serve domini Severine, sic a deo tuo illatae vindicabuntur iniuriae? Hanc mei contemptus ultionem effusis precibus postulasti, ut in mea viscera vindicares'? Itaque multiplici contritione ac miserabili lamentatione discurrens fatebatur se pro scelere contemptus, quod in servum dei commiserat, plagae praesentis ultione percelli confestimque directis equitibus veniam petitura Romanos, quos eodem die tulerat, pro quibus et rogantem contempserat, retransmisit et aurifices accipientes protinus sacramentum ac dimittentes infantulum pariter et ipsi
5 dimissi sunt. His auditis reverendissimus Christi servus gratias creatori referebat immensas, qui ob hoc interdum differt vota poscentium, ut fide, spe et caritate crescente, dum minora petitur, maiora concedat. Id namque egit omnipotentia salvatoris, ut,
6 dum liberos saeva mulier subicit servituti, servientes cogeretur reddere libertati. Quibus mirabiliter impetratis regina statim ad servum dei properans cum marito monstrat filium, quem fatebatur illius orationibus de mortis confinio liberatum, promittens se nequaquam ultra eius iussionibus obviare.

1 IX. Magna quoque famulo dei prophetiae gratia praedito in redimendis erat captivis industria. Studiosius etenim insistebat barbarorum dicione vexatos genuinae restituere libertati. Interea cuidam cum coniuge liberisque redempto praecepit transvadere Danuvium, ut hominem ignotum in nundinis quaereret barbarorum, quem in tantum divina revelatione didicerat, ut etiam signa staturae capillorumque colorem, vultus eius ac vestis habitus indicaret et in qua parte nundinarum reperturus eum foret ostenderet, addens, ut, quicquid ei reperta diceret persona, reversus sibi maturius in-
2 timaret. Profectus itaque cuncta, sicut vir dei praedixerat, miratus invenit. Is igitur ab eodem homine, quem reperisse se mirabatur, interrogatus audivit dicentem: 'Putasne, possum invenire hominem, qui me ad virum dei, cuius ubique fama diffunditur, qua voluerit mercede perducat? Diu est enim, quod ipsos sanctos martyres, quorum reliquias fero, suppliciter interpello, ut a tali ministerio tandem aliquando solvar indignus, quod huc usque non temeraria praesumptione, sed religiosa necessitate susti-
3 nui'. Tunc nuntius hominis dei eius se aspectibus praesentavit reliquiasque sanctorum ab eo suscipiens viro dei detulit. Qui debito sanctorum Gervasii et Protasii martyrum reliquias honore suscipiens in basilica, quam in monasterio construxerat, collocavit *et sacra*vit officio sacerdotum. Quo loco martyrum congregavit sanctuaria plurimorum, quae tamen praeeunte semper revelatione promeruit, sciens adversarium saepe subrepere sub nomine sanctitatis.

4 Episcopatus quoque honorem ut susciperet postulatus praefinita responsione conclusit sufficere sibi dicens, quod solitudine desiderata privatus ad illam divinitus venisset provinciam, ut turbis tribulantium frequentibus interesset. Daturus nihilominus monachis formam sollicitius admonebat beatorum patrum vestigiis inhaerere, quibus sanc-

---

1 sic *codd. recc. complures:* sic sic *VM*, sicut *L* 2 uindicantur *VM* obtentus *L* 4 dei *om M* 5 presentis *L* petitura] poscens *VM* Romanos *S:* et Romanos *libri* 8 reuerendissimus *libri complures recc.:* reuerentissimus *LVM* 10 minora petitur *VM:* miro patitur *L*, minora petuntur *recc. codd., cf. Rönsch Itala und Vulgata p. 441* 12 monstrat *VM:* monstrans *L* 13 promittentes *VM* 16 industria] ex industria *L* studiosus *VM* 17 coniunge *LV* transuadare *L pr. (sed corr. m. 1) et VM* 19 diuinu *L pr., sed corr. m. 1* 20 habitū *VM* forent *L pr* 23 repperisse *M* 25 martires *VM (sic plerumque)* 26 a tali ministerio tandem *om. M* 28 praesentauit reliquiasque — detulit *M:* praesentauit *codd reliqui omnes* 31 collocauit et sacrauit *S:* collocauit *libri, cf. c.* 23 plurimarum *M* 33 subrepere *edd. Welseri et Bollandi:* subripere *L pr. et V*, surripere *L m. 2 et M* 36 tribulantibus *L m. 2*, tribulationum *M* nichilhominus *M* 37 formam] normam *videtur auctor hymni (v. 22) legisse, sed cf.* 4 § 6 informare sollicitus *M* ammonebat *L m. 2 VM*

tae conversationis acquireretur instructio, adhibendamque operam, ne is, qui parentes reliquit et saeculum, pompae saecularis illecebras retrorsum respiciendo cuperet, quas vitaverat, et ad hoc uxoris Loth exemplum terribile proponebat. Memorabat etiam timore domini mortificanda esse incentiva libidinum nec aliter superanda corporeae delectationis asserebat incendia, nisi fuissent per dei gratiam lacrimarum fonte restincta.

X. Quidam vero, nomine Maurus, basilicae monasterii fuit aedituus, quem beatus 1
Severinus redemerat de manibus barbarorum. Huic quadam die praecepit vir dei dicens: 'Cave ne hodie digrediaris alicubi: alioquin imminenti periculo non carebis'. Hic ergo contra praeceptum tanti patris saecularis cuiusdam hominis persuasu meridie ad colligenda poma in secundo a Favianis miliario egressus mox a barbaris Danuvio transvectus est cum suo persuasore captivus. In illa hora vir dei, dum in cel- 2
lula legeret, clauso repente codice: 'Maurum', ait, 'cito requirite'. Quo nusquam reperto ipse quantocius Istri fluenta praetermeans latrones properanter insequitur, quos vulgus scameras appellabat. Cuius venerandam praesentiam non ferentes supplices quos ceperant reddidere captivos.

XI. Dum adhuc Norici Ripensis oppida superiora constarent et paene nullum castel- 1
lum barbarorum vitaret incursus, tam celeberrima S. Severini flagrabat opinio, ut certatim eum ad se castella singula pro suis munitionibus invitarent, credentes quod eius praesentia nihil eis eveniret adversi. Quod non sine nutu divini muneris agebatur, ut omnes eius monitis quasi caelestibus terrerentur oraculis exemploque illius bonis operibus armarentur. In castellum quoque, cui erat Cucullis vocabulum, devotionibus 2
accolarum vir sanctus advenerat evocatus, ubi factum grande miraculum nequeo reticere: quod tamen Marciani, post presbyteri nostri, civis eiusdem loci, stupenda relatione cognovimus. Pars plebis in quodam loco nefandis sacrificiis inhaerebat. Quo sacrilegio comperto vir dei, multis plebem sermonibus allocutus, ieiunium triduanum per presbyteros loci persuasit indici ac per singulas domos cereos afferri praecepit, quos propria manu unusquisque parietibus affixit ecclesiae. Tunc psalterio ex more 3
decurso ad horam sacrificii presbyteros et diacones vir dei hortatus est tota cordis claritate secum communem dominum deprecari, quatenus ad sacrilegos discernendos lumen suae cognitionis ostenderet. Itaque cum multa largissimis fletibus *humi* cum eis fixis genibus precaretur, pars maxima cereorum, quos fideles attulerant, subito est accensa divinitus, reliqua vero eorum, qui praedictis sacrilegiis infecti fuerant volentesque latere negaverant, inaccensa permansit. Tunc ergo, qui eos posuerant, divino 4
declarati examine, protinus exclamantes secreta pectoris suis actionibus prodiderunt et suorum testimonio cereorum et manifesta confessione convicti propria sacrilegia testabantur. O clemens potentia creatoris cereos animosque flammantis! Accensus est 5
ignis in cereis et refulsit in sensibus! Visibilis lux naturam cerae liquabat in flammas, at invisibilis corda fatentum solvebat in lacrimas. Quis credat amplius eos, quos sacrilegus error involverat, postea claruisse bonis operibus, quam eos, quorum cerei fuerant accensi divinitus?

---

1 adquireretur *L m. 2 V* his *M* 2 relinquit *V* pompae *VM*. et pompae *L* aspiciendo *VM* 3 memorabat *VM:* memorabatur *L* 6 fuit *om. M* 7 redimerat *V* praecetiit *V pr.* (*sed m 1 correxit*) uir dei *om. VM* 8 imminenti] ab imminenti *VM* cauebis *VM* 11 dum in *VM:* dum *L* cella *VM* 13 histri *LV*, hystri *M* properanter *VM:* properantes *L* 14 scamaras *M*, se amaras *V* 17 fragrabat *L pr.* oppinio *L pr.* 18 monitionibus *V*, municionibus *M* 19 eueniret aduersi *VM:* aduenirct aduersi *L* 23 martiani *V* ciuis *VM:* cuius *L*, *cf. c.* 46 § 3 26 persuasi *V* cerreos *V*, caereos *L* (*ubivis*) afferi *M* 27 manu unus *VM:* manus *L* (*h. e.* ma[nu u]nus), *cf. c.* 12 § 3 28 diaconos *V*, *cf. c.* 16 § 2. 4. *c.* 19 § 4 ortatus *L pr.*, exhortatus *M* 29 alacritate *VM* 30 humi *add. S, coll. c.* 13 § 1 34 daclarati *V* suis actionibus *S:* suis factionibus *ed. Welseri*. satisfactionibus *LVM* 35 et manifesta] manifesta *VM* 37 liquauit *VM*

1 XII. Alio rursus tempore in finibus eiusdem castelli locustae, frugum consumptrices, insederant copiose, noxiis morsibus cuncta vastantes. Tali ergo peste perculsi mox presbyteri ceterique mansores S. Severinum summis precibus adierunt dicentes: 'Ut tantae plagae auferatur atrocitas, orationum tuarum experta suffragia postulamus, quae magno dudum miraculo in accensis caelitus cereis multum apud dominum va-
2 lere conspeximus'. Quos ipse religiosius allocutus: 'Non legistis', ait, 'quid auctoritas divina peccanti populo praeceperit per prophetam: "Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu" et post pauca: "Sanctificate", inquit, "ieiunium, vocate coetum, congregate ecclesiam", et cetera, quae sequuntur? Explete itaque dignis operibus, quae docet, ut malitiam facile praesentis temporis evadatis; nullus sane ad agrum exeat, quasi humana locustas sollicitudine vetiturus, ne divina amplius in-
3 dignatio provocetur'. Nec mora, omnibus in ecclesia congregatis unusquisque in ordine suo psallebat ex more. Omnis aetas et sexus, quae etiam voce non poterat, precem deo fletibus offerebat, eleemosynae fieri non cessabant, quicquid bonorum operum
4 praesens necessitas exigebat, sicut famulus dei praeceperat, implebatur. Omnibus igitur huiuscemodi studiis occupatis quidam pauperrimus opus dei coeptum deserens ad agrum propriae segetis invisendi causa, quae perparva inter aliorum sata iacebat, egressus est totoque anxius die locustarum nubem impendentem qua potuit exturbavit industria moxque ecclesiam communicaturus intravit, sed segetem eius exiguam, multis vicinorum circumdatam frugibus, locustarum densitas devoravit. Quibus ea nocte ab illis finibus exterminatis imperio divino probatum est, quanti valeat fidelis oratio.
5 Mane quippe sancti operis temerator atque contemptor rursus ad agrum suum male securus egrediens eum locustarum sub pernicie funditus invenit abrasum et omnium circumquaque sationes integras vehementer admirans ad castellum luctuosa vociferatione revertitur, cumque id, quod acciderat, indicasset, ad huiuscemodi videndum cuncti exiere miraculum, ubi quasi ad lineam regularem contumacis hominis segetem
6 locustarum morsus ostenderant. Tunc omnium vestigiis provolutus intercessionibus eorum delicti sui veniam fusa lamentatione poscebat. Ob quam rem monendi occasionem homo dei reperiens docebat universos, ut omnipotenti domino discerent oboedire, cuius imperiis obtemperant et locustae. Pauper vero praedictus flebiliter allegabat non posse se mandatis oboedire de cetero, si nulla sibi spes, qua viveret, reman-
7 sisset. Tunc ergo vir dei ceteros allocutus: 'Iustum est', inquit, 'ut, qui proprio supplicio humilitatis vobis et oboedientiae dedit exemplum, liberalitate vestra anni praesentis alimenta percipiat'. Collatione itaque fidelium et correptus homo pauperrimus et ditatus didicit, quantum dispendii incredulitas inferat, quantum beneficii suis cultoribus conferat divina largitio.

1 XIII. Item iuxta oppidum, quod Iuvao appellabatur, cum quadam die intrantes

7 Ioel 2, 12. 15.

---

3 mansores ad scm̄ seuerinum *M* 4 tanta *M* 5 caelitus] diuinitus *M* aput *V* 6 religiosus *M* 7 *post* prophetam *add. M* dicens 8 fletu] in fletu *V* 9 secuntur *LM* 10 docet *S:* docetis *LVM, alii ex recc.* docent, *alii* docemini 13 qui *VM* 14 hele Mosinę *M* operum *om. M* 15 exhibebat *M* 16 huiusscemodi *M* pauperinus *M* 17 inuisende *V* iacebat] habebat *M* 18 totoque] toto *M* 19 ecclesiam *VM:* ecclesia *L* 20 circumdata *V* ea] ex *VM* 21 quantum *M, sed cf.* 31, 3 22 mannę *L* atque contemptor *om. VM* rursum *VM* 23 sub *om. VM* abrosum *VM* 24 ammirans *L pr. M* 25 huiusscemodi *M* 26 segete *V* 27 *immo* ostendebant 28 eorum *om. M* 29 repperiens *L pr. VM* omniptenti deo *M* 31 non posse se *S:* posse se *L*, se posse *M*, post se *V* nulla *S:* ulla *libri* spes sibi *VM* 34 correctus *Th. Mommsen* pauperimus (*h. e.* paupererimus) *L*, pauprim' *V* (*m. 1 correxit*), pauperinus *M* 35 suis *VM* sui *L* 37 apellabatur *L*, appellatur *VM*

basilicam aestatis tempore, sollemnitatem vespere reddituri, ad accendenda luminaria ignem minime reperissent, flammam concussis ex more lapidibus elicere nequiverunt, in tantum alterutra ferri ac petrae collisione tardantes, ut tempus vespertinae sollemnitatis efflueret. At vir dei genibus humi fixis orabat attentius. Mox igitur in con- 2
5 spectu trium spiritualium, qui aderant tunc, virorum cereus, quem manu idem Sanctus Severinus tenebat, accensus est. Quo lucente sacrificio vespertini temporis ex more suppleto gratiae deo referuntur in omnibus. Quod factum licet memoratos, qui huic interfuere miraculo, celare voluerit, sicut multa magnalia, quae per illum divinis sunt effectibus celebrata, claritas tamen tantae virtutis occultari non potuit, sed ad magnam
10 fidem ceteros excellenter accendit.

XIV. Accidit etiam eiusdem loci quandam mulierem diuturno languore vexatam 1
iacere seminecem, exsequiis iam paratis, cuius proximi maesto silentio voces funereas quodam fidei clamore presserunt et ante ostium cellulae sancti viri corpus iam paene exanime deposuere languentis. Videns itaque homo dei clausum aditum oppositione 2
15 lectuli ait ad eos: 'Quidnam est, quod facere voluistis'? Responderunt: 'Ut oratione tua vitae reddatur exanimis'. Tunc ipse lacrimabundus: 'Quid', inquit, 'a parvo magna deposcitis? Agnosco me prorsus indignum. Utinam merear veniam pro meis invenire peccatis'. Et illi: 'Credimus', inquiunt, 'quod, si pro ea oraveris, reviviscet'. Tunc S. Severinus fusis ilico lacrimis in oratione prostratus est et muliere protinus 3
20 assurgente allocutus est eos dicens: 'Nolite quicquam horum meis operibus applicare: hanc enim gratiam fidei vestrae fervor emeruit, et hoc fit in multis locis et gentibus, ut cognoscatur, quod unus sit deus, faciens in caelo et in terra prodigia, excitans perditos in salutem et mortuos vitae restituens'. Mulier vero sanitate recepta opus agrale die tertio iuxta morem provinciae propriis coepit manibus exercere.

25 XV. Quintanis appellabatur secundarum municipium Raetiarum, super ripam Da- 1
nuvii situm; huic ex alia parte parvus fluvius, cui Businca nomen est, propinquabat. Is crebra inundatione Danuvii superfluentis excrescens nonnulla castelli spatia, quia in plano fundatum fuerat, occupabat. Ecclesiam etiam loci eius mansores extra muros ex lignis habuere constructam, quae pendula extensione porrecta defixis in altum
30 stipitibus sustentabatur et furculis, cui ad vicem soli tabularum erat levigata coniunctio, quam, quotiens ripas excessisset, aqua superfluens occupabat. Quintanensium 2
itaque fide S. Severinus illuc fuerat invitatus. Ubi, cum tempore siccitatis venisset, interrogat, cur tabulata nudatis obstaculorum tegminibus apparerent. Accolae respon-

---

1 sollempnitatem *LVM* uesperę *M* reddituri] dicturi *M* 2 excussis *VM* 3 ferri *om. VM* ac] hac *M* petrę *L* (trę *m. 2 in rasura quinque fere literarum*) sollēpnitatis *L pr. et V* 5 manu] in manu *M* 7 refferuntur *L* 8 sicut] sicut et *VM* 11 diuturno *L:* diutino *VM* 12 funeratas *M* 13 fidī *LM* hostium *LVM* 14 languentes *V, om. D* oppisitione *L pr.* 16 uitae] u*tę *L pr.* lacrymabundus exclamans ait. Quid *D* inquit *om. VMD* 17 agnoscite *M*, agnosce *D pr.* inuenire pro meis *M*, pro meis inueniri *D*, pro meis *V* 18 si pro ea *L in litura*, pro ea *om. VMD* reuiuescet *LV*, reuiuiscit *D* 20 dicens *om. VMD* quidquam *M* 21 fidī *M* uestrae *om. D* feruor emeruit] feruore meruit *V* (or e *L m. 1 in litura*) 22 in cęlo et in terra faciens *M* 23 recepta *VM:* percepta *LD*, *cf. c.* 26 § 1; *c.* 46 § 5. 6 24 sacrale *D* proprius *D* 25 appellabatur *L pr. VMD:* appellabatur locus *L m. 2* secundarum *VMD:* fecundarum *L pr.*, fęcundarum *L m. 2*, *cf. Mommsen C. Inscr. lat. 3, 2 p. 707* retiarum *LV*, reciarum *MD* 26 situm *L pr. VMD:* situs *L m. 2* Businca] inca *M*, *in L* nca *in litura m. 2 scripsit* fluuius Quintana nomine propinquabat *D* 27 Is] His *L pr. VM* castella *L pr.* 28 planu *VM* loci eius] eiusdem loci *M* murus *D pr.* 29 constructa *D* porecta *V* 30 sustentabatur] *post* su *in L* i *erasum* 31 ripas] riuus *D* occuparat *D* 32 illic *M* siccitatis] *post* ci *duae literae erasae in L* ueniret *D* 33 interrogat *LVM:* interrogabat *D*, *cf. c.* 16 § 2, *c.* 19 § 4 tabulate *L pr.* apparent *M*

derunt, quod frequenti fluminis alluvione quicquid fuisset superstratum continuo laberetur. At ipse: 'Sternatur', inquit, 'tabulatis nunc in Christi nomine pavimentum, iam
3 videbitis amodo fluvium caelesti iussione prohibitum'. Pavimento itaque perfecto ipse subter navi descendens accepta securi postes facta oratione percussit atque ad aquam fluminis venerandae crucis expresso signaculo dixit: 'Non te sinit dominus meus Iesus
4 Christus hoc signum crucis excedere'. Ex illo itaque tempore, cum ex more fluvius crevisset in cumulos ambissetque viciniam, quam solebat, ita spatiis ecclesiae erat inferior, ut nunquam sancti patibuli signaculum, quod impresserat homo dei, prorsus excederet.

1 XVI. Accidit autem, ut castelli presbyter memorati admodum venerabilis, Silvinus nomine, moreretur, et cum in ecclesia feretro posito noctem psallentes duxissent ex more pervigilem, iam clarescente diluculo rogavit vir dei fessos presbyteros et diacones universos parumper abscedere, ut post laborem vigiliarum somno se aliquantu-
2 lum recrearent. Quibus egressis homo dei ostiarium, Maternum nomine, interrogat, utrum omnes, ut dixerat, abscessissent. At illo respondente cunctos abisse: 'Nequaquam', ait, 'sed latet hic quaedam'. Tunc ianitor ecclesiae saepta secundo perlustrans nullum intra ea remansisse testatur. Verum Christi miles domino revelante: 'Nescio quis', ait, 'hic delitescit'. Tertio itaque diligentius perscrutans quandam invenit virgi-
3 nem consecratam locis se occultioribus abdidisse. Hanc ergo memoratus sic increpavit aedituus: 'Cur istic famulo dei posito tuam credideras potuisse latere praesentiam'? At illa: 'Pietatis', inquit, 'amor talia me facere persuasit: videns enim cunctos foras expelli cogitavi mecum, quod servus Christi invocata divina maiestate praesentem
4 mortuum suscitaret'. Exeunte igitur memorata virgine homo dei cum presbytero et diacone ianitoribusque duobus in oratione curvatus oravit fletu largissimo, ut opus solitae maiestatis superna virtus ostenderet. Tunc orationem complente presbytero ita cadaver vir beatus alloquitur: 'In nomine domini nostri Iesu Christi, sancte presbyter
5 Silvine, loquere cum fratribus tuis'. At ubi oculos defunctus aperuit, vix praesentibus homo dei tacere prae gaudio persuasit et denuo ad eum: 'Vis', inquit, 'ut rogemus dominum, ut te adhuc servis suis in hac vita condonare dignetur'? At ille ait: 'Per dominum te coniuro, ne hic diutius tenear et frauder quiete perpetua, in qua me
6 esse cernebam'. Statimque reddita oratione quievit exanimis. Hoc autem factum ita S. Severini adiuratione celatum est, ut ante mortem eius non potuisset agnosci; ego tamen haec, quae retuli, Marci subdiaconi et Materni ianitoris relatione cognovi. Nam presbyter et diaconus, tanti testes miraculi, ante virum sanctum, cui iuraverant nulli se quod viderant proituros, obisse noscuntur.

1 XVII. Talibus igitur beatus Severinus per Christi gratiam muneribus opulentus captivorum etiam egenorumque tantam curam ingenita sibi pietate susceperat, ut paene

---

1 fuisse *V* labaretur *D* 2 inquid *V* tabulatis] super tabulata *VMD* 3 fluuium ammodo *M* pauiuento *D* 4 nauim *VM*, *om. D* postactahęcfacta *M* (acta *erasa sunt*) postes] es *in L add. m. 2 in litura* oratione *om. M* 7 comulos *V*, cumolos *M pr.* uicina *M* 8 inferior *D*: inferius *LVM* 8 quod — excederet *om. L pr.* homo dei impresserat *M* 10 admodum *L m. 2*: ammodum *L pr. VM* 11 ex more duxissent *M* 12 diacones *LVM*, *cf. c.* 11 § 3 14 hostiarium *LVM* 15 dixerat *VM*. dixerant *L* 16 sed] sunt *D* quidam *D* 17 milites *V* domino] domino sibi *VMD* 19 addidisse *D* 20 istic *VMD*: istius *L* credideras *VM*: credideris *LD* posse *VM* 21 pietas *V* expelli foras *M* 22 putaui *D* 24 diacone *L*· diacono *VM*, diac̄. *D* postulauit *D* 25 superna] diuina *D* oratione completa a presbytero *D* 26 cadaueri *D* 27 At ubi] et subito *D* uix] uix uero *D* 28 prae gaudio tacere *M* ut *om. VM* 29 dominum] deum *M*, *item v.* 30 31 esse iam cernebam *D* 32 diuratione *L* 33 diaconi *VM* Materni] Martini *VM* 34 sanctum uirum *M* 36 beatissimus *M* obtulentus *D*

omnes per universa oppida vel castella pauperes ipsius industria pascerentur: quibus tam laeta sollicitudine ministrabat, ut tunc se crederet tantummodo saturari vel abundare bonis omnibus, quando videbat egentum corpora sustentari. Et cum hebdoma- 2
darum continuatis ieiuniis minime frangeretur, tamen esurie miserorum se credebat
5 afflictum. Cuius largitionem tam piam in pauperes plurimi contemplantes, quamvis ex duro barbarorum imperio famis angustiam sustinerent, devotissime frugum suarum decimas pauperibus impendebant. Quod mandatum licet cunctis ex lege notissimum tamen, quasi ex ore angeli praesentis audirent, grata devotione servabant. Frigus 3
quoque vir dei tantum in nuditate pauperum sentiebat: siquidem specialiter a deo per-
10 ceperat, ut in frigidissima regione, mirabili abstinentia castigatus, fortis et alacer permaneret. Pro decimis autem, ut diximus, dandis, quibus pauperes alerentur, Norici 4
quoque populos missis exhortabatur epistolis. Ex qua consuetudine cum ad eum nonnulli erogandarum vestium copiam direxissent, interrogavit eos, qui venerant, si ex oppido quoque Tiburniae similis collatio mitteretur. Respondentibus etiam inde proti-
15 nus affuturos vir dei nequaquam eos venire signavit, sed dilatam eorum oblationem praedixit barbaris offerendam. Itaque non multo post cives Tiburniae vario cum obsidentibus Gothis certamine dimicantes vix initi foederis pactione inter cetera etiam largitionem iam in unum collatam, quam mittere famulo dei distulerant, hostibus obtulerunt.

20 XVIII. Cives quoque ex oppido Lauriaco crebra quondam S. Severini exhortatione 1
commoniti frugum decimas pauperibus offerre distulerant. Quibus fame constrictis iam maturitate messium flavescente vicina subsidia monstrabantur. At ubi rubiginis improvisa corruptio frugibus nocitura comparuit, mox ad ipsum convenere prostrati, poenas suae contumaciae confitentes. Miles vero Christi fessos verbis spiritualibus 2
25 allevabat dicens: 'Si decimas obtulissetis pauperibus, non solum aeterna mercede frueremini, verum etiam commodis possetis abundare praesentibus. Sed quia culpam confessione propria castigatis, de domini pietate polliceor, quod rubigo praesens tam valida penitus non nocebit; tantum fides vestra ulterius non vacillet'. Verum cives ad persolvendas ex illo decimas die promissio reddidit promptiores. Tunc, ut solebat,
30 hortatus est indici ieiunium: quo expleto placidus imber desperatae messis amputavit incommoda.

XIX. Batavis appellatur oppidum inter utraque flumina, Enum videlicet atque 1
Danuvium, constitutum, ubi beatus Severinus cellulam paucis monachis solito more fundaverat, eo quod ipse illuc saepius rogatus a civibus adveniret, maxime propter Alaman-
35 norum incursus assiduos, quorum rex Gibuldus summa eum reverentia diligebat. Qui 2

---

2 saturari] saluari *M* habundare *V*, habundari *M* 3 egentum *LVD:* egencium *M*, *cf. c.* 11 § 5 cum] cum ipse *D* edomadarum *V* 5 largiotionem *L* (*sed m. 1* o *delevit*), *cf. ad* § 4 6 imperio *om. M* angustiam] angustias *D*, inopias angustias *M* deuotissime] deuotissime tamen *D* 7 notissimum sit, tamen *D* 8 praesentis *om. M* 9 a deo specialiter *M* acceperat *M* 10 miraculi *D* maneret *VM* 12 populos] p̄brof *D* exortabatur *L pr. V* nonnulli *M:* nonnullam *LV* nonnullam ad eum *D* 13 copia *V* 14 tiburnia *D* 14 *et* 16 tiburtinię *L pr.*, tigurniae *V*, tugurniae *M*, *fort.* Tiuurniae *scribendum est* 16 offerandam *L* multum *VM* Tiburniae (tigurniae *V*) uario cum obsidentibus Gothis certamine dimicantes *VD:* tugurniae uario cum hostibus certamine dimicantes *M*, tiburniae dimicantes *L* 17 pactionem *V* 18 largionē *V* optulerunt *LM* 22 flauente *M* 23 inprouisę *VMD* conuenire *L pr.* 24 spiritalibus *D* 26 fruemini *L pr.* etiam *om. M* habundare *L pr. VM* 27 propia *V* 28 ualide *D* 29 illo decimas die *L:* illo decimas *VM*, illa die decimas *D* promissio] hęc promissio *VMD* reddidit *M* 30 ymber *MD* 32 atauis *VM*, Batabis *D* *velis cum D* appellabatur, *cf.* 1, 3. 4, 6. 7. 11, 2. 13, 1. 15, 1. 24, 1. *sed v.* 1, 1 *et* 15, 1 nomen est inter] ut inter *D* Enum *D:* hęnum *M*, henum *V*, renum *L*, *cf. c.* 3 § 3 33 monachis *om. D* 34 a] ad *V*

etiam quodam tempore ad eum videndum desideranter occurrit, cui sanctus obviam,
ne adventu suo eandem civitatem praegravaret, egressus est, tantaque constantia regem
est allocutus, ut tremere coram eo vehementius coeperit, secedensque suis exercitibus
indicavit nunquam semet in re bellica nec aliqua formidine tanto tremore fuisse con-
3 cussum. Cumque dei famulo daret optionem imperandi, quae vellet, rogavit doctor
piissimus, ut, sibi potius praestaturus, gentem suam a romana vastatione cohiberet et
captivos, quos sui tenuerant, gratanter absolveret. Tunc rex constituit, ut ex suis
aliquem dirigeret ad opus maturius exsequendum, statimque missus Amantius diaconus
e vestigio regem subsequitur eiusque pro foribus excubans multis diebus non potuit
4 nuntiari. Cui re, pro qua directus fuerat, non peracta tristissimo revertenti apparuit
quidam, effigiem sancti praeferens Severini, qui eum minaci compellatione perterritum
sequi se iussit. Cumque pavens et concitus sequeretur, pervenit ad ianuam regis
statimque dux ille praevius ex oculis mirantis evanuit. Verum regis internuntius dia-
conem, unde esset vel quid speraret, interrogat. Ille rem breviter insinuans oblatis
5 regi receptisque remeavit epistolis. Dimissus igitur revexit fere septuaginta captivos,
insuper promissionem regis gratam deferens, qua spopondit se, cum diligenter provin-
ciam peragraverit, remissurum, quantus in eadem repertus fuisset numerus captivo-
rum. Pro qua re postmodum S. Lucillus presbyter destinatus magnam miserorum
copiam a captivitate revocavit.

1 XX. Per id tempus, quo romanum constabat imperium, multorum milites oppido-
rum pro custodia limitis publicis stipendiis alebantur. Qua consuetudine desinente simul
militares turmae sunt deletae, cum limite batavino utcunque numero perdurante, ex
quo perrexerant quidam ad Italiam extremum stipendium commilitonibus allaturi, quos
2 in itinere peremptos a barbaris nullus agnoverat. Quadam ergo die, dum in sua cel-
lula S. Severinus legeret, subito clauso codice cum magno coepit lacrimari suspirio,
astantes iubens ad fluvium properanter excurrere, quem in illa hora humano firmabat
cruore respergi, statimque nuntiatum est corpora praefatorum militum fluminis impetu
ad terram fuisse delata.

1 XXI. Paulinus quidam presbyter ad S. Severinum fama eius excurrente perve-
nerat: hic in consortio beati viri dies aliquot remoratus, cum redire vellet, audivit ab
eo: 'Festina, venerabilis presbyter, quia cito dilectionem tuam, populorum desideriis,
2 ut credimus, obluctantem, dignitas episcopatus ornabit'. Moxque, remeante ad pa-
triam, sermo in eum praedicentis impletus est. Nam cives Tiburniae, quae est me-
tropolis Norici, coegerunt praedictum virum summi sacerdotii suscipere principatum.

---

1 desideranter] et desiderandum *M* obuiam *om. D* 2 aduentu *VMD:* adtentu *L pr.*, attentu *L m. 2* eandem] eam *D* regem constantia allocutus est *M* 3 eo] o *L m. 2 in lit. addidit* secedensque] sedetpea (*h. e.* sed et postea) *D* 4 nunquam semet *L:* nunquam se nec *VD*, se nunquam nec *M* in *om. D* fuisse tremore *D* 5 famulum *V* impetrandi *M* 7 absolueret *V corr. et M:* absoluerent *L et V pr.* (*sed m. 1 correxit*) constituerat *D* 8 dirigeret] *syllaba* ret *in L in litura* ad id opus *VMD*

10 re pro *Bollandus*; pro re *LVMD*, *cf.* § 5 11 perterritum *om. D* 12 atque *D* concitis *V* 13 mirantis *VMD:* mirantibus *L* iterum nuntius *D* 15 regis *L pr. V* 16 se spopondit *VM* 17 peragraueret *D* quantos — numeros *VMD* repertus *L:* reperturus *VM*, recepturus *D* 18 S. Lucillus presbyter postmodum *VM* 19 a] ex *VM* 20 id *VMD:* idem *L* temporis *VM* 21 quia *D* 22 delatę *L* (*sed correxit m. 1*) *et M* cum] simul cum *M* batauino *VM:* batabino *L*, *cf. Mommsen Corp. inscr. lat. 3, 2 p. 690* utcunque] uno utcunque *M* 23 quidem *L* quos interemptos a *D* 24 barbarbaris *M* 25 lacrimari *L:* lacrimare *VM* 26 asstantus *L pr.* iubens *VMD:* iubet *L*, iussit *codd. recc.* quem *VMD:* quia *L* humano *L pr. VMD:* humanum *L m. 2* affirmabat *M* 27 cruore *VMD:* cruorem *L* prefictorum *D* 29 presbyter *om. D* eius] eius latius *V*, eius lacius *M* 30 dies *L pr.:* diebus *L m. 2 VM* demoratus *M* 32 ornauit *L pr.*, ornarnabit *V* moxque] mox *D* 33 eum] eo *VMD* tiburtinię *L*, tigurniae *V*, tugurnię *M* 34 coegerunt] elegerunt *VM* sacerdotis *M*

XXII. Basilicae extra muros oppidi batavini in loco nomine Boiotro trans Enum 1
fluvium constitutae, ubi cellulam paucis monachis ipse construxerat, martyrum reliquiae
quaerebantur. Ingerentibus ergo se presbyteris, ut mitterentur ad sanctuaria defe-
renda, haec beatus Severinus monita proferebat: 'Quamvis cuncta mortalium opere con-
5 structa praetereant, haec tamen aedificia prae ceteris celerrime relinquenda sunt; et
ideo pro reliquiis sanctorum nullum laborem debetis suscipere, quia ultro eis S. Io-
hannis benedictio deferetur'. Interea beatum virum cives oppidi memorati suppliciter 2
adierunt, ut pergens ad Febanem, Rugorum principem, mercandi eis licentiam postu-
laret. Quibus ipse: 'Tempus', inquit, 'huius oppidi propinquavit, ut desertum, sicut
10 cetera superiora castella cultore destituta, remaneat. Quid ergo necesse est locis mer-
cimonia providere, ubi ultra non poterit apparere mercator?' Respondentibus illis non 3
se debere contemni, sed consueto sublevari regimine quidam presbyter haec diabolico
spiritu repletus adiecit: 'Perge', quaeso, 'sancte, perge velociter, ut tuo discessu
parumper a ieiuniis et vigiliis quiescamus'. Quo dicto vir dei lacrimis urgebatur in-
15 gentibus, quod in ridiculam vanitatem cunctis audientibus sacerdos eruperit. Aperta
namque scurrilitas latentium est testificatio delictorum. Sanctus itaque vir, cur ita
fleret, interrogatus a fratribus: 'Video', inquit, 'plagam gravissimam nobis absenti-
bus huic loco protinus eventuram, et Christi sacraria, quod non sine gemitu cogor
exprimere, humano sanguine redundabunt, in tantum, ut etiam locus iste violandus
20 sit'. Nam in baptisterio loquebatur. Ad antiquum itaque et omnibus maius monaste- 4
rium suum iuxta muros oppidi Favianis, quod centum et ultra milibus aberat, Danu-
vii navigatione descendit. Mox igitur eo descendente Hunimundus paucis barbaris
comitatus oppidum, ut sanctus praedixerat, Batavis invasit ac paene cunctis mansoribus
in messe detentis quadraginta viros oppidi, qui ad custodiam remanserant, interemit.
25 Presbyterum quoque illum, qui tam sacrilega contra famulum Christi in baptisterio 5
fuerat elocutus, ad eundem locum confugientem insequentes barbari peremerunt.
Frustra enim illuc offenso deo veritatis inimicus accessit, ubi tam imprudenter ex-
cesserat.

XXIII. Igitur sanctus Severinus, dum in monasterio Favianis evangelium legeret, 1
30 oratione suppleta consurgens scapham sibi iubet ilico praeparari et mirantibus ait:
'Sit nomen domini benedictum, sanctuariis beatorum martyrum nos oportet occurrere'.
Nec mora: transmeato Danuvio inveniunt hominem considentem in ripa ulteriori flu-
minis ac multis eos precibus postulantem, ut ad servum dei, ad quem fama vulgante
olim venire cuperet, duceretur. Mox itaque ei Christi famulo demonstrato suppliciter 2
35 S. Iohannis Baptistae reliquias obtulit multis apud se servatas temporibus. Quas

---

1 baiothro *M*, biothro *V*, boitro *D*, *cf. Mommsen l. d.* Enum fluuium] henum fluuium *V*, haenum fluuium *L*, fluuium henum *M* 2 ubi] *cf.* 19, 1 4 proferebat *VMD:* praeferebat *L* 5 et ideo *VMD:* uideo *L* 6 debetis *S:* deberi *L*, debere *VMD* ultro] et ultro *VM* ioannis *M* 7 deferretur *VM*, referretur *D* 8 pergeret *D* febanem *VM*, febanum *L m. 2*, fabianum *L pr.*, fauianam *D. videtur* Feuam *sive* Febam *scribendum esse*, *coll. c.* 8 § 1. *c.* 31 § 1. *c.* 40 § 1. *c.* 42 § 1. *c.* 44 § 4; *sic Cassiodor. chron. a. 487* (*ed. Mommsen p. 656*) *habet* Foeba, *anonym. Cuspiniani a. 487* (*Mommsen p. 667*) Feuuanum, *Orig. gent. langob. c. 4:* Feuane ei *M* postularetur *D* 9 inquid *V* 10 priora *D* . destituto *L* 11 illis] eis *M* 13 plenus *M* disscessu *V* 14 dicto] audito *M* a lacrimis *L* (*pr. m.* a *delevit*) urguebatur *M* 15 Aperta — 16 delictorum *om. M* 17 inquid *V* 18 et *VM:* ut *L* non sine *VM:* sine *L* 21 suum *om. M* fauianis *VM:* fabianis *L* 22 humimundus *L pr.*, hunumundus *V*, hodemundus *M* 25 christi famulum *M* 27 offenso deo] offendō *V* 29 sanctisimus *M* 30 scafam *VM* sibi] ibi *L pr.* ilico praeparari iubet *M* 31 occurere *M* 32 confidentem *V* ulteriore *VM*, ulterius *L m. pr.* 33 eos] eorum *M* quam *V* 35 optulit *LV*

dei servus debita veneratione suscipiens in basilicam S. Iohannis, sicut praedixerat, ultronea benedictione collatas sacravit officio sacerdotum.

1 XXIV. Ad habitatores praeterea oppidi, quod Ioviaco vocabatur, viginti et amplius a Batavis milibus disparatum, solita vir dei revelatione commonitus Moderatum nomine, cantorem ecclesiae, destinavit, praecipiens ut habitationem loci illius omnes sine cunctatione relinquerent, mox enim perituros fore, si contemnerent imperata.
2 Aliis ergo de tanto praesagio dubitantibus, aliis prorsus non credentibus iterum misit Quintasium quendam, cui et lacrimans ait: 'Perge velocius, denuntians eis, si hac ibidem nocte manserint, sine dilatione capientur'. Sanctum quoque Maximianum, spiritualis vitae presbyterum, instantius imperat admoneri, ut saltem ipse contemptoribus derelictis properaret caelesti misericordia liberari; de quo sibi dei famulus magnam dicebat inesse maestitiam, ne forte salutiferum differendo mandatum imminenti subia-
3 ceret exitio. Praedictus itaque pergens imperata supplevit, sed presbytero et reliquis incredulitate nutantibus nuntius viri dei presbytero retinenti se atque hospitalitatis gratiam praebere cupienti nullatenus acquievit. Qua nocte Heruli insperate protinus irruentes oppidumque vastantes plurimos duxere captivos, presbyterum memoratum patibulo suspendentes. Quo audito servus dei graviter doluit praemonitos non curasse.

1 XXV. Deinde quidam de Norico, Maximus nomine, ad servum dei frequentare solitus cum venisset et pro familiaritate, quam meruerat, in monasterio sancti viri diebus aliquot moraretur, eius informatur oraculis patriam suam grave repente exci- dium subituram. Qui acceptis litteris ad S. Paulinum episcopum ordinatis remeavit
2 instantius. Igitur memoratus antistes litterarum tenore praestructus universa dioecesis suae castella scriptis propriis vehementer admonuit, ut triduano ieiunio, quod litterae
3 viri dei signaverant, exitio venturae cladis occurrerent. Quibus iussa complentibus terminato ieiunio ecce Alamannorum copiosissima multitudo feraliter cuncta vastavit. Castella vero nullum sensere periculum, quae lorica fidelis ieiunii et laudanda cordis humilitas per virum propheticum adversus hostium ferociam fidenter armaverat.

1 XXVI. Post haec leprosus quidam mediolanensis territorii ad S. Severinum fama eius invitante perrexerat: hunc sanitatis remedia suppliciter implorantem monachis suis indicto ieiunio commendavit; qui continuo dei gratia operante mundatus est. Cumque recepta sanitate redire suaderetur ad patriam, prostravit se pedibus sancti viri, petens, ne ulterius ad sua redire cogeretur, cupiens scilicet ut lepram quoque peccatorum
2 sicut carnis effugeret vitamque in eodem loco fine laudabili terminaret. Cuius animum religiosum vir dei vehementer admirans paucis monachis paterna iussione praecepit frequentatis cum eo ieiuniis in oratione continua permanere, ut dominus ei, quae essent opportuna, concederet. Tantis itaque remediis praemunitus intra duorum mensium spatium vitae mortalis est compedibus absolutus.

---

1 in basilicam *S:* basilicam *L*, basilica *V* praedixerat] *cf. c.* 22 § 1 2 collatas *S:* collata *L*, collocata *M*, *cf. c.* 9 § 3 3 iobiaco *VM*, *cf. Mommsen Corp. Inscr. L. 3, 2 p. 690. XXXVIII* et] et eo *M* 5 destinabit *L* 6 enim *om. M* 7 praesagio] nuntio *V*, nuncio *M* 8 inlacrimans *VM* eis] ait eis *L* (*sed* ait *deletum*) 9 dilatione] dubitacione *V*, dubio *M* maximum *M*, maximinum *V* 10 ammoneri *L pr.*, ammonere *M*, admonere *V* 13 excidio *M* sed presbyterio et *VM:* et *L* 14 nuntiis *L pr.* uir *L pr.* retinendi *M* 15 adquieuit *L m. 2 VM* 16 uastantes] uexantes *VM* 17 praemonitus *L* 20 diebus *om. V* aliquit *L pr.* graue *om. V* exitium *V*, exicium *M* 21 episcopum ordinatis *L* (*m. pr. sive* 2) *in rasura decem fere literarum*, episcopum destinatis *VM* 22 praestructus *L:* perstructus *VM*, *cf. c.* 28 § 1. *c.* 30 § 1 23 ammonuit *L pr. M* 26 cordis] carnis *V* 28 mediolanensis *VM:* mediolensis *L* 29 perrexerat] peruenerat *M* 30 dei gratia *V:* dei gratiam *L*, deo *M* 31 sancti uiri pedibus *M* 33 effugeret *VM:* effugaret *L* 34 ammirans *L pr. M* praecepit *L:* praecepit ut *VM* 35 permanerent *VM* 36 praemunitus *M:* praemonitus *LV* mensuum *V*

XXVII. Eodem tempore mansores oppidi quintanensis, creberrimis Alamannorum 1
incursionibus iam defessi, sedes proprias relinquentes in Batavis oppidum migraverunt. Sed non latuit eosdem barbaros confugium praedictorum; qua causa plus inflammati sunt, credentes quod duorum populos oppidorum uno impetu praedarentur.
5 Sed beatus Severinus orationi fortius incubans Romanos exemplis salutaribus multipliciter hortabatur, praenuntians hostes quidem praesentes dei auxilio superandos, sed post victoriam eos, qui contemnerent eius monita, perituros. Igitur Romani omnes sancti 2
viri praedictione firmati spe promissae victoriae adversus Alamannos instruxerunt aciem, non tam materialibus armis, quam sancti viri orationibus praemuniti. Qua
10 congressione victis ac fugientibus Alamannis vir dei ita victores alloquitur: 'Filii, ne vestris viribus palmam praesentis certaminis computetis, scientes idcirco vos dei praesidio liberatos, ut hinc parvo intervallo temporis, quasi quibusdam concessis indutiis, discedatis. Mecum itaque ad oppidum Lauriacum congregati descendite'. Haec homo dei plenus pietate commonuit. Sed Batavinis genitale solum relinquere dubitantibus 3
15 sic adiecit: 'Quamvis et illud oppidum, quo pergimus, ingruente barbarie sit quantocius relinquendum, hinc tamen nunc pariter discedamus'. Talia commonentem secuti sunt plurimi, quidam vero reperti sunt contumaces nec defuit contemptoribus gladius inimici. Quicunque enim ibidem contra hominis dei interdicta manserunt, Thoringis irruentibus in eadem hebdomada alii quidem trucidati, alii in captivitatem
20 deducti poenas dedere contemptui.

XXVIII. Igitur post excidium oppidorum in superiore parte Danuvii omnem po- 1
pulum in Lauriacum oppidum transmigrantem, qui sancti Severini monitis paruerat, assiduis hortatibus praestruebat, ne in sua virtute confiderent, sed orationibus et ieiuniis atque eleemosynis insistentes armis potius spiritualibus munirentur. Praeterea vir 2
25 dei quadam die cunctos pauperes in una basilica statuit congregari, oleum prout poscebat ratio largiturus; quam speciem in illis locis difficillimam negotiatorum tantum deferebat evectio. Igitur tanquam benedictionis accipiendae gratia maior egenorum turba confluxit: pretiosum quippe ibidem liquoris elementum auxit turbam numerumque poscentium. Tunc vir beatus oratione completa signoque crucis expresso solitum sibi 3
30 scripturae sanctae sermonem cunctis audientibus exprimens ait: 'Sit nomen domini benedictum'. Tunc coepit oleum propria manu ministris implere portantibus, imitatus fidelis servus dominum suum, qui non ministrari venerat, sed potius ministrare, sequensque vestigia salvatoris gaudebat augeri materiem, quam officio dextrae sinistra nesciente fundebat. Completis quippe vasculis pauperum nihil minuebatur in manibus
35 ministrantium. Tantum igitur dei beneficium dum circumstantes tacite mirarentur, 4
unus eorum, cui nomen erat Pientissimus, nimio stupore perterritus exclamavit: 'Domine mi, crescit hic caccabus olei et in modum fontis exundat'. Sic liquor ille gratissimus prodita virtute subtractus est. Statim Christi famulus exclamans ait: 'Quid 5

---

2 babtauis *V* 3 Sed non — 4 praedarentur *om. M* 3 latuit] latos *V* 6 praesentis *VM* 7 contēpnerint *M* omnes *om. VM* 8 spe *om. VM* construxerunt *VM* 11 imputetis *VM* iccirco *M* dei] dei nunc *VM* 12 indiciis *V* 15 quantotius *LV* 16 descendamus *V* commonente *M* 18 thoringis *VM:* turingis *L, cf. c.* 31 § 4 19 ebdomada *LM,* edomadae *V, cf. c.* 17 § 2 21 superiore parte *VM.* superiorem partem *L* 24 atque eleemosynis] atque elemosinis *L,* atque helemosinis *M,* anelemosinis *V* quadam die uir dei *LVM, sed m L m. 1 correxit* 26 difficillimam *VM:* difficillima *L* 28 pretiosius *V,* preciosius *M* ibidem *VM:* idem *L* liquoris] huius liquoris *VM* alimentum *VM* 29 signoque] signo *VM* 31 miratus *L pr., sed correxit m. 1* 32 qui non —] *cf. Evang. Marci 10, 45* 33 dextrae *L:* dexterę *VM* nesciente sinistra *M* 34 itaque quippe *M* nichil *LM* 35 ministrantum *V* 36 stupore] timore *V* 37 caccabus *L m. 2:* caccauus *L pr. V,* cacauus *M* immodum *V*

fecisti, frater? Obstruxisti commoda plurimorum; ignoscat tibi dominus Iesus Christus'. Sic aliquando mulier vidua debitis onerata Helisei prophetae iussis instruitur ex olei stilla, quam habebat, vasa replere quam plurima. Quod cum fecisset et adhuc a filiis vasa deposceret, ubi audivit defecisse numerum vasorum, mox stetit oleum.

1 XXIX. Per idem tempus Maximus Noricensis, cuius fecimus in superioribus mentionem, fidei calore succensus media hieme, qua regionis illius itinera gelu torpente clauduntur, ad beatum Severinum audaci temeritate, vel magis, ut post claruit, intrepida devotione venire contendit, conductis plurimis comitibus, qui collo suo vestes captivis et pauperibus profuturas, quas Noricorum religiosa collatio profligaverat, baiularent. Itaque profecti ad summa Alpium cacumina pervenerunt, ubi per totam noctem nix tanta confluxit, ut eos magnae arboris protectione vallatos velut ingens fovea demersos in-
2 cluderet. Et cum de vita sua penitus desperarent, nullo scilicet subveniente remedio, vidit ductor comitum per soporem effigiem viri dei stantem ac dicentem sibi: 'Nolite timere, pergite quo coepistis'. Hac ergo revelatione protinus animati cum coepissent fide magis quam gressibus proficisci, subito divino nutu ingentis formae ursus e latere veniens viam monstraturus apparuit. Qui se tempore hiemis speluncis abdere consuevit, mox cupitum reserat iter et per ducenta ferme milia non ad sinistram devians,
3 non ad dexteram viam demonstravit optabilem. Tanta enim eos intercapedine praecedebat, quanta recenti vestigio semitam praepararet. Itaque progrediens bestia per eremi vastitatem viros, qui egenis deferebant solatia, non reliquit, sed usque ad habitacula hominum qua potuit humanitate perduxit et mox in unam partem officio devertit expleto, ostendens tanto ductus officio, quid homines hominibus praestare debeant quantumque caritatis impendere, cum desperantibus iter bestia saeva monstraverit.
4 Igitur cum servo dei nuntiarentur, qui venerant, ait: 'Sit nomen domini benedictum. Ingrediantur, quibus viam, qua venirent, ursus aperuit'. Quo audito illi stupore nimio mirabantur virum dei referre id, quod in absentia provenerat.

1 XXX. Cives item oppidi Lauriaci et superiorum transfugae castellorum ad suspecta loca exploratoribus destinatis hostes quantum poterant humana sollicitudine praecavebant. Quos servus dei divinitatis instinctu commonitus praesaga mente praestruxit, ut omnem paupertatis suae sufficientiam intra muros concluderent, quatenus inimicorum feralis excursio nihil humanitatis inveniens statim fame compulsa immania cru-
2 delitatis coepta desereret. Haec per quadriduum contestatus advesperascente iam die Valentem nomine monachum mittens ad S. Constantium, eiusdem loci pontificem, et ad ceteros commanentes: 'Hac', inquit, 'nocte dispositis per muros ex more vigiliis districtius excubate, supervenientis hostis cavete insidias'. At illis nihil adversi explo-
3 ratores sentire se penitus affirmabant. Sed Christi famulus praemonere non desinens

2 Reg. II, 4, 2 sqq.

---

1 Christus *om. VM* 3 stilla] *immo* situla 4 uasorum *om. VM* stetit] stetit et *VM* oleum *om. L pr.* 5 tempus *om. L pr.* fecimus *in litura add. L m. 2* in superioribus] *cf. c.* 25 11 excluderet *VM* 13 effigiem uiri] quendam in effigie (effię *M*) uiri *VM* 18 obtabilem *L pr. V* 19 quanta *VM:* quanto *L* 20 heremi *LVM* abitacula *L pr.* 21 deuertit *L:* diuertit *VM* 22 ducatus *VM* 23 quantumque] quantum *VM* 25 uia *V* aperuit ursus *M* 26 absentia *codd. recc.:* absenti *LVM* 27 idem *VM* 28 humana poterant sollicitudine *V*, humana sollicitudine poterant *M* 29 praestruxit *VM:* perstruxit *L*, *cf. c.* 25 § 2 31 nichil *L* (*sic saepissime*) compulsus *VM* 32 quadriduum *codd. complures recc.:* quatriduum *VM*, quadrubium *L* 33 constantium *V:* constancium *M*, constantinum *L* 34 commanentes *VM:* commonentes *L*, *cf. c* 42 § 1 35 cauete *L corr. m. 1:* cauentes *L pr. VM* illis *S:* illi *codd.* exploratores *L:* per exploratores *VM* 36 affirmabant *VM:* ignorabant *L* (*sed* igno*r *in litura scripsit m. 1. videtur aliud verbum latere*)

dubitantibus voce magna clamabat, eadem nocte eos asserens capiendos, nisi imperiis fideliter oboedirent, saepius repetens: 'Me', inquit, 'me, si mentitus fuero, lapidate'. Itaque tandem aliquando muris invigilare compulsi, expleta consueti operis in noctis principio psalmodia, cum celeberrimo coepissent vigilare concursu, acervus faeni commi-
5 nus positus facula baiuli nolentis accensus lumen, non incendium reddidit civitati. Qua occasione vociferantibus cunctis hostes silvarum occultati nemoribus, subito splen- 4
dore clamoreque perterriti, putantes se praecognitos quieverunt ac mane facto circumdantes civitatem et ubique discurrentes, cum nihil victualium reperissent, direpto animalium grege cuiusdam hominis, qui servo dei praedicente contumax sua tutare con-
10 tempserat, recesserunt. Illis autem abeuntibus cives portas egressi haud procul a muris scalas iacentes inveniunt, quas ad urbis excidium praeparantes barbari vigilantium clamore turbati nocte iactaverant. Quapropter memorati cives veniam a Christi 5
famulo precabantur humiliter, confitentes corda sua lapidibus esse duriora, qui rebus praesentibus agnoverunt in sancto viro gratiam viguisse propheticam; isset nempe
15 tunc plebs inoboediens universa captiva, nisi eam liberam viri dei consueta servasset oratio, Iacobo apostolo protestante: 'multum', inquit, 'valet oratio iusti assidua'.

XXXI. Feletheus, Rugorum rex, qui et Feva, audiens cunctorum reliquias oppi- 1
dorum, quae barbaricos evaserunt gladios, Lauriacum se per dei famulum contulisse, assumto veniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere et in oppidis sibi tribu-
20 tariis atque vicinis, ex quibus unum erat Favianis, quae a Rugis tantummodo dirimebantur Danuvio, collocare. Quamobrem graviter universi turbati S. Severinum adiere 2
suppliciter, ut in occursum regis egrediens eius animum mitigaret. Cui tota nocte festinans in vicesimo ab urbe miliario matutinus occurrit. Rex ergo adventum eius protinus expavescens testabatur se illius fatigatione plurimum praegravatum; causas ita-
25 que repentinae occursionis inquirit. Cui servus dei: 'Pax', inquit, 'tibi, rex optime. 3
Christi legatus advenio, subditis misericordiam precaturus. Recole gratiam, divina beneficia recordare, quibus pater tuus se frequenter sensit adiutum. Nam cunctis regni sui temporibus nihil me inconsulto gerere praesumebat. Qui monitis salutaribus non resistens crebris prosperitatibus recognovit, quanti valeret oboedientis animus quantum-
30 que triumphatoribus prosit suis non tumere victoriis'. Et rex: 'Hunc', inquit, 'popu- 4
lum, pro quo benivolus precator accedis, non patiar Alamannorum ac Thoringorum saeva depraedatione vastari vel gladio trucidari aut in servitio redigi, cum sint nobis vicina ac tributaria oppida, in quibus debeant ordinari'. Cui servus Christi constan- 5
ter ita respondit: 'Numquid arcu tuo vel gladio homines isti a praedonum vastatione
35 creberrima sunt erepti et non potius dei munere, ut tibi paulisper obsequi valeant, reservati? Nunc ergo, rex optime, consilium meum ne respuas, fidei meae hos committe subiectos, ne tanti exercitus compulsione vastentur potius quam migrentur. Confido enim in domino meo, quod ipse, qui me fecit horum calamitatibus interesse, in

16 Iacob. epist. 5, 16.

---

3 noctis] hoc *M* 4 comminus *VM:* cominus *L* 5 facula] et facula *VM* 6 qua] quasi *L pr.* (*sed m. 1 correxit*) *ante* nemoribus *delevit* in *L m. 1* 7 circundantes *M* 8 repperissent *V* grege animalium *M* 11 inuenerunt *VM* 14 agnouerant *VM* esset *VM* 16 attestante *M* 17 feletheus *hic LVM, cf. c.* 8 § 1 feba *VM* 18 barbaricos] barbarico se per dei famulum *L* euaserant *VM* lauriaco *VM* 20 ex quibus unum erat Fauianis *om. VM* fabianis *L* 23 in *om. L* matutinus *codd. recc.:* matutinis *V*, matuninus *M*, maturius *L* (*sed* uriu *a m. 2 in litura*) occurit *M* 25 tibi inquit *M* 27 tuus *om. VM* frequenter se *VM* 29 quanti] *cf. c.* 12 § 4 31 beneuolus *M* 32 uel gladio — redigi *om. M* seruitutem *V* 33 debent *VM* Christi] dei *M* 34 nunquid *V* 35 sunt *in M erasum est* 36 obtime *L* conscilium *M* comite *V*

6 perducendis eis idoneum faciet promissorem'. His auditis rex modestis allegationibus mitigatus cum suo protinus remeavit exercitu. Igitur Romani, quos in sua S. Severinus fide susceperat, de Lauriaco discedentes pacificis dispositionibus in oppidis ordinati benivola cum Rugis societate vixerunt. Ipse vero Favianis degens in antiquo suo monasterio nec admonere populos nec praedicere futura cessabat, asserens universos in romani soli provinciam absque ullo libertatis migraturos incommodo.

1 XXXII. Isdem temporibus Odoacer rex S. Severino familiares litteras dirigens, si qua speranda duceret, dabat suppliciter optionem, memor illius praesagii, quo eum quondam expresserat regnaturum. Tantis itaque sanctus eius alloquiis invitatus Ambrosium quendam exulantem rogat absolvi. Cuius Odoacer gratulabundus paruit im-
2 peratis. Quodam etiam tempore, dum memoratum regem multi nobiles coram sancto viro humana, ut fieri solet, adulatione laudarent, interrogat, quem regem tantis praeconiis praetulissent. Respondentibus 'Odoacrem' 'Odoacer', inquit, 'qui integer inter tredecim et quattuordecim annos?' videlicet integritatem eius regni significans, et his dictis adiecit citius illos, quod ipse praedixerat, probaturos.

1 XXXIII. Ab oppidaneis comagensibus, apud quos primum quondam innotuerat, beatus Severinus suppliciter rogatus advenit. Cuius comperta praesentia unus ex optimatibus Felethei regis filium suum adolescentem diuturno languore vexatum, cui iam parabat exsequias, transiecto Danuvio pedibus eius proiecit et lacrimans: 'Credo', inquit, 'homo
2 dei, te filio meo velocem impetrare divinitus sanitatem'. Tunc data oratione, qui semivivus allatus fuerat, statim incolumis patre mirante surrexit et perfecta protinus revertitur sospitate.

1 XXXIV. Elefantiosus etiam quidam, Teio nomine, de longinquis regionibus S. Severini invitatus virtutibus venit, rogans eius oratione mundari. Accepto itaque ex more praecepto iubetur deum, totius gratiae largitorem, sine cessatione lacrimabiliter
2 exorare. Quid plura? precibus beati viri idem leprosus divina opitulatione mundatus, dum commutat mores in melius, mutare meruit et colorem, regis aeterni magnalia tam suis quam plurimorum vocibus longe lateque denuntians.

1 XXXV. Bonosus quoque, monachus beati Severini, barbarus genere, qui responsis eius inhaerebat, oculorum imbecillitate plurimum praegravatus medelam sibi praestari eius oratione poscebat, aegre ferens adventitios et externos salutaris gratiae sentire
2 praesidia sibique nullam remediorum opem aliquatenus exhiberi. Cui servus dei: 'Quid', inquit, 'expedit, fili, corporeis luminibus aciem habere perspicuam et exterio-

---

1 faciat *M* modestis *L pr. VM:* molestis *L m. 1 in rasura, sed in marg. addidit:* alias destis 4 fauianis *VM:* fabianis *L* 5 ammonere *L pr. M* 6 in *om. M* romā *L* romanis (romanos *M*) ad suas prouincias absque *VM* 7—15 *cf. Anonymus Valesii § 47. 48 p. 292 Gardth.* 7 Hisdem *LVM* Odoacar *VM*, Odoachar *palat. Anonymi*, odochar *meermann. item v.* 10, *cf. c.* 7 8 si qua] quae *VM* 10 cui (cuius *meermann.*) — inperanti (imperati *meermann. pr.*) *Anonymus* 11 quodam] quo *VM* 12 humanę *L* adolatione *V et meermann. Anonymi* 13 Odoacrem *L et meermann. Anon. m. 2:* odoacarem *VM*, odoachrem *palat. Anon.*, odocharem *meermann. pr.* Odoacar *VM* inquit, qui integer inter *S:* qui, dixit eis, inter *Anon.*, integer inter *L*, inquit integer *VM* 14 quattuordecim *LV*, XIIII *M* (*Odoacer a. 476 regia dignitate accepta 'mansit in regno annos XIII' Anon. Valesii § 45*) integritatem eius regni *L:* integri eius regni *V et meermann. Anonymi*, integrum eius regnum *palat. Anon.*, interim eius regnum *M* 15 probaturus *L* 16 oppidanis *M* aput *M* primum] plurimum *M* 17 aduenerat *M* 18 langore *LM* 19 exequia *VM* traiecto *VM* 20 ueloce *V* tum *M* oratione ōre qui *M* 21 semiuiuus] semiuiuus reliquerat *V* incolomis *V* mirante *VM:* migrante *L* 22 sanitate sospitate *V* 23 telo *L* (*in capitulo*) 24 eius se orationi mundare *V* 25 iubetur *M habet ante* lacrimabiliter 29 Bonosus *VM et L in capitulo:* Bonus *L* beati Seuerini — 30 inhaerebat *om. M* 30 inbecillitatem plurimam patiebatur medelamque *VM* praestari sibi *V*, sibi praestare *M* 31 aegre] egros *M* hesternos *M* 32 aliquatinus *M* 33 Quid, inquit *S:* inquit *L*, non tibi inquit *VM* fili] o fili *VM*

ris oculi clarum praeferre conspectum? Ora magis, ut obtutus vegetetur interior'. Talibus igitur monitis informatus dedit operam corde magis videre quam corpore meruitque absque ullo fastidio mirabiliter in orationis effici iugitate continuus et quadraginta fere annis in monasterii excubiis perseverans eodem, quo conversus est, fidei calore transivit.

XXXVI. In loco Boiotro superius memorato quosdam tres monachos sui monaste- 1
rii doctor humilis superbiae foeditate respersos dum pro suis singulos excessibus increpatos durare in pernicie comprobasset, oravit, ut eos dominus in adoptionem recipiens filiorum paterno dignaretur flagello corripere. Prius ergo quam orationem effusis lacrimis terminaret, uno momento idem monachi daemone corripiente vexati contumaciam sui pectoris vocibus fatebantur. Absit, ut cuiquam hoc crudele videatur aut 2
noxium, quia traditi sunt huiusmodi homines satanae in interitum carnis, sicut beatus docet apostolus, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu, cum beatus Ambrosius, mediolanensis episcopus, servum Stilichonis, auctorem falsarum epistolarum deprehensum, dixerit oportere tradi satanae, ne talia postmodum auderet admittere; quem eodem momento, cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis, spiritus immundus arreptum coepit discerpere. Severus quoque Sulpicius refert ex relatione Postumiani virum quendam 3
magnis virtutibus signisque mirabilem ad expellendam de corde suo iactantiae vanitatem, quam incurrerat, exorasse, 'ut permissa in se mensibus quinque diabolo potestate similis his fieret, quos ipse curaverat'. Idemque post pauca: itaque 'correptus a daemone, tentus in vinculis, omnia illa, quae energumeni solent ferre, perpessus quinto demum mense purgatus est, non tantum daemone, sed, quod illi erat utilius atque optatius, vanitate'. Praedictos itaque monachos vir dei delegatos fratribus per dies 4
quadraginta arduis abstinentiae remediis mancipavit. Quibus expletis data super eos oratione a potestate daemonis eruit nec solum sanitatem corporis, sed et mentis impertiit. Quo facto et sancto viro reverentiae terror accrevit et ceteros maior disciplinae metus obtinuit.

XXXVII. Marcianum monachum, qui postea presbyter ante nos monasterio prae- 1
fuit, ad Noricum cum Renato fratre direxerat. Et cum dies tertius laberetur, ait fratribus: 'Orate, carissimi, quia gravis hac hora tribulatio Marcianum comprimit et Renatum, de qua tamen Christi liberabuntur auxilio'. Tunc monachi, quae ab eo dicta 2
sunt protinus annotantes, illis post menses plurimos redeuntibus diem horamque periculi, qua barbaros evaserant, indicantibus, sicut signaverant, approbarunt.

XXXVIII. Item beatissimus Severinus uni ex fratribus, nomine Urso, repente 1
praecepit quadraginta dierum districtiore ieiunio venturae calamitati, abstinentia ciborum et lamentis, occurrere, dicens: 'Imminet tibi corporale periculum, quod dei prae-

12 Ad Corinth. I, 5, 5.

---

2 uidendi *VM* 3 fastigio *V* 6 boitro *V*, boytro *M* superius] *cf. c.* 22 § 1 8 adoptione *V* 10 idem *LVM* 11 aut] uel *M* 12 noxiam *L pr., sed mutavit m. 1* traditis *L pr.* 12 *et* 15 sathanae *LVM* 13 docet *codd. recc.:* docens *L*, dicens *V*, dicit *M* Iesu *om. M* (ihū *V*) 14 stiliconis *VM* auctorem *M:* auctore *V*, auctoritate *L* 15 postmodum *in litura L m. 1*, in posterum *VM* admittere *Welserus:* amittere *L*, admitteret *V*, committere *M* 16 inmundus *L pr.*, inmundis *V* 17 Seuerus Sulp. dial. 1. 20 § 7. 8 post turniani *V* 19 exorrasse *V* diabolo *V et cod. veron. Sulpicii:* diabolı *LM* 20 pauca. Idemque *L* (*sed* a idē *m. 2 in litura*) 21 tempus *L pr.*, temtus *L m.* 2, est retentus *cod. veron. Sulpicii* omnia illa *VM et Sulpic.:* omnia *L* inergumini *LVM et cod. augustanus Sulpic.* 22 purgatus *Sulpicius:* curatus *LVM* 23 optabilius *M*, optatiubilis (*h. e.* optatius) *cod. veron. Sulpicii* 26 terrer (*sic*) adcreuit *V* 27 optinuit *LVM* 29 renoto *V* 32 adnotantes *V* 33 qua] qui *M* indicantibus sicut signauerant *om. M* 34 Item] Item uir *VM*

sidio parvi panis et aquae remediis expiabis'. Quadragesimo itaque die mortifera papula in brachio ieiunantis apparuit, quam mox ad ipsum ingressus suppliciter demon-
2 stravit. Cui sanctus dei famulus: 'Noli', inquit, 'metuere praenuntiatum tibi ante dies quadraginta discrimen', statimque propria manu signo crucis obducto mirantibus, qui aderant, papula letalis evanuit. Hoc unum de domesticis sanitatibus narrare suf- 5 ficiat, prolixi operis fastidia declinando. Nam saepius suorum aegritudines monachorum Christo sibi revelante praenuntians isdem, quibus praevidebat, muneribus et sanabat.

1 XXXIX. A discipulorum quoque suorum cellula spiritualis doctor non longius habitabat, in orationibus vel abstinentia iugiter perseverans, cum quibus tamen matutinas orationes et propriam noctis principio psalmodiam sollemniter adimplebat, reliqua vero 10 orationum tempora in parvo complebat oratorio, quo manebat. In quibus saepe caelestibus firmatus oraculis multa futura per dei gratiam praedicebat, multorum etiam occulta cognoscens, ut opus erat, proferebat in medium et singulis remedia, prout
2 poscebat modus aegritudinis, providebat. Stratus eius unum erat in oratorii pavimento cilicium, omni tempore ipso, quo vestiebatur, amictu, etiam dum quiesceret, utebatur. 15 Nunquam ante solis occasum nisi certa solvit festivitate ieiunium. Quadragesimae vero temporibus una per hebdomadem refectione contentus aequali vultus hilaritate fulgebat. Aliena quasi propria errata deflens quibus poterat praesidiis temperabat.

1 XL. Deinde post multos agones et diuturna certamina, cum se idem beatus Severinus de hoc saeculo transiturum deo revelante sensisset, memoratum Rugorum regem 20
2 Fevam cum uxore eius crudelissima, nomine Giso, ad se venire commonuit. Quem cum salutaribus exhortatus esset affatibus, ut ita cum sibi subiectis ageret, ut se iugiter cogitaret pro statu regni sui rationem domino redditurum, aliisque verbis intrepide monuisset, protenta manu regis pectus ostendens reginam his interrogationibus arguebat: 'Hanc', inquit, 'animam, Giso, an aurum argentumque plus diligis?' Cum- 25 que illa maritum se diceret cunctis opibus anteferre, vir dei sapienter adiecit: 'Ergo', inquit, 'desine innocentes opprimere, ne illorum afflictio vestram magis dissipet pote-
3 statem; etenim mansuetudinem regiam tu saepe convellis'. At illa: 'Cur', inquit, 'nos sic accipis, serve dei?' Cui ipse: 'Contestor', ait, 'vos ego humillimus iam profecturus ad deum, ut ab iniquis actibus temperantes piis insistatis operibus. Huc- 30 usque regnum vestrum auctore deo prosperatum est. iam ex hoc videritis'. His monitis rex cum coniuge sufficienter instructi valedicentes ei profecti sunt.

4 Tunc sanctus non desinebat de suae migrationis vicinia suos alloqui dulcedine caritatis, quod quidem facere nec ante cessaverat. 'Scitote', inquit, 'fratres, sicut filios Israel constat ereptos esse de terra Aegypti, ita cunctos populos terrae huius 35 oportet ab iniusta barbarorum dominatione liberari. Etenim omnes cum suis facultatibus de his oppidis emigrantes ad romanam provinciam absque ulla sui captivitate
5 pervenient. Sed mementote praecepti S. Ioseph patriarchae, cuius vos ego indignus et infimus attestatione convenio: "Visitatione visitabit vos deus et tolletis ossa mea hinc vobiscum". Quod non mihi, sed vobis est profuturum. Haec quippe loca nunc 40

39 Pentat. I, 50, 25.

---

2 pabula *M* 3 tibi *om. M* 4 obducto *om. M* 5 narrasse *V* 7 iisdem *V*, hisdem *M* 8 spiritalis *V* 10 psalmodia *L pr.* sollempniter *L pr. M* 11 implebat *M* 13 in medium proferebat *M* 17 ebdomadam *L m. 2 in litura et M* 20 regem rugorum *M* 21 Febam *VM* gisa *VM* 22 scłaribus *M* sibi cum *L* ut] quo *VM* 24 protenta] porrecta] *L m. 2 in litura* 25 gisa *VM* 29 cui] cum *L pr.* 30 deum] dominum *M* operibus insistatis *M* 31 deo] domino *VM* hoc] hoc uos *VM* 32 coniunge *L* 34 sitote *V* 35 esse ereptos *M* contos *V* 38 mentote *M* uos ego indignus *L*: ego indignus *V*, ego indignus uos *M* 39 et infimus *om. M* attestatione] uos atestatione *V* uisitauit *L pr.* et tolletis] tollite *VM* 40 michi *L*

frequentata cultoribus in tam vastissimam solitudinem redigentur, ut hostes aestimantes auri se quippiam reperturos etiam mortuorum sepulturas effodiant'. Cuius vaticinii 6 veritatem eventus rerum praesentium comprobavit. Levari vero suum corpusculum pater sanctissimus, pietatis providus, argumento praecepit, ut, dum generalis populi transmigratio provenisset, indivisa fratrum, quos adquisierat, congregatio proficiscens obtentu memoriae eius in uno societatis sanctae vinculo permaneret.

XLI. Diem etiam, quo transiturus esset idem beatus Severinus e corpore, ante duos 1 seu amplius annos hac significatione monstravit. Epiphaniorum die, cum sanctus se Lucillus presbyter abbatis sui sancti Valentini, Raetiarum quondam episcopi, diem depositionis annua sollemnitate in crastinum celebraturum sollicitus intimasset, idem famulus dei ita respondit: 'Si beatus Valentinus haec tibi celebranda sollemnia delegavit, ego quoque tibi in eodem die vigiliarum mearum studia observanda migraturus e corpore derelinquo'. Ille his sermonibus tremefactus cum se magis, utpote homo decre- 2 pitus, enixius commendaret, quasi primitus transiturus, adiecit: 'Hoc erit, sancte presbyter, quod audisti, nec domini constitutum humana voluntate praeteriet'.

XLII. Praeterea Ferderuchus a fratre suo, Rugorum rege Feva, ex paucis, quae 1 super ripam Danuvii remanserant, oppidis unum acceperat, Favianis, iuxta quod S. Severinus, ut retuli, commanebat. Ad quem cum idem Ferderuchus ex more salutaturus accederet, coepit ei Christi miles iter suum enixius indicare, sub contestatione haec proloquens: 'Noveris me', inquit, 'quantocius ad dominum profecturum et idcirco monitus praecaveto, ne me discedente aliquid horum, quae mihi commissa sunt, attaminare pertentes et substantiam pauperum captivorumque contingas, indignationem dei, quod absit, tali temeritate sensurus'. Sed Ferderuchus insperata commonitione 2 perculsus: 'Cur', inquit, 'hac contestatione confundimur, cum non optemus tantis orbari praesidiis et sanctae largitioni tuae, quae omnibus nota est, conferre nos aliquid deceat, non auferre, quatenus solita, sicut et pater noster Flaccitheus, tua merear oratione muniri, qui experimento didicit sanctitatis tuae meritis se fuisse semper adiutum?' Et ille: 'Qualibet', inquit, 'occasione cellulam meam volueris laedere, et hic statim probabis et in futuro solves, quam non opto, vindictam'. Tunc Ferderuchus 3 promittens se Christi famuli monita servaturum remeavit ad propria. Doctor vero dulcissimus non cessabat suos alloqui per momenta discipulos dicens: 'Confido de gratia domini mei Iesu Christi, quia vobis in opere suo durantibus et meae memoriae pacata societate coniunctis aeternae vitae bona tribuet nec praesentium solatia denegabit'.

XLIII. Nonis itaque Ianuariis coepit tenuiter lateris dolore pulsari, quo durante 1 per triduum medio noctis tempore fratres adesse praecepit, quos de corpore suo commonens et paterna informatione corroborans, instanter ac mirabiliter talia prosecutus, aiebat: 'Filii in Christo carissimi, scitis, quod beatus Iacob, de saeculo recessurus 2

---

1 ostes *LV* 2 se auri *M* uaticii *L pr.* 3 demonstrauit *M* 5 acquisierat *L pr. M* 6 optentu *L*, optemptu *V* 7 beatissimus *V* 8 hac *om. M* significationes *V pr.* epyphan. *M* se sanctus *M* 9 retiarum *LV*, reciarum *M* 10 sollempnitate *L* dei famulus *M* 11 celebranda] ueneranda *M* sollempnia *L pr. M* 12 studio *V* (o *erasum, sed nihil substitutum*) obseruandam *V* 13 ut pute *L* 16 fredericus *VM* (*ubivis*) regem feba *V* 17 fabuanis *LV m. 2 M*, fabuanus *V pr.* 18 commanebat *L pr. VM:* commonebat *L m. 2, cf. c.* 30 § 2 idem] ille *M* 20 quantotius *LV* iccirco *M* 21 monitis *M* michi *LM* 22 pertemptes *LVM* indignacione *M* 23 temeritate] seueritate *M* inspirata *M* 25 conferri — 26 auferri *M* 25 nos *om. VM* 26 doceat *L m. 2* 27 se *om. M* 28 uoluerit *M* 30 nonita *V* 31 momenta] monita *VM* 32 durantibus] laborantibus *M* 33 paccata *M* aeternae uitae] aeterna *M* 36 medię *M* fratres *om. M* suo *om. M* 38 agebat *V* Iacob] *cf. Pentat. I, 49, 1 sqq.*

condicione mortis instante filios suos adesse praecipiens, propheticae benedictionis affatibus singulos quosque remunerans mysteriorum arcana prodidit futurorum. Nos vero infirmi ac tepidi tantaeque impares pietati hanc praerogativam nostris usurpare viribus non audemus, unum tamen, quod humilitati congruit, non tacebo, mittens vos ad exempla maiorum, quorum intuentes exitum conversationis imitamini fidem. Abraham namque vocatus a domino fide oboedivit, ut exiret in locum, quem accepturus erat in
3 possessionem, et exiit nesciens, quo venturus esset. Huius igitur beati patriarchae imitamini fidem, imitamini sanctitatem, terrena despicite, patriam caelestem semper inquirite. Confido autem in domino, quod mihi de vobis aeterna lucra provenient. Video enim vos gaudium meum fervore spiritus ampliasse, amare iustitiam, fraternae caritatis vincula diligere, castitati operam dare, humilitatis regulam custodire; haec,
4 quantum ad hominis spectat intuitum, laudo confidenter et approbo. Sed orate, ut, quae humanis aspectibus digna sunt, aeternae discretionis examinatione firmentur, quia non, sicut videt homo, videt deus. Ille siquidem, sicut divinus sermo denuntiat, omnium corda scrutatur et omnes mentium cogitationes antevenit. Assiduis ergo precibus hoc sperate, ut oculos cordis vestri deus illuminet eosque, sicut optavit beatus Heliseus, aperiat, quo possitis agnoscere, quanta nos circumstent adiumenta sanctorum, quanta fidelibus auxilia praeparentur. Deus enim noster supplicibus appropin-
5 quat. Non desit militantibus deo iugis oratio; non pigeat agere paenitentiam, quem non puduit facinus perpetrare; non dubitetis lugere peccantes, si quo modo offensa divinitas vestrarum lacrimarum inundatione placetur, quia spiritum contribulatum suum dignatus est vocare sacrificium. Simus igitur corde humiles, mente tranquilli, delicta omnia praecaventes ac divinorum semper memores mandatorum, scientes non prodesse nobis humilitatem vestis, nomen monachi, vocabulum religionis, speciem pietatis, si
6 circa observantiam mandatorum degeneres invenimur et reprobi. Mores igitur, filii mei carissimi, proposito suscepto consentiant: grande nefas est peccata sectari etiam hominem saecularem, quanto magis monachos, qui blandimenta saeculi quasi atrocem bestiam fugientes Christum cunctis affectibus praetulerunt, quorum incessus et habitus virtutis creditur esse documentum? Sed quid vos ultra demoror, filii carissimi, longi
7 sermonis affatu? Superest, ut beati apostoli ultima oratione vos prosequar, ita dicentis: "Et nunc commendo vos deo et verbo gratiae eius, qui potens est conservare vos et dare hereditatem in omnibus sanctificatis". Ipsi gloria in saecula saeculorum'.

8 Post huiusmodi igitur aedificationis alloquium cunctos per ordinem ad osculum suum iussit accedere et sacramento communionis accepto fleri se penitus prohibet totumque corpus signo crucis extenta manu consignans, ut psallerent, imperavit. Quibus maeroris suffusione cunctantibus ipse psalmum protulit ad canendum: 'Laudate
9 dominum in sanctis eius, omnis spiritus laudet dominum'. Sexto itaque iduum ianuariarum die in hoc versiculo, nobis vix respondentibus, quievit in domino. Quo sepulto credentes omnimodo seniores nostri, quae de transmigratione praedixerat, sicut et

17 Reg. II, 6, 17. 21 Psalm. 51, 19. 36 Psalm. 150.

---

1 praecip. et prophet. *VM* 2 singulorum *VM* ministeriorum *L pr.* 3 infirmi *VM:* infimi *L* 5 Habraham *L*, Abraam *M* 9 autem *om. M* michi *L* 11 haec] hęc autem *M* 13 examine *VM* 14 uidet homo *L:* homo uidet *VM* diuinus sermo] *ad Rom. 8, 27* 17 sanctorum adiumenta *M* 18 supplicibus *codd. recc. complures:* simplicibus *LVM* 22 scimus *V* 25 degeneres] dei degeneres *M* inueniamur *V* 28 affectitibus *V* 29 demorer *M* filii *LV:* filii mei *M* 30 affectu *V* apostoli] *Acta apost. 20, 32* dicens *L m. 2* 31 conseruare] consolari *M* 32 *post* saeculorum *add.* Amen *VM* 34 penitus] protinus *M* 36 cunctatibus *V* 37 Ianuarii *M* 38 nobis] nostris *VM* 39 nostri *om. M*

multa alia praeterire non posse locellum ligneum paraverunt, ut, cum praenuntiata populi transmigratio provenisset, praedictoris imperata complerent.

XLIV. Ferderuchus vero beati Severini morte comperta, pauper et impius, barbara 1
cupiditate semper immanior, vestes pauperibus deputatas et alia nonnulla credidit
5 auferenda. Cui sceleri sacrilegium copulans calicem argenteum ceteraque altaris mi-
nisteria praecepit auferri. Quae cum imposita essent sacris altaribus nec auderet di- 2
rectus vilicus ad tale facinus suas manus extendere, quendam militem, Avitianum
nomine, compulit diripere memorata. Qui quamvis invitus praecepta perficiens, mox
tamen incessabiliter vexatus omnium tremore membrorum daemonio quoque corripitur.
10 Is ergo velociter consilio meliore correxit errata. Suscepto namque professionis sanctae
proposito in insulae solitudine armis caelestibus mancipatus militiae commutavit offi-
cium. Ferderuchus autem immemor contestationis et praesagii sancti viri abrasis om- 3
nibus monasterii rebus parietes tantum, quos Danuvio non potuit transferre, dimisit.
Sed mox in eum ultio denuntiata pervenit: nam intra mensis spatium a Frederico,
15 fratris filio, interfectus praedam pariter amisit et vitam. Quapropter rex Odoacer 4
Rugis intulit bellum. Quibus etiam devictis et Frederico fugato, patre quoque Feva
capto atque ad Italiam cum noxia coniuge transmigrato, post audiens idem Odoacer
Fredericum ad propria revertisse statim fratrem suum misit cum multis exercitibus
Onoulfum, ante quem denuo fugiens Fredericus ad Theodericum regem, qui tunc apud
20 Novas, civitatem provinciae Moesiae, morabatur, profectus est. Onoulfus vero prae- 5
cepto fratris admonitus universos iussit ad Italiam migrare Romanos. Tunc omnes
incolae tanquam de domo servitutis aegyptiae, ita de quotidiana barbarie frequentis-
simae depraedationis educti S. Severini oracula cognoverunt. Cuius praecepti non im-
memor venerabilis noster presbyter tunc Lucillus, dum universi per comitem Pierium
25 compellerentur exire, praemissa cum monachis vespere psalmodia sepulturae locum
imperat aperiri. Quo patefacto tantae suavitatis fragrantia omnes nos circumstantes 6
accepit, ut prae nimio gaudio atque admiratione prosterneremur in terra. Deinde
unanimiter aestimantes ossa funeris inveniri disiuncta (nam annus sextus depositionis
eius effluxerat) integram corporis compagem reperimus. Ob quod miraculum immen-
30 sas gratias retulimus omnium conditori, quia cadaver sancti, in quo nulla aromata
fuerant, nulla manus accesserat condientis, cum barba pariter et capillis usque ad
illud tempus permansisset illaesum. Linteaminibus igitur immutatis in loculo multo 7
ante iam tempore praeparato funus includitur, carpento trahentibus equis impositum
mox evehitur, cunctis nobiscum provincialibus idem iter agentibus, qui oppidis super
35 ripam Danuvii derelictis per diversas Italiae regiones varias suae peregrinationis sor-
titi sunt sedes. Sancti itaque corpusculum ad castellum, nomine Montem Feletem,
multis emensis regionibus apportatum est.

XLV. Per idem tempus multi variis occupati languoribus et nonnulli a spiritibus 1
immundis oppressi medelam divinae gratiae sine ulla mora senserunt. Tunc et mutus

---

1 praeteriri *VM*, *sed cf. c.* 41 § 2 populi prenunciata *M* 2 praedictores *L pr.* impera *M* 3 fredericus *VM* 6 com *V* 7 uilicus *V:* uillicus *LM* extendere manus *M* Auitianum *LV:* auicianum *M* 9 somnium *L pr.* tremore *L pr. VM:* tumore *L m.* 2 menbrorum *L pr.* 10 His *LM* conscilio *M* melire *L pr.* 11 mancipatum *V* 12 fredericus *VM* autem] uero *M* 15 quia propter *L pr.* odoacar *VM* 17 atque] et *VM* Odoacar *VM* 18 multis *om. M* 19 onoulphum *M* quam *L* Theodericum *LM:* teudericum *V* 20 onoulphus *M* 21 patris *M* ammonitus *L pr. M* 22 tanquam] quasi *M* cottidiana *VM* 25 uespere *LV:* uesperae *M* 26 fragrantia *codd. recc.:* flagrantia *LVM* nos omnes *M* circumstantes *om. M* 27 atque] atque i *L pr.* ammiratione *LM* terram *V* 28 humaniter *VM* 29 repperimus *VM* 32 mansisset *VM* inlesum *VM* 34 uehitur *M* cunctis nobiscum *erasa in M, sed ut* t b ū *appareant* idem] eundem *V* 35 diuersa *M* sortiti sunt — 37 regionibus *om. M* 36 nomine felethem mulsemensis *V* 38 multis *L* langoribus occupati *M* ab *M* 39 medellam *V pr.*

quidam ad id castellum suorum miseratione perductus est, qui dum in oratorium, quo sancti viri corpusculum super carrum adhuc positum permanebat, alacer pervenisset ac sub eo clauso oris sui ostio in cordis cubiculo supplicaret, ilico lingua eius in ora-
2 tione resoluta laudem dixit altissimo. Cumque reversus ad hospitium, quo suscipi consueverat, interrogatus fuisset ex more, nutu signove pulsatus, et orasse et laudem se deo obtulisse clara voce respondit. Quo loquente pavefacti, qui eum noverant, ad oratorium cum clamore currentes sancto Lucillo presbytero simulque nobis, qui cum illo eramus, ignorantibus, quod evenerat, indicarunt. Tunc omnes exultantes in gaudio divinae clementiae gratiarum retulimus actionem.

1 XLVI. Igitur illustris femina Barbaria beatum Severinum, quem fama vel litteris cum suo quondam iugali optime noverat, devotione religiosa venerata est. Quae post obitum eius audiens corpusculum sancti in Italiam multo honore perductum et usque ad illud tempus terrae nullatenus commendatum venerabilem presbyterum nostrum Mar-
2 cianum, sed et cunctam congregationem litteris frequentibus invitavit. Tunc S. Gelasii, sedis romanae pontificis, auctoritate et neapolitano populo exsequiis reverentibus occurrente in castello Lucullano per manus S. Victoris episcopi in mausoleo, quod praedicta femina condidit, collocatum est.

3 Qua celebritate multi languoribus diversis afflicti, quos recensere longum est, receperunt protinus sanitatem. Inter quos quaedam venerabilis ancilla dei, Processa nomine, civis neapolitana, cum gravissimum aegritudinis pateretur incommodum, sancti funeris provocata virtutibus in itinere properanter occurrit et ingressa sub vehiculo, quo corpus venerabile portabatur, statim caruit omnium languore membrorum.

4 Tunc et Laudicius quidam caecus, inopinato psallentis populi clamore perculsus, sollicite suos, quid esset, interrogat. Respondentibus, quod cuiusdam S. Severini corpus transiret, compunctus ad fenestram se duci rogat, de qua poterat a sanis eminus multitudo psallentium atque vehiculum sancti corporis contemplari. Cumque fenestrae nixus incumberet et oraret, protinus vidit, singillatim demonstrans omnes notos atque vicinos. Quo facto cuncti, qui audierant, gratias deo lacrimantibus gaudiis retulerunt.

5 Marinus quoque, primicerius cantorum sanctae ecclesiae neapolitanae, cum sanitatem post immanissimum languorem recipere pro incessabili capitis dolore non posset, caput vehiculo credens apposuit et mox a dolore liberum sublevavit memorque beneficii semper in die depositionis eius occurrens voti sacrificium deo cum gratiarum actione reddebat.

6 Verum multis plura scientibus sufficiat tria de innumeris, quae in ingressu eius gesta sunt, beneficiorum virtutumque retulisse miracula. Monasterium igitur in eodem loco constructum ad memoriam beati viri hactenus perseverat, cuius meritis multi obsessi a daemonibus sunt curati et diversis obstricti languoribus receperunt ac recipiunt operante dei gratia sanitatem, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

---

1 oratorium *codd. recc. complures:* oratorio *LVM* 3 hostio *VM* 4 soluta *VM* cunque *V* 5 consuerat *V* interrogantis *LV* signoque *V* orasse et] orasset *VM* 8 indicauerunt *M* 11 deuotione religiosa *S:* deuotiosa *L*, religiosa deuotione *VM* 12 Italiam *VM:* Italia *L* multo honore] cum multo labore *VM* 13 uerabilem *V* 14 tum *M* 15 neapolitane *L pr.*, neapolitanę *L m. 2* exequiis *M*, exequis *V* reuerentibus *V:* ıeuertentibus *L*, reuerendis *M* 16 occurrentibus *M* lucallano *V*, lucalano *M* manu *V* manusuleo *V* 18 celeritate *L pr.* langoribus *L*, languobus *V* 20 ciuis *VM corr.:* cuius *LV pr.*, *cf. c.* 11 § 2 neapolitane *L pr.*, neapolitanę *L m. 2* grasuissimum *V pr.* 21 in itinere *M:* in initinere *V*, itinere *L* propere *M* occurrit — 22 quo *om. M* 22 uenerabile corpus *M* *post* corpus *in V rasura est quatuor fere literarum* omni *M* langore *L et V m. 2* 23 Tunc — 34 miracula *om. VM* 23 inopinato *codd. recc.:* inopinata *L* 27 natos *L pr.* 30 langorem *L* 34 in *om. VM* 35 constitutum *M* uiri *om. VM* 36 a *om. VM* sunt curati et (e *V*) diuersis obstricti langoribus receperunt *VM:* receperunt *L* 37 *post* Amen *add. M:* explicit uita sci seuerini. Incipit prologus in libro uitę scorum patrū.

INDEX NOMINUM.

Numeri sunt capitum et paragraphorum.

Abraham 43, 2.
Acta apostol. 43, 7.
Aegyptus 40, 4. servitus aegyptia 44, 5.
Africanus: cf. var. lect. ad Eugipp. epist. 10.
Alamanni 19, 1. 25, 3. 27, 1. 2. 31, 4.
Alpium cacumina 29, 1.
Amantius diaconus 19, 3.
Ambrosius 32, 1.
B. Ambrosius, episcopus mediolanensis 36, 2.
Ariani, hostes ecclesiae haeretici 4, 12. cf. 8, 1.
Ariminum: epist. Eugippii § 1.
Asturis, oppidum 1, 1. 5. (*hodie Klosterneuburg? cf. Mommsen corp. inscr. lat. 3 p. 683*).
Attila 1, 1.
Avitianus, miles 44, 2.

Barbaria, femina illustris 46, 1.
Bassus, monachus: epist. Eugippii § 1.
Batavis, oppidum 19, 1. 22, 4. 24, 1. 27, 1. limes batavinus 20, 1. oppidum batavinum 22, 1. Batavini 27, 3. (*hodie Passau: Mommsen l. d. p. 690*).
Boiotro, prope Batavis 22, 1. 36, 1. (*hodie Innstadt: Mommsen l. d. p. 690*).
Bonosus, monachus 35, 1.
Burgum, prope Favianis 4, 7.
Businca, parvus fluvius prope Quintanis 15, 1.

Comagenis, oppidum 1, 3. 3, 1. 33, 1. (*hodie Tulln: cf. Mommsen l d. p. 683*).
S. Constantius, pontifex lauriacensis 30, 2. (*sine dubio idem est, quem Ennodius in vita S. Antonii p. 418 sq. commemorat. cf. Sirmond p. 69. Pallmann hist. migr. pop. 2 p. 408*).
Cucullis, castellum 11, 2. 12, 1. (*Cuculle in tabula Peutingeri, hodie Kuchel an der Salza*).

Danuvius 1, 1. 3, 2. 3. 4, 10. 8, 2. 9, 1. 10, 1. 15, 1. 19, 1. 22, 4. 23, 1. 28, 1. 31, 1. 33, 1. 42, 1. 44, 3. 7. *cf. Ister.*

Enus, fluvius 3, 3. 19, 1. 22, 1.
Evang. Matth. 4, 8.

Favianis, oppidum 3, 1. 4, 7. 8, 2. 10, 1. 22, 4. 23, 1. 31, 1. 6. 42, 1. (*hodie Mauer: cf. Pallmann hist. migrat. popul. 2 p. 398 sq. Mommsen l. d. p. 687*).
Feban, Rugorum rex 22, 2. [*sine dubio idem est, qui Feva, nam Febanem s. Fevanem ex accusativo Feban s. Fevan videtur ortum esse (cf. Büdinger hist. austr. 1 p. 49), inde per errorem reliquae formae factae sunt*].
Feletheus, Rugorum rex 8, 1. 31, 1. 33, 1.
Ferderuchus, Felethei frater 42, 1. 2. 3. 44, 1. 3.
Feva, Felethei regis agnomen 8, 1. 31, 1. 40, 1. 42, 1. 44, 4. *cf. Fabianus.*
Flaccitheus, Rugorum rex, Felethei et Ferderuchi pater 5, 1. 4. 8, 1. 42, 2.
Fredericus, Felethei filius 8, 3. 44. 3. 4.

S. Gelasius, pontifex romanus 46, 2.
Genesis 40, 5. 43, 2.
Gervasius et Protasius, sancti 9, 3.
Gibuldus, rex Alamannorum 19, 1.
Giso, Felethei uxor 8, 1. 40, 1.
Gothi ex inferiore Pannonia 5, 1. 2. 17, 4.

ad Hebraeos epistola: epist. Paschasii § 4.
Heliseus, propheta 28, 5. 43, 4.
Heruli 24, 3.
Hunimundus 22, 4.
Hunni 1, 1.

Importunus consul: epist. Eugippii § 1. (*anno 509 p. Chr.*).
Israel 40, 4.
Ister 10, 2. (= Danuvius).
Italia 5, 1. 7, 1. 2. 20, 1. 44, 4. 5. 7. 46, 1.

B. Iacob 43, 2.
Iacobus, apostolus 30, 5.
Ieremias 5, 2.
Ioel 12, 2.
S. Iohannes 22, 1. S. Iohannis Baptistae reliquiae 23, 2. basilica S. Iohannis 23, 2.
S. Ioseph 40, 5.

Ioviaco, oppidum 24, 1. (*hodie Schloegen prope Haibach: cf. Mommsen l. d. p. 690*).
Iuvao, oppidum 13, 1. 14, 1. (*hodie Salzburg: cf. Mommsen l. d. p. 668. Codd. LVM tuentur* Iuvao).

Latinus homo: epist. Eugippii § 10.
Laudicius caecus 46, 4.
Lauriacum, oppidum 18, 1. 27, 2. 28, 1. 30, 1. 31, 1. 6. (*hodie Lorch: cf. Mommsen l. d. p. 689*).
Loth 9, 4.
Lucania: epist. Eugippii § 1.
S. Lucillus presbyter 19, 5. 41, 1. 44, 5. 45, 2.
Lucullanum, castellum 46, 2. (*hodie Pizzofalcone, inter Neapolin et Puteolos*).

Maccab. 1: epist. Paschasii § 5.
Mamertinus tribunus 4, 2.
Marcianus presbyter 11, 2. 37, 1. 46, 1.
Marcus subdiaconus 16, 6.
Marinus, primicerius cantorum ecclesiae neapolitanae 46, 5.
Maternus, ostiarius 16, 2. 6.
Matathias: epist. Paschasii § 5.
Maurus, aedituus 10, 1. 2.
S. Maximianus 24, 2.
Maximus 25, 1. 29, 1.
Mediolanense territorium 26, 1. mediol. episcopus 36, 2.
Moderatus, cantor ecclesiae 24, 1.
Moesia 44, 4.
ad Montem Feletem, castellum 44, 7. (*Monte Feltre?*).

Neapolitanus populus 46, 2. civis neapolitana 46, 3. ecclesiae neapolitanae 46, 5.
Norici Ripensis oppida Pannoniae superiori vicina: epist. Eugippii § 10. vicinia Norici Rip. 1, 1. Nor. R. oppida superiora 11, 1. Norici populi 17, 4. Norici metropolis 21, 2. quidam de Norico 25, 1. Noricensis 29, 1. Noricorum 29, 1. ad Noricum 37, 1.
Novae, civitas Moesiae 44, 4. (*hodie Sistov s. Svischtova in Bulgaria: cf. Mommsen l. d. p. 141. 992*).

Odoacer 7, 2. 32, 1. 2. 44, 4.
Onoulfus, frater Odoacri 44, 4. 5.
Orestes patricius: epist. Eugippii § 8 (peremtus est a. 476).

Pannonia superior: epist. Eugippii § 10. utraque Pannonia 1, 1. ex inferiore Pannonia 5, 1. in vicinia Pannoniorum 1, 1. Pannoniorum finitimas provincias: epist. Paschasii § 2.
Paschasius diaconus. — Epistola Eugippii ad eum pag. 1 sqq. — epistola Paschasii ad Eugippium pag. 3 sqq.
Paulinus presbyter 21, 1. episcopus 25, 1.
Paulus, epist. ad Timotheum 1: Paschasii epist. § 4. — ad Ephesios 3, 2. 4, 11. ad Corinthios 36, 2. ad Romanos 43, 4.
Petri epistola 1: epist. Paschasii § 4.
Pientissimus, monachus 28, 4.
Pierius comes 44, 5. *Cf. Gesta donationis in Spangenbergii tabulis negotiorum p. 164 et Anonymus Valesii § 53, quo teste P., comes domesticorum Odoacri, in pugna ad Adduam d. 11. m. Augusti a. 490 cecidit.*
Postumianus 36, 3.
Primenius presbyter: epist. Eugippii § 8.
Processa Neapolitana 46, 3.
Procula vidua 3, 2.
Protasius et Gervasius, sancti 9, 3.

Quintanis, municipium Raetiarum secundarum 15, 1. castellum 16, 1. 27, 1. Quintanensium fide 15, 2. (*Not. dign. Occid. p. 101*. 102* B. Mommsen l. d. p. 734: hodie Osterhofen?*).
Quintasius 24, 2.

Raetiae 3, 3. 15, 1. 41, 1.
Regum lib. 2: 28, 5. 43, 4.
Renatus, monachus 37, 1.
Romani 1, 4. 2, 1. 8, 2. 4. 27, 1. 2. 31, 6. 44, 5. romana vastatio 19, 3. romanum imperium 20, 1. in romani soli provinciam 31, 6. ad romanam provinciam 40, 4.
Rugi 5, 1. 3. 6, 5. 22, 2. 31, 1. 6. 40, 1. 42, 1. 44, 4. Rugus 6, 1.

Severus v. Sulpicius.
Silvinus presbyter 16, 1. 4.
Stilicho 36, 2.
Sulpicius Severus 36, 3.

Teio, elephantiosus 34, 1.
Theodericus, rex Gothorum 44, 4.
Thoringi 27, 3. Thoringorum 31, 4.
Tiburnia (s. Tivurnia) oppidum 17, 4. metropolis Norici 21, 2. (*hodie St. Peter im Holz: cf. Mommsen l. d. p. 593*).
Tigantia, rivus prope Favianis 4, 4.
Titas, mons et monasterium prope Ariminum: epist. Eugippii § 1.

Ursus, monachus 38, 1.

Valens, monachus 30, 2.
S. Valentinus, Raetiarum episcopus 41, 1.
ad Vineas 4, 6.
S. Victor episcopus 46, 2.

INDEX RERUM, VERBORUM, GRAMMATICUS.

Abbas 41, 1.
ablativus. — solus, ubi in addendum putes 1, 1. 39, 1. — luctuosa vociferatione revertitur 12, 5. tali temeritate sensurus 42, 1. — in vico veniens 8, 2.
absque 31, 6. 35, 2. 40, 4.
abstracta pro concretis. — magisterii vestri libro Eugipp. epist. 11. tua veneratio 4, 2. densitas locustarum devoravit 12, 4. dilectionem tuam 21, 1. ingruente barbarie 27, 3.
acquievit presbytero retinenti se 24, 3.
ad Italiam pergerent 7, 1. 20, 1. vade ad Italiam 7, 2.
adeptae (passive) Eugipp. epist. 8.
adiuratio 16, 6.
ad sensum. — castella — credentes 11, 1.
adversarium 9, 3 (*h. e. diabolum*).
aedificatio 43, 8.
aedituus monasterii 10, 1. ecclesiae 16, 3.
aestimas te servare 3, 2.
affatibus 43, 2.
agere. — acto terrore divinitus 2, 2.
agones 40, 1.
agrale opus 14, 3.
alicubi digrediaris 10, 1.
allegationibus modestis 31, 6.
alterutra collisione 13, 1.
amodo 15, 2.
amputavit incommoda 18, 2.
ante quem fugiens 44, 4.
applicare (~ tribuere) operibus 14, 3.
arcu tuo vel gladio 31, 5.
arma spiritualia 28, 1. armis caelestibus mancipatus 44, 2.
armarentur bonis operibus 11, 1. *cf.* 25, 3.
attaminare 42, 1.
attestatio. — cuius ego vos attestatione convenio 40, 5.

Baiularent 29, 1.
baptisterium 22, 3. 5.
barbaries frequentissimae depraedationis 44, 5.

Caccabus 28, 4.
cantor ecclesiae 24, 1. 46, 5.
captivasset 5, 3.
carnalibus desideriis 1, 2.
carrus 45, 1.
celeberrima flagrabat opinio 11, 1.
cellula mea 42, 2.
cereos unusquisque parietibus ecclesiae affixit 11, 2.
cilicium 39, 2.
circumquaque 6, 1. 12, 5.
clauso (~ obscuro) sermone Eugipp. epist. 10.
clerus 1, 2.
cognoscis designare (~ perspicis te designare) Eugipp. epist. 9.
collocatio verborum. — promerendae benedictionis ad eum intuitu devenerunt 7, 1. humillimae tectum cellulae suo vertice ne contingeret 7, 2. Danuvio transvectus est cum suo persuasore captivus 10, 1. ad agrum propriae segetis invisendi causa, quae iacebat 12, 4. ex illo decimas die 18, 2 (*nisi* die, *coll.* 40, 3 ex hoc, *delendum est*). oblatis regi receptisque remeavit epistolis 19, 4. ad servum dei frequentare solitus cum venisset 25, 1. in unam partem officio devertit expleto 29, 3. *cf.* 42, 2.
comes Pierius 44, 5.
commanentes 30, 2. commanebat 42, 1.
commemoratorium Eugipp. epist. 2. 11. Paschas. epist. 2.
communicaturus 12, 4.
communionis sacramento accepto 43, 8.
comparativus. — verius Paschas. epist. 2. simplicius, facilius idem 3. latius idem 4. citius 1, 3. 32, 2. facilius 1, 4. evidentius 3, 3. maturius 9, 1. 19, 3. sollicitius 9, 4. religiosius 12, 2. velocius — instantius 24, 2. 25, 1.
complicibus vestris 4, 4.
comprobasset 36, 1. *cf.* approbarunt 37, 2 *et* probaverunt 1, 2.
compunctus 46, 4.
ne computetis vestris viribus palmam 27, 2.
conclusit dicens 9, 4 (~ postremo dixit).
ne confiderent in sua virtute 5, 2. 8, 3. 28, 1. 31, 5. 43, 3.
congregatio 40, 6. 46, 1.
constitutum domini 41, 2.
contagia iniquitatis 8, 1.
contemplari (passive) 46, 4.

contribulatum spiritum 43, 5.
contritio 8, 4.
convenio. *cf.* attestatio.
conversatio 9, 4. 43, 2.
corporale periculum 38, 1.
corpusculum (~ cadaver) 44, 7. 45, 1. 46, 1.
corripere. correptus 12, 7. flagello corripere 36, 1. *cf.* correptio 8, 3.
in cubiculo cordis 45, 1.
cumulus. — cum fluvius crevisset in cumulos 15, 4.
custos ecclesiae 1, 3.

Daemon 36, 1. 3. 4. a daemonibus obsessi 46, 6.
daemonium 44, 2.
dare. — data oratione 33, 2. 36, 4. *cf.* reddita oratione 16, 5.
decimas frugum pauperibus impendebant 17, 2. 4. 18, 1. 2.
depositio 41, 1. 44, 6. 46, 5.
desideranter 19, 2.
destinare (mittere) 19, 5. 24, 1. 30, 1.
devians 29, 2.
diabolus 36, 3. diabolico spiritu 22, 3.
diacones 11, 3. 16, 1. 4. 19, 4. diaconus 16, 6. 19, 3.
difficillimam (*h. e. difficillimam impetratu*) 28, 2.
dilectionem tuam 21, 1.
dirigere (mittere) Eugipp. epist. 3. Paschas. epist. 2. Vita 8, 2. 4. 17, 4. 19, 3. 4. 32, 1. 37, 1.
discretionis divinae examinatione 43, 4.
discussus 1, 5.
disertitudine Eugipp epist. 2.
districtiore ieiunio 38, 1. districtius 30, 2.
diversitate remedii 6, 1.
dum provenisset 40, 6. (*cf.* cum provenisset 43, 9). 45, 1.

Edicere (= dicere) Eugipp. epist. 1.
elefantiosus 34, 1.
elementum liquoris 28, 2.
energumeni (daemonio correpti) 36, 3.
episcopus ordinatus est 4, 2. 9, 4. 21, 1. 36, 2. 41, 1. 46, 2.
erepti a vastatione 31, 5.
eruit a potestate daemonis 36, 4.
evectio mercatorum 28, 2.
excessibus suis 36, 1.
excubiae monasterii 35, 2.
expleta psalmodia 30, 3. abstinentiae remediis expletis 36, 4.
exprimens solitum sermonem 28, 3. praesagio quo eum expresserat regnaturum 32, 1. expresso signaculo crucis 15, 3. 28, 3.
extensione pendula 15, 1.

Facibus feminei furoris exaestuans 8, 2.
feralis coniux 8, 1. excursio 30, 1. feraliter 25, 3.
fore perituros 24, 1.
fragrantia 44, 6.
fugitivus Eugipp. epist. 9.
funus (cadaver) 44, 7. 46, 3.

Genitivus. — presbyter Italiae Eugipp. epist. 8.
gratanter 19, 3.
gratulabundus 32, 1.
gustum suavissimae promissionis dirigens Eugipp. ep. 3.

Habitus (*accus. plur.*) vestis 9, 1.
haeretici hostes ecclesiae 4, 12.
hebdomada 27, 3. hebdomadem 39, 2.
humanitatis (*h. e. eorum, quae natura humana requirit*) 30, 1.

Impresserat patibuli signaculum 15, 4.
in secundo a Favianis miliario 10, 1. 31, 2. in servitio redigi 31, 4. in sua fide susceperat 31, 6.
incentiva libidinum 9, 5.
incessabili dolore 46, 5. incessabiliter 44, 2.
incubans fortius orationi 27, 1.
infinitivus. rogavit presbyteros abscedere 16, 1. rogans mundari 33, 1. rogat se duci 46, 4. venerat non ministrari sed ministrare 28, 3. instruitur replere 28, 5. — infinitivus praes. pro fut. promittens obviare 8, 6. nequaquam eos venire signavit 17, 4. credo te impetrare 33, 1.
ingerentibus se presbyteris 22, 1.
inhaererent orationibus 1, 2. deo propitio 4, 7. vestigiis 9, 4. nefandis sacrificiis 11, 2. responsis eius 35, 1.
inquirite patriam caelestem 43, 3.
intimanda commendavimus Eugipp. epist. 6. sibi intimaret 9, 1. 41, 1.
intuitu promerendae benedictionis 7, 1. quantum ad hominis spectat intuitum 43, 3.
ipse (= idem) 6, 4. 39, 2.
iter suum (mortem) 42, 1.

Iugalis (= maritus) 46, 1.
iugis 39, 1. 40, 2. 43, 5. iugiter Eugipp. epist. 6. iugitas 35, 2.
iussione paterna 26, 2. iussionibus eius 8, 6.
iustificationis augmentum 4, 11.

Leprosus 26, 1. 34, 2.
limes. — pro custodia limitis 20, 1.
linteaminibus 44, 7.

Magnalia 4, 9. 13, 2. 34, 2.
malitia praesentis temporis 12, 2.
mane facto 30, 4.
mansores (incolae) 12, 1. 15, 1. 22, 4. 27, 1.
materialibus armis 27, 2.
matutinus 31, 2.
mausoleum 46, 2.
meruit mutare 34, 2. meruit effici 35, 2. merear muniri 42, 2. familiaritate quam meruerat 25, 1. transire mereantur epist. Eugipp. § 3. *cf.* promeruit 9, 3. promerendae 7, 1.
migrentur 31, 5. transmigrato 44, 4.
ministeria altaris 44, 1.
monachi 22, 1. 26, 1. 2. 30, 2. 36, 1. 4. 37, 1. 38, 2. 43, 5. 6. 44, 5. (mon. S. Severini 35, 1: *nisi* S. Sev. *interpretamentum est vocis* eius, *quae sequitur*). *cf.* fratres 38, 1. 40, 4. 43, 1.

monasterium 22, 4. 23, 1. 25, 1. 31, 6. 35, 2. 36, 1. 37, 1. 44, 3. 46, 6. monasterii aedituus 10, 1.
mortificanda incentiva 9, 5.
multiplici contritione 8, 4.

Nemora silvarum 30, 4.
nimietate glaciali 4, 10.
nimio (= magno) stupore 29, 4.
novisse. — noveris 42, 1.
numerus (militum romanorum) 20, 1.

Obtentu memoriae eius 40, 6.
occursio 31, 2.
in occursum regis egrediens 31, 2
oratio (= preces) 15, 3. saepissime.
oratorium 39. 1. 2. 45, 1. 2.
ostiarius (= ianitor, aedituus) ecclesiae 16, 2.
ostio oris sui clauso 45, 1.

Papula mortifera 38, 1. 2.
particip. fut. pass. — se occidendum 5. 1 (= se occisum iri). offerendum 17, 4. hostes superandos 27, 1. eos capiendos 30, 3. — violandus sit 22, 3. — superanda (= superari posse) 9, 5.
particip. perf. pass. — perlato sibi 5, 3.
particip. praes. pro part. perf. — recedens 4, 6. accipiens 4, 9. transfigentes 8, 3. perlustrans 16, 2. exeunte 16, 4. descendente 22, 4. complentibus 25, 2. praeparantes 30, 4. me discedente 42, 1.
pascerentur pauperes 17, 1.
pergo. — ut cum eis pergeret 3, 1. perrexerit 6, 3. cum pergerent ad Italiam 7, 1. 22, 2. 3. saepius. — pergite, quo coepistis 29, 2.
persuasor 10, 1.
perveho. — quibus eum relatio pervexerit veritatis Paschas. epist. 2.
petitur minora 8, 5.
pontifex eiusdem loci 30, 2. pontifex sedis romanae 46, 2.
postulantem eos, ut 23, 1.
praedicere. — praedictorum 27, 1.
praedictor 43, 9.
praerogativam usurpare 43, 2.
praesagium 32, 1. 44, 3.
praestare. — praestitit deus te sacerdotem fieri Eugipp. epist. 9.
praestruere (= instruere) 25, 2. 28, 1. 30, 1.
praesumsit percontari Eugipp. epist. 10. gerere praesumebat 31, 3.
praesumtione temeraria 9, 2. non sine praesumtione quadam Eugipp. epist. 2.
praeteriet 41, 2. praeterire non posse 43, 9.
presbyteris, clero, civibus 1, 2. presbyteri nostri 11, 2. per presbyteros loci 11, 2. 12, 1. presbyter castelli 16, 1. cum presbytero et diacone ianitoribusque duobus 16, 4. *cf.* 16, 6. 19, 5. 21, 1. 22, 1. 41, 1. 2. 44, 5. 45, 2. 46, 1. spiritualis vitae presbyterum 24, 2.
primicerius cantorum 46, 5.
primitus 8, 3. 41, 2.
probaverunt 1, 2. probaturos 32, 2.
proficere. — qui cum proficerent talibus institutis 3, 2.
profligare — vestes, quas pietas profligaverat (= effecerat ut colligerentur) 29, 1.
promeruit 9, 3 (~ sibi conciliaturus sacravit, *cf. Roensch, Itala et Vulg. p. 377*). *cf.* merere.
promittens se nequaquam ultra obviare 8, 6.
prophetiae gratia 9, 1. gratiam propheticam 30, 5. propheticae benedictionis 43, 2.
propria (= sua) 11, 4. 12, 4. 7. 14, 3. 25, 2. 44, 4.
prosperitatibus 31, 3.
provenerat 29, 4. 40, 6. 43, 9.
providus pietatis 40, 6.
psalmodia expleta 30, 3. 39, 1. 44, 5.
psalterio decurso 11, 3.
pulsari dolore 43, 1. pulsatus nutu signove 45, 2.
putasne 1, 5. 9, 2.

Quantocius 8, 1. 10, 2. 27, 3. 42, 1.
quasi vetiturus 12, 2.
quatenus (~ ut) 11, 3. 30, 1. 42, 2.
quia (~ accus. c. infin.) Eugipp. epist. 9. Vita 8, 3. 42, 3.
quilibet (= quicunque). qualibet occasione volueris 42, 2.
quo (= ut) Eugipp. epist. 9. Vita 43, 4.
quod (~ accus. c. inf.) perlato sibi quod 5, 3. negantibus 6, 4. confido 8, 3. 31, 5. dicentes 8, 3. credentes 11, 1. 14, 2. 27, 1. cognoscatur 14, 3. cogitavi 16, 3. polliceor 18, 2. scitis 43, 2. respondentibus 46, 4. — eo quod 19, 1.

Rebaptizare 8, 1.
recensere Eugipp. epist. 3. Paschas. epist. 2.
regimine consueto 22, 3.
regnavit Italiae 7, 2.
reprobus 43, 5.
retransmisit 8, 4.
reverendissimus 8, 5.

Sacramento communionis accepto 43, 8.
saecularis litteratura Eugipp. epist. 2.
saeculum. — praeterire cum saeculo Paschas. ep. 2. de saeculo recessurus 43, 2. blandimenta saeculi 43, 6. in omnibus sanctificatis 43, 7.
sanitatum remedia Eugipp. epist. 6. sanitates (= sanationes) 38, 2.
satanas 36, 2.
scamerae 10, 2 [*Menander Protector frg. 35* (*C. Müller frgm. hist. graec. 4 p. 237*): οἱ σκαμάρεις ἐγχωρίως ὀνομαζόμενοι. *Iornandes de rebus get. c. 58*].
sedes peregrinationis suae sortiti sunt 44, 7.
seniores nostri 43, 9.
si (= num) 17, 4. si quo modo 43, 5.
signaverant 25, 2.
siquidem 5, 1. 43, 4.
sospitas 33, 2.
speciem in illis locis difficillimam (~ rem, mercem) 28, 2.

sperare (~ petere) 19, 4. 32, 1. 43, 4.
spiritum contribulatum 43, 5. spiritus immundi 45, 1.
suaderetur redire 26, 1.
subdiaconus 16, 6.
subiugabat carnem inediis 4, 9.
sublimatus talibus virtutibus 4, 11.
substantia pauperum 42, 1.
sufficientiam omnem paupertatis suae 30, 1.
suffusione maeroris 43, 8.
supplebis opere vota 6, 3. suppleto sacrificio 13, 2. oratione suppleta 23, 1. imperata supplevit 24, 3.
susceptor 1, 5.

Tam flagrabat 11, 1. tam vastissimam 40, 5.
tantum nec prospera nec adversa retraherent 4, 5. tantum ne — praetermittas 5, 2. tantum non vacillet 18, 2. tantum ne — obducas Eugipp. epist. 3.
totius auctoritatis vir Eugipp. epist. 8. totius gratiae largitorem 34, 1.
transibis (= morieris) 5, 2. 35, 2. 40, 1. 41, 1. 2.
tribulantium turbis 9, 4. *cf.* contribulatum.
tribulatio 37, 1.
triduana ieiunia 11, 2. 25, 2.
triumphatoribus 31, 3.
tutare 30, 4.

Ubi (= quo) 15, 2.
utrum (= num) 16, 2.

Valere. — quanti valeat 12, 4. 31, 3. multum valeat 12, 1. 30, 5.
vegetetur obtutus 35, 2.
vestigiis omnium provolutus 12, 6.
vetiturus locustas 12, 2.
victualium nihil 30, 4.
vigiliarum mearum 41, 1.
virgo consecrata 16, 2.
visitatione divina compulsum Eugipp. epist. 10.

Typis expresserunt Breitkopf et Haertel Lipsienses

This preservation copy

was created, printed, and bound

at Bridgeport National Bindery, Inc.,

in compliance with U.S. copyright law.

The paper used meets the requirements

of ANSI/NISO Z39.48-1992

(Permanence of Paper).

P A

2008